LEXICON MANUALE,

GEOGRAPHIAM ANTIQUAM ET MEDIAM CUM LATINE TUM GERMANICE ILLUSTRANS,

IN USUM SCHOLARUM

EDITUM

A

JOANNE VILELMO MÜLLER,
LYC. MARIAEMONT. CONR.

LIPSIAE,
IMPENSIS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

PARS PRIOR.

Aa, Alpha, *der Fl. Aa im Westphäl. Kr. u. in der Schweiz.*

Aa, v. Agino.

Aba, Abae, urbs Graeciae in Phocide prope Cephissum fluvium. Conditores alii Abam heroem, alii Abantes faciunt. Apollinis templum atque oraculum celeberrimum habuit, unde Apollo Abaeus cognominatus est. Adrianus Imper. templum bis incendio deletum refecit.

Aba, v. Abus.

Abacaena, Abacaenum, urbs Siciliae prope Tyndarium; h. *Bigenis*; cives Abacaenini; adj. Abacaeninus.

Abacum v. Abudiacum Danubianum.

Abalaba s. Aballaba, urbs Brigantum in Britannia Rom.; h. *Appleby*.

Aballos, Avallo, urbs Aeduorum in Gallia Lugdun.; h. *Avalon*.

Aballonensis pāgus, *Landschaft Avallonais in Bourgogne.*

Abantis s. Abantias v. Euboea.

Abantes, um, populus e Thracia ortus, qui in Phocidem migravit, ubi Abam condidit ac deinde Euboeam incoluit, quae ab illo Abantis dicta est. Postea pars eius in Ioniam transiit, ubi cum incolis genus miscuit.

Abantonium, Albantonium, *Aubenton in Frankr.*

Abassus, Abbassus, urbs Asiae Min. in Phrygia Magna.

Abbatia Bintensis, Hortus Floridus, *Abt. Baindt im Schw. Kr.*

Abbatia Caesariensis, *Abt. Kaisersheim im Schw. Kr.*

Abbatia Loccensis, *Abt. Lokkum in dem Nieders. Kr.*

Abbatia St. Magni, *Abt. St. Mangen in Baiern.*

Abbatia Sorethana, Sorethium, *Abt. Schussenried im Schwäb. Kr.* v. etiam Soretum.

Abbātis Cella, Abbatum Cella, *Appenzell in der Schw.*; adj. Abbatis-Cellanus.

Abbātum s. Abbatis Villa, Abbavilla, Abbatico-Villa, *Abbeville in Frankr.*; adj. Abbavillaeus.

Abdēra, ae, urbs maritima Bastitanorum in Hispania Baet., quam Phoenices condidisse creduntur; h. *Adra,* aliis *Almeria*; civis Abderita.

Abdēra, orum et ae, urbs Thraciae ad Nessum fluvium. Condita est ab Abdera, Diomedis sorore; plerique ab Herculi in memoriam Abderi comitis, ab equis Diomedis dilaniati. Veriora tradit Herodotus, quo auctore fundamenta jecit Timesius Clazomenius; Teji e patria pulsi opus perfecerunt locumque tenuerunt. Sub Romanis civitas fuit libera. Abderitae stultitiae accusabantur et ridebantur. Inclaruerunt Abderitae Democritus, Protagoras, Nicaenetus, heroicorum carminum scriptor, Anaxarchus philosophus, Hecataeus, historicus. H. putatur esse *Polystilo*; incola Abderites et Abderita; adj. Abderiticus et Abderitanus.

Abdua v. Laus.

Abdua fluv. v. Addua.

Abella, Avella, urbs Italiae Infer. in Campania, prope Clanis fluv. fontes et Nolam urbem. Vespasianus coloniam eo deduxit. Abundabat optimis nucibus; h. *Abella Vecchia*; *od. Avella.* adj. Abellanus, Avellanus et Abellinus.

Abellīnum, Italiae infer. in Hirpinis opp., et colonia Sabato flumini adjacens; h. *Avellino*; cives Abellinates Protopi; adj. Abellinus.

Abellīnum Marsicum, urbs Italiae infer. in Lucania prope Aciris fluvii fontes; h. *Marsico vecchio od. vetero*; incolae Abellinates Marsi.

Aberdōna, Aberdonia, Aberdonium, *Aberdon od. Aberdeen,* Vetus et Nova, *Old u. New, zwey nahe bey einand. liegende Städte in Schottland.*

A

Abernethaea, Abrenetum, *Abernety, Aberdorn in Schottland.*
Abergonium, *Abergavenny in England.*
Abesta, urbs Persiae in Arachosia; h. *Bost.*
Abexia ora v. Troglodytice.
Abia, Abea, urbs Peloponnesi in Messina ad sinum Messeniacum in Laconicae finibus posita. Fuit una ex septem oppidis, quae Agamemnon filiae dotem Achilli promisisse Homerus scribit, a quo Ire appellatur. Floruit etiam Achaici foederis tempore. Incolae Abeātae.
Abia, *Fl. Abrust in Baiern.*
Abĭla, ae et orum, Abilla, Abila Lysanii, urbs Asiae in Abilene, Coelesyriae regione, sub Alexandri successoribus Leucos, atque a Claudio Imper. Claudiopolis appellata; cujus rudera n. *Nebi Abel* vocari putant.
Abintonia, Abindonia, *Abingdon in Engl.*
Abissinia, Abyssinia, Abyssinorum regio, Habessinia, Aethiopiae interioris terra; *Abyssinien*; incolae Abissini; adj. Abissineus et Abissinus.
Abnŏba, Abnova, Abnobi montes, Arbona Tacito, apud Ptolomaeum Anobaei s. Anobi, Germaniae Magnae montes a Danubii fontibus usque ad Moenum et Lupiam pertinentes, qui pro diversitate regionum varia sortiuntur nomina; igitur h. *der Spessart, Steigerwald, Odenwald, die Buar.*
Abōa, *Abo in Finnland*; adj. Aboënsis.
Abobrĭca, Abobriga, Bajona ad Minium, urbs Hispaniae Tarrac. in Callaicis; h. *Bayonne*; adj. Abobrigensis.
Aboras v. Chaboras.
Aborigĭnes, i. q. Autochthŏnes, antiquissimi Italiae incolae, ex Arcadia ab Oenotro et Peucetio ante Trojanum bellum eo deducti, qui primi tenuerunt agrum populi Romani, ac post Aeneae adventum Phrygibus mixti appellati sunt Latini Romamque condiderunt. Vbi h. *Campagna di Roma.*
Abrantium, *Abrantes in Port.*
Abrinca, Abricca, Obrinca, Germaniae fluv., Superiorem ab Inferiore separans, qui inter Autunnacum et Bonnam in Rhenum infunditur. H. *Aar od. Ahr.*
Abrincae, Abrincatae, antea Ingĕna, opp. Abrincatuorum in Gallia Celtica; h. *Avranches*; adj. Abrincatensis.
Abrystum, v. Aprustum.
Absŏrus, Apsorus, Ausoriensis Insula, inf. altera Absyrtidum in mari Adriatico cum urbe cognomine; h. *Osero.*
Absyrtĭdes, Apsyrtides, Absyrditae, Absyrtis, Absyrtium, insulae ad oram Illyrici in sinu Flanatico maris Adriatici, nunc ponte junctae.
Abudiacum, Abodiacum, Abusiacum, opp. Vindeliciae ad Licum fluv.; h. *Füssen.*
Abudiacum Danubianum, Abuzacum, Abacum, urbs Vindeliciae; h. *Abach od. Abbach.*
Abūla, Hispaniae Baet. in Bastitanis oppidum.
Abus, Aba, mons Asiae in Armenia Majore, in quo Euphrates atque Araxes fontes habent; h. *Aba od. Ararat.*
Abus, Britanniae Rom. fluv., qui in mare Germanicum exiens sinum efficit; h. *Humber.*
Abusīna, Aventinum, Arusena, urbs Vindeliciae ad Danubium; h. *Abensberg.*
Abydon, onis, Macedoniae regio.
Abȳdus, urbs Aegypti Super. ad Nilum sita, Osiridis sepulcro et Memnonis sede nobilis; h. vicus *Araba-Madfoun.*
Abȳdus, Abydum, Abydena Urbs, Asiae min. in Troade opp. inter Lampsacum et Ilium et contra Sestum in Chersoneso Thraciae. Milesiorum erat colonia Xerxis in Hellesponte ponte facto nobile; h. *Avido*, alii situm ejus nunc ignorari dicunt; incolae Abydeni; adj. Abydēnus.
Abȳle, Abyla, Abyla Columna, Abilyx, mons Africae in Mauretania Tingitana, qui cum Calpe Fretum Herculeum facit; h. *Sierra de las Monas od. Mont aux Singes.*
Abyssinia v. Abissinia.
Acadara, orum, urbs Indiae intra Gangem.

Academia, locus nemorosus, Athenis mille passus distans. Nomen habet ab Academo heroe, ut Eupolidi placet. Ubi cum philosopharetur Plato studiis morumque elegantia et discipulorum frequentia insignis fuit. Appellatur etiam Ceramicus. Erat Academia gymnasium inferius, cum superiori nomen esset Lyceum; nam inferior ambulatio et superior dicebantur. Lyceum vero nomen fuit Aristotelicae scholae. Alii Academiam a Cadmo Phoenice, litterarum et liberalium artium instauratore dictam putant. Ab eadem Academici philosophi nomen invenerunt.

Academia, Ciceronis villa, quae et Puteolanum vocatur, ab Averno lacu Puteolos euntibus littori imposita, et portu ac nemore celebrata, ut Plinius memorat. Hanc villam Academiam vocavit Cicero ab exemplo Athenarum, volumina ejusdem nominis ibi composuit, in eaque etiam monumentum sibi exstruxit. H. quibusdam *Bagni de Tritoli*.

Acanthus, Aegypti Mediae s. Heptanomdis opp. ad occidentalem Nili ripam, cum Osiris templo.

Acanthus, Acanthion, urbs Macedoniae ad Strymonicum Sinum. Andriorum coloniam faciunt et nomen derivant a spinis, quibus circumsepta fuerit. Omnes prope Atho montem ponunt, etsi in ipso loco variant. H. *Eresso od. Hierisos*.

Acapulcum, Portus Aquae Pulchrae, *Aquapulca in Mexico*.

Acarnania, Graeciae Propr. pars, quae fines habet Aetoliam, Epirum; sinum Ambracium et Mare Jonium. Nomen Alcmaeon imposuisse fertur, sumtum ab Acarne filio, etsi alii aliam adferunt originem. Antea dictam esse Curetidem et incolas ipsos Curetes multi scribunt: quare, cum Aetolia idem nomen gesserit, olim latius Curetis patuit. H. pars *Livadiae*; Incola Acarnan (ānis); adj. Acarnanicus et Acarnanus.

Acarne, urbs Graeciae in Thessaliotide (Magnesia) sita.

Acoabicus murus, opp. Hispaniae Baet. circa Herculis columnam, a Carthaginiensibus conditum.

Acaunum v. Agaunum.

Acci, Colonia Accitania Gemellensis etc. urbs Bastitanorum in Hispania Baet.; h. Guadix; incolae Gemellenses.

Accinctum, Acejum, *Abt. Acey in Frankr.*

Accipitrum s. Hieracum Insula, apud Sardiniam; h. *St. Peters Isle*.

Acciptirum, Terceres, Flandricae insulae, *die Azorischen Inseln bei Africa*.

Accipitrum Urbs, Hieraconpolis, Aegypti in Thebaide opp., in quo colebantur accipitres.

Ace, es, v. Ptolomais.

Acedum, Aceda, Acedes, ae, urbs Galliae Transpad. in Venetis; h. *Ceneda*.

Acĕlum, Acilium, urbs Galliae Transpad. in Venetis inter Plavim et Silim fluvios posita; h. *Asola*.

Acerrae, Acherae, antiquissima urbs Italiae in Campania non longe a Neapoli, quam Clanius alluit. Ab Hannibale eversam post Augustus denuo exstruxit; hodienum *Acerra*; cives Acerrani; adj. Acerranus.

Acerrae, Acherrae, Acherae, Galliae Transp. in Insubribus opp. Adduae fluv. adjacens; h. *Acere*.

Acesīnes, Acesĭnes, Indiae intra Gangem fluv. Excipit Hydroatem, delabitur in Hydaspen ac deinde in Mallis in Indum. Magnus fuit fluvius. Hodiernum nomen variatur *Beyah* vel *Jenaub*.

Acesines, parvus Siciliae fluv. apud Taurominium in mare emanans; h. *Cantera*.

Acesta v. Egesta.

Achaei v. Achaja.

Achaja, gr. Ἀχαΐα. Olim dicta est Αἰγιαλός, vel ab Aegialeo, Sicyoniae rege, vel ab ejus situ littorali; deinde dicta est Jonia, postremo Achaja. Incolae Ἀχαιοί, lato tamen vagoque sensu, quia multas regiones adjecerant et possederant. Latini usitate pro Graecia ponunt, quod Achaeis, tum Graeciae principibus, devictis, Achaja appellari atque a Macedonia separari solebat: hinc Romani Achajae non Graeciae praefectum vocabant, qui in eam

provinciam mitteretur. Terminabatur Saronico sinu, Argolide, Arcadia atque Elide, sinu Corinthiaco et Megaride. H. *e. Theil v. Morea u. v. Livadien*; adj. Achaicus, Achaius, Achaias, adis, f. et Achais idis. f.

Achaemenia, Achaemenidarum Tribus, pars Persiae, ab Achaemene, Aegei filio, dicta; inde Achaemenius, i. q. Persicus; incolae eius Achaemenides et Achaemenidae.

Achaeorum Littus, urbs Cypri, a Graecis Adriage dicta; nonnullis h. vicus *Accathon*.

Achaeorum Promontorium, Achivorum Acta, prom. in septentrionali Cypri ins. parte, ad quod Teucer, a Telamone patre patria pulsus, appellebatur.

Achaeorum Portus, Achaeon, portus Asiae in Troade, in quem Xanthus Simoenti mixtus influebat.

Achaeorum Portus, ad Pontum Euxinum in Tauroscythis; Ptol. in hoc tractu Pulcher Portus est; h. *Buon porto*.

Acharaca, urbs Asiae Min. in Lydia, inter Tralles et Nysam, ubi Plutonium antrum atque Plutonis templum erat.

Acharna, Acharnae, urbs Graeciae in Attica pluribus templis ornata; ubi h. vicus *Menidi*; adj. Acharnanus.

Achelōus, Graeciae in Acarnania fluvius. Nomen antiquius fuit Axĕnus, tum Thestius, denique Achelous. Fuerunt plures cognomines, qui inde commiscentur. Noster defluit ex Pindo versus meridiem per Agraëos, Aetolicam gentem, et Amphilochos, atque in mare, quod sinum Corinthiacum facit, effunditur. Turbidas et limosas eius aquas multi commemorant, ex quibus Echinadas insulas ortas esse ferunt. Fabula de Herculis et Acheloi certamine satis nota est. H. aliis *Sinapro*, aliis *Aspro*, *Aspri*, *Catochi*. Adj. Acheloicus, Acheloias et Achelois f.

Acheria s. Achera, urbs Siciliae; cives Acherini.

Achĕron, Asiae Min. in Bithynia fluvius, qui iuxta Heracleam in Pontum Euxinum effunditur; post Sonautes dictus est.

Achĕron, Acheros, Acherusia Aqua, Italiae Infer. in Bruttiis fluv., qui Pandosiam alluebat atque in Acherusiam lacum exibat. Ad eum Alexander, Molossorum rex, a Lucanis trucidatus est, Dodonaeo deceptus oraculo, quo Acherontem Pandosiamque urbem cavere iubebatur; h. nonnullis *Capaniano*.

Achĕron, Peloponnesi in Elide fluv., qui Alpheo miscetur; h. Fon *Savuto*.

Achĕron, Acheros, Thesprotiae in Epiro fluv., Acherusiam lacum perfluens. Cocytum excipit atque in Jonium Mare defertur; h. *Delichi*. Acherontem et Cocytum inferorum esse fluvios poetae fabulantur.

Acherontia, Acherontus, serius Agerentia, Italiae Infer. in Apulia Peucetia opp. ad Apenninorum radices in alto saxo positum, unde Nidum Acherontiae vocat Horatius; h. *Acerenza*.

Acherontia, Italiae Infer. in Bruttiis opp.; h. nonnullis *Mater...*

Acherontina Provincia, *Basilicata in Neap*.

Acherusia, Aegypti Medi... lacus apud Memphidem, in q... Charon nauta mortuos ad judiciu... trajecit. Inde nata est fabula ... Charonte, animas Stygem transmittente.

Acherusia palus, Italiae Inf... lacus inter Cumas et Misenum.

Acherusia palus, Thesproti... in Epiro lacus, in quem Acheron ... Cocytus fluunt.

Acherusia, Acherusi... Chersonesus, paeninsula vel p... monto-rium Bithyniae circa Herac... am, ubi specus erat, per quam H... cules ad inferos descendisse tradit...

Achila, Achilla v. Acholl...

Achillea, Achillis Insu... Leuce, ins. Ponti Euxini pr... Danubii ostium, in qua Achill... sepultum esse tradunt.

Achillēos Dromos, isthmus ... Pontum Euxinum, haud procul ... rysthenis ostio, in quo Achilles ... dos-celebrasse dicitur.

Achillēum, opp. Asiae in Tr... de cum templo ac monume... Achillis; v. etiam Sigeum.

Achillēum, Colchidis opp. ad Bosporum Cimmerium, ubi Paludi Maeotidi jungitur.

Achillis Insula v. Achillea.

Acholla, Achŏla, Achila, Acilla, Acolitanum Oppidum, urbs Africae Propriae in Byzacio; h. *Elalia*.

Achradīna s. Acradina, pars urbis Syracusarum.

Achridis lacus, v. Lychnidus.

Acidalius, Boeotiae fons apud Orchomenum, unde Venus nomen Acidaliae reperit.

Acila, Arabiae Felicis urbs maritima, ex qua in Indiam navigabant.

Acilia Aug. v. Aug. Acilia.

Acilisēne, Asiae in Armenia Maj. regio inter Taurum atque Euphratem; h. *Ekilis*.

Acilla v. Acholla.

Aciminoum, Acumincum, Acunum, opp. Pannoniae Infer. Danubio adjacens; h. *Peterwardein*.

Acincum, Acincus, Aquincum, Buda Vetus, opp. Pannoniae Infer. ad Danubium; h. *Alt Ofen* b. *Ofen*.

Acinippo, Acinipo, urbs Hispaniae Baet. prope Arundam, ubi nunc theatri Martisque templi ruinae conspiciuntur; h. *Ronda od. Ronda la Vieja*.

Aciris, Lucaniae fluv. haud procul Heraclea in Sinum Tarentinum exiens; h. *Agri*.

Acis, idis et is, Siciliae fluv., in Aetna fontes habens prope Catanam in mare effunditur; hod. *Aci*, aliis *Freddo*.

Acis, ins. v. Siphnus.

Acmonia, Acmōna, Agmonia, Acmonensis Civitas, Asiae Min. in Phrygia Magna opp.; incolae Acmonenses.

Aco, Acon v. Ptolemais.

Acolitanum Oppidum v. Acholla.

Acōna, Aquae Saxonicae, *Acken a. d. Elbe*.

Acŏne, urbs Asiae Min. in Bithynia, Heracleae portus, Lyco fluminis appositus prope Heracleam, ubi Aconitum plurimum crescebat.

Acra, ae et arum, urbs Siciliae inter Syracusas et Camarinam, prope Pachynum prom.; incolae Acrenses.

Acrabatēna, Palaestinae in Judaea regio inter Sichemam et Hierichuntem.

Acrabatēne, Acrabattene, regio Palaestinae in Idumaea.

Acradina v. Achradina.

Acragas v. Agragas et Agrigentum.

Acrēa, Acriae, Acraeae, urbs maritima Laconices prope Eurotae ostium, cum antiquissimo Cybeles templo in Peloponneso.

Acriconium, Silurum in Britannia Rom. opp.; h. *Hereford*.

Acridophăgi, populus inter Aethiopes, cursu velocissimus. Hunc vitae adeo brevis esse tradunt, ut natu maximus quadragesimum annum non excedat, ac de solis locustis vivere, a quibus etiam nomen invenerit.

Acrītas, Acrytas, Peloponnesi, a in Messenia prom. prope Methonem, iuxta Meleam et Taenarum; h. *Capo di Gallo*.

Acrītas, Asiae Min. in Bithynia prom. iuxta Bosporum Thracium, quod nonnulli Nigrum vocant; h. *Acrita*.

Acroăthon, Acrothŏon, Acrŏthon, urbs Chalcidices in Macedonia, in Athonis montis cacumine posita et post eversa.

Acroceraunia montes v. Ceraunii.

Acroceraunium et Acroceraunia, orum, Epiri prom. in Adriaticum mare emissum; inde dictum, quod Cerauniis montibus vicinum est. H. *Monti della Chimera*.

Acrocorinthus v. Corinthus.

Acronicus lacus v. Brigantinus.

Acropolis, *Agropoli in Neap*.

Acrothoon v. Acroathon.

Acta, urbs Graeciae in Acarnania prope Anactorium.

Actium, Fanum Apollinis Actii, urbs Graeciae in Acarnania. Sita fuit in dextra Ambracii Sinus, et Nicopolis, ab Augusto condita, in sinistra ejus parte. Eodem nomine etiam promont., portus et templum Apollinis occurrit, qui inde Actius vel Actaeus vocatur. Urbem celebrem reddidit Augusti victoria Actiaca, unde Actia, ludi Actiaci feruntur, qui jam antiquitus in honorem Apollinis acti, sed ab Augusto magnifice instaurati sunt.

Oppidum h. *Azio* et promont. *Figalo* appellatur; adj. Actiacus, Actianus et Actius.

Acusio, urbs Galliae Narbon. inter Arausionem et Valentiam ad Rhodanum fl.; h. *Ancone.*

Acutus, Agotius, *Agout. Fl. in Frankr. der in die Garonne fällt.*

Adamantia, Adamantium, v. Clampetia.

Adămas, antis, Indiae in Maesolia fluv., qui proxime Gangem fluit et adamantes secum fert; h. fortasse *Soank*, inferius *Bramni.*

Adāna, orum et ae, urbs Asiae Min. in Cicilia Campestri ad Sarum fl. cum Jovis templo ab Antiocho exstructo et ponte a Justiniano refecto.

Adana, Adenium, Adenum, opp. Arabiae Felicis ad fretum, quod nunc Bab-el-Mandeb vocatur; h. *Aden*; v. etiam Arabia urbs.

Adax v. Atax.

Ad Aquas, Aquae, Daciae vicus non procul Sarmizaegethusa, ubi Romani balnea aedificabant. — Praep. *ad* Romani locis praeponunt, quieti ex itinere capiendae opportunis, in quibus nec domos neque incolas offendebant, hisque nomen rerum memorabilium, quas ibi conspexerant, saepius etiam numerum milliariorum, ab uno requiei loco ad alterum indebant.

Ad Aquas, Aquae, Moesiae Super. locus.

Ad Aquas, Aquae Labodes s. Larodes, Thermae Selinuntiae s. Selinusiae, urbs Siciliae in meridionali eius ora, rupi imposita, cum aquis calidis. Agathoclis tyramni patria. H. *Sciacca.*

Ad Basilicam, statio Romanorum in Mauretania Caesar. in via Saldis Igilgilim ducente.

Ad Caballos, *Bagna Cavallo im Kirchenst.*

Ad Camoenas, Italiae in Latio locus prope Ariciam.

Ad Cebrum, Moesia Infer. vicus ad Ciabri et Danubii confluentem, cujus munimenta Justinianus refici jussit; fort. h. *Zargona.*

Ad Dianam, statio Romanorum in Arabia Petraea inter urbes Elam atque Elusam.

Ad Duodecimum, locus Galliae Belg. in Batavorum Insula.

Ad Duos Pontes, locus Hispaniae Tarrac. inter Bracaram Aug. et Asturicam Augustam.

Ad Fines, Helvetiorum in finibus Rhaetiae castellum in ripa Thuriae; h. *Pfin an der Thur.*

Ad Flexum sc. Danubii, Flexum, Ovaria, Ovarium, urbs Pannoniae Super.; h. *Altenburg od. Owar.*

Ad Labores, v. Cibalae s. Cibalis.

Ad Lapidem, locus Britanniae Rom. in Vitarum regione; h. *Stoneham.*

Ad Lippos, locus Hispaniae Baet. inter Salamanticam et Augustam Emeritam.

Ad Matrem Magnam, Italiae in Campania locus.

Ad Monilia, Monelia, Moneglia, Galliae Cispad. in Liguria urbs maritima; h. *Moneglia.*

Ad Montes, Admontium, *Admont in Steyerm.*

Ad Morum, urbs Hispaniae Tarrac. inter Acci et Carthaginem Novam.

Ad Murum, locus et villa regia circa murum, quem Imperat. Romanorum inter Britann. Rom. et Br. Barbar. exstruxerunt.

Ad Olivam, locus Mauretaniae Caes. Interioris versus Igilgilim.

Ad Pactas s. Tabernas, ad Pictas, locus Ital. in Latio X. M. P. ab Ad Quintanas distans.

Ad Palatium, locus Rhaetiae, prope *Roveredo.*

Ad Palatium, vicus Euganeorum in Galliia Transp. inter Tridentum et Veronam; h. *Palazzo.*

Ad Pontem Isis, Ibissa, Ipsium, urbs Norici Ripensis ad Danubium; h. *Ips.*

Ad Pontem, ad Pontem Muri, Norici opp.; h. *Murau.*

Ad Portum Dubris v. Dubris.

Ad Publicanos, Galliae Narb. locus circa Tarantasiam.

Ad Quatuor Rotas, *Vierraden in Brandeb. an d. Oder.*

Ad Quintanas, locus in Latio apud Lubicum et Ad Pactas.

Ad Regias, Mauretaniae Caesar. locus.

Ad Salices, locus circa Danubii ostia in Moesia Inferiore.

Ad Stabulum, locus Sardonum in Gallia Narbon.; h. vicus *Boulon*.

Ad Statuas, **Ad Statuas Colossas**, urbs Pannoniae Infer.; h. *Colocza*.

Ad Statuas, **Theodāta**, locus Pannoniae Infer.; h. *Dotis od. Tata*.

Ad Statuas Colossas, locus Italiae in Etruria inter Arretium et Clusium.

Ad Tres Lares, **Mediolanium**, **Mediolarium**, urbs Germaniae in Frisiis; h. *Midlaren*.

AdTricesimum s. **AdTricensium** sc. lapidem milliarium, locus Carnorum inter Aquilejam et Julium Carnicum.

Ad Turres, urbs Italiae Infer. in Calabria; h. *Blazio*.

Ad Vicenas, *Vincennes in Frankr.*

Ad Vicesimum, Italiae in Etruria locus prope Soracte montem.

Addua, **Abdua**, fluv. Galliae Cisalp., qui in Alpibus Rhaeticis ortus Larium lacum perfluit atque supra Cremonam Pado miscetur; h. *Adda*.

Adelocum v. Agelocum.

Adjacium v. Urcinium.

Adiabēne, pars Syriae. Nomen deducunt a duobus fluviis, quorum nomina sunt Diabas et Adiabas. Hodie trans Tigrim quaeri debet, ubi conspicitur urbs *Mosoul* in regione *Curdistan*; incolae Adiabeni; adj. Adiabenus et Adiabenicus.

Adōnis, Asiae fluv. in Phoenice inter Palae-Byblon et Byblon, qui in Libano ortus in Mare Mediterraneum exit. Quotannis rubescit, unde fortasse de Adonide vulnerato nata est fabula; h. *Nahr-Ebraham*.

Adorens, mons Asiae Min. in Galatia, CL. stadiis a Pessinunte distans. In eo Sangarius fontes habet.

Adraa, **Edrei**, urbs Palaestinae in Batanea; h. *Draa*.

Adramyttĭum, **Adramyttēos**, **Adramyttēum**, opp. Asiae in Mysia Maj. ad Maris Aegaei sinum ab eo appellatum. Conditorem ejus faciunt Adramytten, Croesi fratrem, alii alium. Habuit portum et navale, tulitque Xenoclem, oratorem. H. putatur *Adramit*; cives Adramyttēni; adj. Adramyttenus.

Adrāna, **Adranus**, Cattorum in Germania fluv., in Fuldam se immittens; h. *die Eder*.

Adrana, urbs Thraciae prope Berenicen; Turcis *Edrenos*.

Adrăna, **Rura**, Sicambrorum fluv. in Rhenum emanans; h. *Roer od. Ruhr*.

Adrante, es, urbs Norici inter Aemonam et Celejam; h. *St. Oswald*.

Adrastēa, **Adrastīa**, **Adrasteae Campi**, regio Asiae Min. in Mysia, per quam Granicus praecipiti cursu volvitur. Urbem continet cognominem. Ab Adrasto rege dicta est, qui primus Nemesis templum aedificavit Adrastiamque vocavit.

Adria, **Atria** s. **Hadria**, urbs Italiae Propr. in Piceno, Tuscorum colonia, a qua ager ipse Adrianus dicebatur, vino generoso nobilis; h. *Atri*; incola Adriātes et Adrianus.

Adria, **Hadria**, **Atria**, Venetorum in Gallia Transp. opp. ad Padi ostia, a quo Adriaticum Mare nomen accepit; h. vicus *Adria*; incolae Adriani; adj. Adrianus.

Adriane, **Hadriane**, **Hadrianopolis**, urbs Africae in Cyrenaica inter Teuchiram et Berenicen.

Adriaticum s. **Adrianum Mare**, **Adria Sinus**, **Adriacus Sinus**, **Adriacus Pontus**, **Mare Superum**, maximus Interni Maris sinus inter Istriam, Liburniam, Dalmatiam, Illyridem Graecam et Italiam, qui nomen ab Adria, Venetorum urbe, adeptus est. Superior eius pars h. *Golfo di Venezia*, inferior *d. Adriatische Meer* nominatur.

Adrianopolis, **Hadrianopolis**, urbs Odrysarum in Thracia ad Hebrum sita. Prius Orestias, adis, et Oresta dictam Hadrianus exornavit, eamque nomine suo appellavit, unde etiam Aelia nuncupatur; h. *Adrianopel*.

Adrius s. Ardius, mons Illyrici Barb., qui per mediam fere Dalmatiam extenditur.

Adrumētum, **Adrumetus**, **Adrumettus**, **Adrume**, **Hadrumetum** etc.; urbs maritima Africae Min. in Byzacio. Conditores Phoenices. Fuit urbs libera, post vero Adriani colonia facta est; h. *Heraela*; incolae Hadrumetani.

Aduaca v. Atuatuca.

Aduatica v. Atuatuca.

Adula, Aduallas, Alpes Summae, quae a Penninis Alpibus usque ad Verbanum lacum procurrunt, Italiamque ab Helvetia dividunt, in iisque Rhenus, Rhodanus, Araris, Ticinus et Rusa fluvii fontes habent; h. *St. Gotthardtsberg, Lucmainer, Furka u. s. w.*

Adūle, es, Aduli, Adulis, Oppidum Adulitarum, urbs Africae in Troglodytarum terra ad sinum Adulicum; h. nonnullis *Lajiura*; incola Adulīta.

Adūra, Atura, Adurum, Aturum, Adurae, Civitas Aturensium, Vicus Julii, urbs Galliae Aquit. ad Aturum flumen; h. *Aire*; adj. Aturensis.

Aea, Aeapolis, Asiae in Colchide metropolis ad Phasin amnem. Inclaruit portentosis Jasonis et Argonautarum rebus et Medea ac Circe ibi natis; adj. Aeacus.

Aeaea, insula in Ponto Euxino ad Phasidis ostium, Circes, sororis Aeaetae, Colchidis regis, sedes.

Aeaeas s. Aeaee, Italiae inf. in mari Tyrrheno, Siciliam versus, quam Circe vel secundum alios Calypso incoluisse traditur.

Aeas, antis, v. Aous.

Aecae, Ecae, Aecana Civitas, Italiae Infer. in Hirpinis municipium; h. *Troja*; cives Aecani.

Aeculānum, Aeclanum, urbs Italiae Infer. in Hirpinis; h. *Fricenti od. Eclano*; cives Aeculani et Aeclanenses.

Aedepsum, Aedipsum, Aedepsum, urbs Euboeae insulae in occidentali ejus parte, quae propter aquas calidas etiam Aedepsi et Herculis Thermae vocatur; h. *Dipso*.

Aedessa, Edessa, urbs Macedoniae in Emathia, antiqua et regia, sepulcris regum nobilis; h. *Vodena*.

Aëdŏnis, Aëdonia, ins. Africae ad Marmaricam.

Aedui, Hedui, Edui, pop. Galliae Lugdun. potentissimus inter Ligerim et Ararim, a Romanis fratres appellati; ubi h. *Bourgogne u. Nivernois*.

Aega s. Aegae, urbs Achajae ad sinum Corinthiacum et Crathis fluvii ostium, Neptuni templo ornata.

Aegades ins. v. Aegates.

Aegae, urbs Euboeae insulae exadversus Anthedonem in Boeotia.

Aegae, Aegae Macedoniae, Aege, Aegeae, Aegaea, urbs Emathiae regionis; h. *Moglena od. Roglena*; cives Aegeatae.

Aegae, Aegaeae, urbs Asiae in Aeolide ad sinum Cumanum; cives Aegeatae.

Aegaeum s. Aegeum Mare, Archipelagus, inter Graeciam et Asiam Min. mare, quod inter Rhodum et Cretam Icarium, atque a Carpatho insula Carpathium vocatur. Nomen varie derivant, vel ab Aegis, Euboeae urbe, vel ab Aegeo, Thesei patre, vel ab αἴξ, insula vel scopulus, quod, ut Plinius ait, specie caprae repente e medio mari exsiliat. Alii illam vocem de porcella et tempestatibus explicant, quae illud mare infestant, ita, ut apud poetas de mari fluctuoso, et Aegaeae hiemes de saevissimis dici soleant. Vulgo *Archipelagus* nominatur, sed Graeci *Dodecanisa* vocant.

Aegalĕon, Aegialeos, mons Graeciae in Attica, exadversum Salamini insulae.

Aegates, Aegades, Aegūsae Insulae, tres Maris Interni ins. inter Drepanum et Lilybaeum Siciliae prom. eaeque singulatim Phorbantia, Aegusa atque Hiera dictae. Ad eas Romani, Catulo Cos. duce, Carthaginienses vicerunt, atque ita Punicum bellum primum extinxerunt. H. *die Aegatischen Inseln, Levenzo, Favignana und Maretimo*.

Aegiăli, Aegialon, Aegialos, Henetorum in Paphlagonia opp. ad Ponti Euxini oram situm.

Aegiălos v. Achaja.

Aegĭda, Aegidis Insula, Galliae Transp. in Istria opp. post Justinopolis appellatum; h. *Capo d'Istria od. Istria*.

Aegilia, Aegȳla, maris Myrtoi ins. inter Peloponnesum et Cretam. H. videtur esse *Cerigotto*.

Aegilium, v. Igilium.

Aegilon v. Capraria.

Aegimŏrus, Aegimūrus, Aegimori Arae, ins. ad oram Africae Propr.; h. *Zowamoore*.

Aegina, Graeciae ins. in sinu Saronico inter Atticam et Peloponnesum. Antiquius nomen fuit Oenōne, tum Oenopia et Myrmidonia. Successit Aegina ab Aegina, Asopi filia. Antiquissimi incolae fuerunt Myrmidŏnes, quos ἀπὸ τῶν Μυρμήκων a Jove creatos fabulae narrant; quos bene Strabo de hominibus explicat, qui aut terram sterilem coluerint, aut in antris habitaverint. Successerunt deinceps Argivi, Cretenses, Epidaurii et Dorienses. Athenienses colonos eo miserunt, quibus ereptam insulam priscis incolis reddiderunt Lacedaemonii. Deinde a Cassandro subacta et devicto Philippo a Romanis Attalo data est. Plinii aetate liberae fuit conditionis. Ejus circuitus fuit CLXXX stadiorum. A Strabŏne cognominis urbs datur, ubi hod. vilis vicus veteris urbis ruinas ostendit. Inclaruit olim Aeaco, opibus maritimis aliisque rebus. H. dicitur incolis *Egine*, nautis *Engia*; incolae Aeginenses et Aeginētae; adj. Aeginensis, Aeginēticus et Aeginaeus. Aegina, urbs insulae ejusdem nominis.

Aeginetes, ae, Aeginetis, is, urbs maritima et fluvius Asiae Min. in Paphlagonia.

Aeginium, urbs Thessaliae in Hestiaeotide ad Timphaei montis radices in Epiri finibus.

Aegion, Aegium, urbs Achajae. Nomen nacta videtur a capra, qua Jupiter nutritus est. Collecta erat ex pluribus pagis et adscripta XII. foederatis Achajae civitatibus. Helice mari exhausta ceteras honore et opibus antecelluit, ita ut conventus Achaici concilii ibi agerentur. Urbs fuit maritima, quam etiam Selinus fluvius transibat. Templum habuit Lucinae atque alia memorabilia. H. *Vostitza*; adj. Aegiensis.

Aegīra, opp. Graeciae in Achaja. Antiquius nomen fuit Hyperesia, ab Hyperete, Lycaonis filio, posterius traxit a capris, quas ardentibus facibus in Sicyonios, ut auxilia crederent, immiserunt Hyperesienses prospero eventu. Urbs sita erat in colle atque a mari VII. stadia distabat. Ponitur item in foederatis Achaicis urbibus. Nomen hod. incertum est. *Xilocastro* quidam dicunt. Incolae Aegirati et Aegaei.

Aegissus, Aegysus, urbs Moesiae Infer. ad Danubii ostium, ubi Darius pontem effecit; h. fort. *Tatza*.

Aegon, ōnis, i.e. Mare Aegaeum (poet.).

Aegos, Aegos Potamos, Aegos Flumen, Chersonesi Thraciae fluvius. Stephanus urbem Hellesponti facit, ut alii. Ad mare sitam fuisse docent ea, quae passim narrantur de navium transitu vel statione contra Lampsacum. Inclaruit Lysandri de Atheniensibus victoria et Peloponnesiaco bello ita finito. H. *Kara Ova Su*.

Aegūsa, Aethusa, ins. ad Africam Propr. sita.

Aegusae Insulae v. Aegates.

Aegyptus, Africae terra, quam multi veterum Geographorum Asiae assignarunt, alii vero, ut recentiores omnes, Africae tribuunt. Terminos habuit Mare Mediterraneum, Arabiam et sinum Arabicum, Aethiopiam, Libyam et Marmaricam. Dicta olim est Aeria, Ogygia, Hephaestia, Miara, Melampŏdum regio, Potamitis, Hebr. Mizrajim. Pluviae expertem fuisse veteres auctores referunt, sed id tantum de Superioris Aegypti tractu, qui est a Thebis ad Syenen, valet. Nam ex itinerariis constat, in Aegypto Infer. non pluvias solum sed et imbres nonnunquam demitti, pluviosque menses ibi esse Januarium, Februarium, Martium, Novembrem et Decembrem, per quos intra ripas suos devolvitur Nilus. Terra erat fertilissima, inprimis Delta, ut binas quotannis messes ferret. Hinc naves Alexandrinae in alias regiones frumentum vehebant, atque Augusto imperante Urbi annua ducenties centena millia frumenti ex Aegypto illata esse narrant. Hodie incolarum desidia Turcarumque tyrannide fertilitas deminuta est. Incolarum frequentia Vespasiani tempore tanta erat, ut septies decies centena millia hominum numerati sint, quae judicari quoque potest ex vicies mille urbibus, quas Amasi regnante in Aegypto fuisse Herodotus tradit. Hodie incolarum nume-

rus bellis, pestilentia et imperii forma deminutus est. H. ***Aegypten od. Mesr***; incola Aegyptius; adj. Aegyptius et Aegyptiacus.

Aegyptus Inferior s. Delta, inter Nili cornua et mare Internum, cujus metropolis fuit Alexandria; h. ***Al-Bahri***.

Aegyptus Media s. Heptanomis, idis, inter Hermopolin Magnam et Nili brachia, versus septentrionem Babylonis. Eius partis urbs primaria Memphis erat; h. ***Wolstani***.

Aegyptus Superior s. Thebais, inter Aethiopiam et Hermopolin Magnam in utraque Nili parte; huius urbs princeps erant Thebae; h. ***Al-Said***.

Aejopolis, urbs Assyriae in finibus Mesopotamiae, quam Euphrates perfluebat; h. ***Hella od. Hilla***.

Aelana, v. Elana.

Aelia v. Adrianopolis.

Aelia Capitolina, v. Hierosolyma.

Aemilianum, Amilhanum, Milialdum, ***Milhaud in Frankr***.

Aemodae, Emodae, Emudae, Emodes, insulae in septentrione Britanniae Barb. sitae; h. ***Shetlands od. Hitlands-Inseln***.

Aemōna, Emona, Ema, Haema, Colonia Tauriscorum, Lubiana, Labacum, urbs Pannoniae Super.; h. ***Laibach***.

Aemonia, Haemonia i. e. Thessalia; incola Aemonides, Aemŏnis, idis, f.; adj. Aemonius.

Aemonia Nova, ***Citta nuova, Seest. in Istrien***.

Aemus v. Haemus.

Aenaria et Aeneae Insula v. Pithecusa.

Aenīa, Aenēa, urbs Macedoniae ad Thermaicum Sinum, cujus fundamenta egit Aeneas e Troja fugiens; incola Aeneātes.

Aenĭpons, Oenipons, Aenipons Inferior, urbs in Norici et Vindeliciae confinio ad Aenum posita; h. ***Oettingne od. Neu-Oettingen***.

Aenĭpons, Oenipons, Aenipons Superior, opp. ad Aenum in Rhaetiae et Vindeliciae finibus prope Veldidenam; h. ***Inspruck***.

Aenōna, Aenona Civitas Pasini, opp. in insula ad Liburniam; h. ***Nona***.

Aenos, mons Cephalleniae insulae, in quo Jupiter templum habebat, inde Aenesius dictus.

Aenos, Aenus, Aenum, opp. Thraciae Antiquius nomen fuit Poltyobria h. e urbs Poltyos, qui fuit rex Thraciae sub Trojani belli initia. Urbs fuit maritima, quam alii ad Hebri ostia, alii ad Melanem sinum ponunt, portumque ei dant. Ciconum quondam regionem fuisse et Polydori tumulum scribit Plinius. H. ***Eno***; incolae Aenēi et Aenii; adj. Aenius.

Aenus, Oenus, Rhaetiae Propr. fluv. in Alpibus Rhaeticis, non procul Clavenna ortus et Vindeliciam a Norico sejungens inter Batava Castra et Bojodurum in Danubium infertur. H. ***Inn***.

Aeolia s. Aeŏlis, idis, Asiae Min. regio exadversus insulam Lesbum, inter Mysiam et Joniam, sive a Caici fluminis ore, aut paulo supra illud ad Phocaeam, Joniae extremam urbem. Olim Aeolis late patuit et Troada Mysiamque complexa est. H. pars provinciae ***Anadoli***. Incolae Aeolii et Aeŏles, ab Aeolo, Thessaliae rege, dicti, qui se ex Graecia in Asiam effuderunt clarasque urbes v. c. Smyrnam, Myrinam, Mithylenen condiderunt; adj. Aeolicus et Aeŏlius.

Aeoliae, Aeolĭdes, Aeŏli Insulae, Hephaestiădes, Vulcani s. Vulcaniae, Liparae, Liparaeorum Insulae, inter Siciliam et Lucaniam sitae. Plerique septem numerant, sed varie eas recensent. Maxima earum est Lipara, minima Evonўmos. A natura dictae sunt Vulcaniae, licet ad Hieram et Strongўlen tantum quidam referant. H. ***Isole Liparee***.

Aeolia i. e. Strongyle, insula Liparaeorum, in qua Aeolus, rex ventorum, sedem habebat.

Aepēa v. Soli.

Aequi, Aequicolae, Aequani, Aequicolani, Aequiculi, Italiae Propr. populus, qui a Sabinis ortus erat atque inter Marsos et Latinos Anienem habitabat; adj. Aequicus et Aequiculus.

Aequimaelium s. Aequimelium, locus Romae sic dictus, quod Sp. Maelii domus ibi solo aequata est.

Aequinoctium, locus munitus in Pannonia Super. ad Danubium, inter Vindobonam et Carnuntum; h. fort. *Fischamund.*

Aequolesima v. Iculisma.

Aequum Faliscum v. Falerii.

Aera, Aerfea, *Air, Ayr, in Schottland.*

Aereus, *Fl. Ayr in Schottland.*

Aeria, Heria, Aria, *Aire im nördl. Frankr.*

Aeria v. Aegyptus, Creta, Thasus.

Aeropus, mons Illyrici Graeci ad Aoi fluminis latus.

Aesăcus, Asiae in Troade fluv., cujus fontes sunt in Ida monte.

Aesărus, Aesaris, Aesar, Ital. Infer. in Bruttiis fluv., qui prope Crotonem in mare Jonium effunditur; h. *Esaro.*

Aesēpus, Asiae in Mysia Min. fl., qui ex Ida ortus in Propontidem exit; h. *Satas-dere.*

Aesernia, Aesernia Colonia, urbs Italiae in Samnitibus; primi Punici belli tempore eo colonia deducta est; h. *Sergna od. Isernia*; cives Aesernini, Esernini; adj. Aeserninus.

Aesia, Oesia, *Oise, Fl. in Frankr.*

Aesis, fluv. Italiae Med. in Umbria; Gallos Senonesa Piceno dividit atque inter Anconam et Senam Gallicam in Adriaticum Mare emittitur; h. *Esino.*

Aesis, Aesium, Colonia Aesis, Umbriae opp. in Piceni finibus, quod ab Aesi flumine nomen invenit; h. *Jesi*; adj. Aesinas; incolae Aesinates.

Aesona, Jesona, Jessonia, urbs Hispaniae Tarracon. in Ilergetsi prope Sicorim fluv.; adj. Aesonensis et Jessonensis.

Aestii, populus Sarmatiae Europ. ad mare Suevicum, quem Rubo ab Hirris se jungit; h. *die Esten.*

Aestonia, Esthonia, Aestia, *Esthland, Prov. in Russland.*

Aesŭla, Aesulum, Aesola, urbs Italiae in Latio prope Tibur; adj. Aesulanus; incolae Aesolani.

Aethalia, v. Ilva, Chios et Lemnus.

Aetilia, *Fl. l'Authie in Frankr.*

Aethiopia, etiam Aetheria appellata, maxima Africae terra. Veteribus Aegyptum ab austro continebat, quam late longeque ultra aequatorem etiam extendebant. Vix autem illis toto illo tractu, praeter vicinas Aegypti regiones, quidquam notum exploratumque erat. H. *Aethiopien od. Abyssinien* u. s. w.; incolae Aethiŏpes; fem. Aethiopissa; adj. Aethiopicus.

Aethiopia, in S. L. Cusch, Cuschaea, aut Arabia Felix, aut ejus pars ad Mare Erythraeum ita vocatur; fere ubi n. *Jemen od. Yemen.*

Aetna, mons Siciliae maximus. Multi descripserunt nobilem hunc montem. Ejus incendia Homerus non memorat, sed Hesiodus. Veteres causam eorum ad fabulas retulerunt. Nostra aetate plures eum adscenderunt atque explorarunt; h. *Monte Gibello, Gibel, Aetna*; adj. Aetnaeus.

Aetna, Aetnense Oppidum, urbs Siciliae in latere montis Aetnae, antea Inessa s. Innesa dicta; h. ubi coebium *S. Johann*; incolae Aetnenses et Inessenses; adj. Aetnensis.

Aetōla Urbs, dicuntur Arpi a Virgilio, quod Diomedes, Aetolorum rex in Dauniam venit ibique Arpos aedificavit.

Aetolia, Graeciae Propr. pars, Locride, Thessalia et Epiro, Acarnania et sinus Corinthiaci ostio terminata. Nomen accepit ab Aetolo, qui ob caedem imprudenter factam ex Elide huc confugerat. Eam Curetes ante tenuisse, quos ille expulerit, tradunt plures. H. pars provinciae *Livadien.* Incolae Aetoli. Inclaruerunt bellis contra Acharnanes, Macedones et Romanos, a quibus victi sunt, et longinquis fundae jactibus; adj. Aetolicus, Aetolius, Aetolus, Aetolis (idis) f.

Aexōne, vicus Atticae in ora maritima contra Salamina insulam; incolae Aexonenses et Aexōnes.

Africa, Graecis Hesperia et Libya, tertia orbis terrarum pars, inter Europam et Asiam ad austrum sita, magna, quam Sinus Arabicus Mare Internum et Atlanticum ambiunt, paeninsula, cujus septentrionales tantum regiones veteribus erant cognitae. H. *Africa*: incola Afer, adj. Afer, Africus et Africanus.

Africa Minor s. Propria. Carthaginiensium terram constituebat; quam expugnatam Romani in provinciae formam redegerunt. Fines

habebat Mare Internum, Mauretaniam, Gaetuliam et Cyrenaicam, et complectebatur Numidiam ac praeter Carthaginis etiam Syrticam regionem. Dividebatur in Zeugitanam et Byzacium; h. *Tunis u. Tripolis.*

Africa Septentrionalis, Africa ad Mare Mediterraneum sita, Bereberum Terra Barbaria; *d. Küste der Barbarei (Berb.) u. Barcan.*

Agamna, urbs Asiae in Mesopotamia ad Saocorae et Euphratis confluentem; h. *Kahem.*

Aganippe, es fons Boeotiae in Helicone monte, Musis sacratus; adj. Aganippēus, Aganippis idis, f.

Agara, urbs Indiae intra Gangem; h. *Agra.*

Agari s. Argari Urbs, in India intra Gangem ad Sinum Argaricum; fort. h. *Artingari.*

Agatha, ins. ad Galliae Narbon. oram, urbi cognomini opposita; quae Blascon etiam dicitur; h. *Brescon.*

Agathe, Agatha, Agathopolis, Tectosagum in Gallia Narbon. ad Araurim fluviumo ppidum. Quidam a Phocaeis conditum ferunt, alii a Massiliensibus, quod facile componi potest, quod Phocaei Massiliae conditores fuerint. H. *Agde*; incolae Agathenses.

Aathopolis, Fanum Sanctae Agathae, s. *Agata di Goti in Neapolis.*

Agathos Daemon, Agathodaemon, Magnus Fluvius, occien-dtale Nili cornu, quod prr Heracleo-tꞇcum sive Canopicum ostium mari infundebatur.

Agathymum, urbs Siciliae inter Himeram flumen et Pelorum prom. posita.

Agathyrna, Agathyrnum, urbs in ora septentrionali Siciliae; h. *Capo di Orlando.*

Agathyrsi, populus Daciae Mari fluvio adsidens; ubi h. *Siebenbürgen.*

Agdistis v. Dindymus.

Agedūnum, Acitodunum, urbs Lemovicum in Gallia Aquit.; h. *Ahun.*

Agelocum, Adelocum, Segelocum, Coritanorum in Britannia Rom. opp.; h. aliis *Idleton* aliis *Littleborough.*

Agendĭcum, Agedicum, Agedincum, Senŏnes, Senonis, opp. Galliae Celt. in Senonibus; h. *Sens*; adj. Senonensis.

Ager Bruttius v. Bruttii.

Agger s. Catarracta Gandavensis, *Sas van Gend in de Niederlanden.*

Agino, Agnius, Euneno, A… Galliae Belg. fluv., in Atrebatibus ortus Morinos alluit atque in Mare Britannicum effunditur; h. *Aa.*

Aginum, Aginnum, Agenn… Nitiobrigum, Civitas Aginnensis, urbs Galliae Aquitan. in Nitiobrigibus; h. *Agen*; adj. Aginnensi…

Aguettinum, Enjedinum, *Ayneten od. Engetten in Siebenb.*

Agrăgas, antis, mons Siciliae ad quem Agrigentum situm est.

Agrăgas s. Acragas, Siciliae fluv., in monte ejusdem nominis ortus, qui prope Agrigentum Hy… sae jungitur ibique in mare emitt…tur; h. *Girgenti od. Fiume di Nar…*

Agria, Jazygum Metanistarum in Pannonia Infer. opp.; h. *Erla…*

Agri Decumates, regio Germaniae inter Lunum, Rhenum … Moenum, in qua Romani matu… consederunt.

Agriaspae v. Ariaspae.

Agrigentum, Agrăgas, Acragas, antis, Siciliae meridionalis opp. in arduo monte positum. Fu… Rhodiorum colonia per Gelens… Nomen nactum est a fluvio cognomine. Sita fuit urbs a mari XVI stadia; munita, pulchra et magnifica, ad mare tamen habebat em…porium. Laudantur equi ad certamina olympia missi et tumuli ad… honore adfecti. Opulentiam atque fertilitatem laudat Diodor… Sic., qui etiam varia urbis fata pe…sequitur. Patria fuit Empedocl… H. *Girgenti*; adj. Agrigentinus … Acragantinus.

Agropolis, Novomarchi… *Neumarkt od. Maros in Siebenbürg…*

Aguntum, Aguntus, Indi… Intica, urbs Norici ad Dravum; … *Innichen.*

Agyrium, Civitas Agyre…sis, Agyrēna, Agurium, A…gyrion, urbs Siciliae ad Symaethu… fluv., Diodori Sic. patria; h. *Filip… d'Argiro*, aliis *Argirone*; cives Agy…

nenses et Agyrini; adj. Agyrinensis et Agyrinus.

Aila, Ailana v. Elana.

Alabanda, ae et orum, Alabandum et Alabandus, urbs Asiae Min. in Caria prope Maeandrum fluv., sub Romanorum imperio commerciis florida; h. *Eblebanda*; incolae Alabandenses et Alabandeis; adj. Alabandensis, Alabandinus et Alabandus.

Alabastra, urbs Asiae Min. in Phrygia, ubi lapis alabaster invenitur.

Alabastron, Alabastrorum Oppidum, urbs Aegypti Super. ad quam alabastrites (lapis), gemmae genus, nascebatur. Plinius ibi montem ejusdem nominis esse refert.

Alabastrus, Asiae in Troade fluv. ex Ida monte oriens.

Alabon, Alavona, Alabona, urbs Vasconum in Hispania Tarrac.; fort. h. *Alagoa.*

Alăbus, Alabis, Alabon, ōnis, Siciliae fluv., qui in Megarensem sinum se exonerat; h. *Cantara.*

Alaesa v. Halesa.

Alara, Alera, Allera, Hermionum in Germania fluv. in Visurgim exiens; h. *Aller.*

Alalia, Aleria, urbs Corsicae ad Rotanum fluv., quae a Phocensibus condita, eoque a Sulla colonia missa est; h. *Aleria.*

Alarinum, Larinum, *Larino in Italien.*

Alata Castra, Castra Exploratorum, Castra Puellarum, Burgus Alatus, Burgus Alarum, Edinum, Edenburgum; *Edinbourg in Schottland.*

Alatrium v. Aletrium.

Alauna, Alaunium, urbs Galliae Lugdun. in Unellis, s. Venellis; h. aliis *Quimper-Corentin*, aliis *Moustiers d'Alone.*

Alazon, ōnis, Alazonius, Asiae in Albania fluvius. Fontes habet in Caucaso, Cyroque infertur.

Alba, *Fl. Aube in Frankr.*

Alba v. Alpes Suevicae.

Alba, Vardulorum in Hispania Tarrac. metropolis; h. *Estella.*

Alba Augusta, Albaugusta, Alba Helviorum, Civitas Albensium, Albiga, Albia, Vivarium, Helviorum in Gallia Narbon. urbs primaria; h. aliis *Viviers*, aliis *Alby*; adj. Albigensis, Albiensis, et Vivariensis; incolae Albienses.

Alba Carolina v. Apulum.

Alba Dominarum, *Abt. Frauenalb im Schwäb. Kreise.*

Alba Fucentia s. Fucentis, Alba Marsorum, urbs Italiae Propr. in Marsis ad Fucinum lacum; h. *Alba di Marsa*; incolae Albenses; adj. Albensis.

Alba Graeca s. Graecorum v. Taurunum.

Alba Helviorum v. Alba Augusta.

Alba Julia v. Apulum.

Alba Longa, Alba, urbs Italiae in Latio, ante Romam conditam metropolis ab Ascanio, Aeneae filio, aedificata atque a Tullo Hostilio eversa. Hanc poetae Dardaniam, Iliacam et Trojanam appellant; h. aliis *Alba*, aliis *Palazzolo* dicta; incolae Albani; adj. Albanus.

Alba Mala, Albamarla, *Aumale in Frankr.*

Alba Marsorum v. Alba Fucentia.

Albāna, urbs Asiae in Albania inter Albanum et Casium flumina; h. *Bachu.*

Albanācum, Albenacium, *Aubenas in Frankr.*

Albāni, Illyridis Graecae pop. in Macedoniae finibus, circa Albanopolin urbem, a quo postea tota regio nomen invenit.

Albania, Asiae terra, Iberiae ab oriente apposita et supra Mediam Hyrcanum Mare attingens; h. *Candahar u. Daghestan*; incolae Albani.

Albania, *Albanien od. Arnaut Vilageti, Türk. Prov.*, Albani u. Epirotae *d. Einw.*

Albaniae Portae s. Pylae v. Caspiae.

Albanopolis, Albania, urbs Illyridis Graecae in Macedoniae finibus ad Drinium fluvium; h. *Albanopoli.*

Albānum, Albanum Pompeji, urbs Italiae in Latio prope Albam Longam ad Albanum lacum; h. *Albano.*

Alba Pompeja, urbs Galliae Cispad. in Liguria ad Tanarum amnem, frugum feracissima, Pertina-

cis Imper. patria; h. *Alba;* incolae Albenses Pompejani.

Albānus, Asiae in Albania fluv.; in Armenia ortus in Caspiam Mare effunditur; h. aliis *Samure,* aliis *Cohan.*

Albānus s. Albius mons, extrema pars Alpium, Pannoniam Infer. ab Illyrico separans; h. *Alben.*

Albānus Lacus, Italiae in Latio lacus, non procul a monte cognomine distans, quem Cicero Albanam aquam vocat; h. *Lago Castello od. di Gangolfe.*

Albānus Mons, in Latio situs, a Cicerone Albani Tumuli dictus, in quo templum erat Jovis Latialis. Nomen habet ab Alba Longa. In eo quotannis Feriae Latinae celebrabantur a Romanis et Latinis, in memoriam foederis olim inter eos icti. Curatio sacri erat Consulum. Fere ubin. *Castel Gangolfe.*

Alba Quercus, Albaquercum, *Albuquerque in Spanien.*

Alba Regalis, Albanum, *Stuhlweissenburg in Ungarn.*

Albece, Albioece, Civitas Rejensis s. Rejensium, Regium, Reji Apollinares, urbs Albioecorum in Gallia Narbon.; h. *Riez;* incolae Rejenses.

Albia, Albiga, Civitas Albigensium, urbs Galliae Aquit.; h. *Albi.*

Albigaunum v. Albium Ingaunum.

Albii Montes, in Creta insula, nive rigentes.

Albimontium, *Blamont in Lothringen.*

Albiniacum, *Aubigni im nördl. Frankr.*

Albion, Albiŏnis Insula v. Britannia.

Albipolis, *Hohenelbe, Bergst. in Böhmen.*

Albis, Albius, serius Alba, Albia, Germaniae in Hermunduris fluvius. Fontes habet in Sudetis montibus multisque fluminibus auctus in Mare Germanicum effunditur. Idem terminus fuit Drusi Tiberiique expeditionum. H. *Elbe.*

Albium Ingaunum, Galliae Cispad. in Liguria oppidum. Dicitur etiam Albingaunum, pro Albium Ingaunum vel Ingaunorum, qui fuerunt incolae. Seculo IX Albegaunum, serius Albenga et Albinga; h. *Albienga;* cives Ingauni et Albingauni Ligures.

Albium Intemelium, Municipium Intemelium, Albinimium, Albintemilium, Vintemelium, urbs Intemeliorum in Liguriae ora; h. *Vintimiglia.*

Albius v. Albis.

Albius Mons v. Albanus.

Albōna, Alvona, Alvum, urbs Illyrici in Liburnia ad Sinum Flanaticum; h. *Albona.*

Albula v. Tiberis.

Albŭla, Italiae Propr. in Pelignis fluv., quem quidam h. *Liberata* vocant.

Album Aestuarium, sinus Britanniae Rom., in quem Albus fluvius emittitur; h. *Humber.*

Album Burgum, Alba Castra, Castrum Album Nariscorum, Alba, *Weissenburg im Fränk. Kr.*

Album Mare, Sinus Granvicus, *d. Weisse Meer im Nördl. Russl.*

Albunea sc. Fons, Aquae Albulae, in Sabinis fons non procul Tibure.

Alburnus, mons Italiae Infer. in Lucania, inter Calorem, Silarum et Tanagrum fluvios; h. *Monte di Postiglione.*

Alcala Regalis s. Regia, *Alcala Reale in Spanien.*

Alce, es, Alces, is, Alcaratium, urbs Hispaniae Tarrac. in Celtiberis; h. *Alcaraz.*

Alcēja, *Alzey in d. Unterpf.*

Alcimoënnis, urbs Vindelicae ad Danubium quam h. *Ulm.* esse putant.

Alcimoenum, Alcimunnis, Aureātum, Dryopolis, urbs Germaniae in Hermunduris ad Almonam fluvium; h. *Aichstädt;* adj. Aureatensis.

Alcmaria, Alcmarium, *Alemaar in d. Niederlanden.*

Aldenarda, Aldenardum, *Oudenaarde in d. Niederlanden.*

Alduābis, Alduadūbis, Dubis, Dubius, Galliae Lugdun. fluvius. In Sequanis ad Juram montem oritur atque in Ambarris Arari jungitur; h. *Doubs od. Doux.*

Alea, urbs Peloponnesi in Ar-

cadia, cum templis Dianae, Bacchii et Minervae, quae inde Alaca dicta est.

Alecta, Electa, Alētha, *Aleth in Frankr*

Alectorus, Alectoros, urbs Sarmatiae Europ. ad Borysthenis ostiam sita.

Aléius, Alēus Campus, Aleii Campi, Asiae Min. in Cilicia Campestri planities, in qua Bellerophon Pegaso, oestro agitato, excussus esse traditur.

Alemannia, Germaniae regio inter Rhenum, Moenum et Danubium; adj. Alemannicus.

Alemannia Propria, Algēa, Algovia, Almangavia, Germaniae regio, Lico, Danubio, Lacu Brigantino atque Norico terminata; h. *das Algau.*

Alemanni, Allemanni, Alamanni, Germaniae populus e Suevis ortus, sedem habuit inter Licum, Danubium, Moenum Rhenumque fluvios et Brigantinum Lacum.

Alemanni Monasterium, *Cl. Altmühl-Münster im Fränk. Kr.*

Alemannus fl. v. Almona.

Alena, Ala, Ola, *Aalen im Schw. Kr.*

Alenconium, *Alençon in Frankr.*

Alepum v. Beroea.

Alera fl. v. Alara.

Aleria v. Alalia.

Alesa v. Halesa.

Alesia, Alexia, Alessia, Alisia, urbs Mandubiorum in Gallia Lugdun. munitissima, a Caesare, victo Vercingetorige, deleta; h. *Alise od. S. Reine d'Alise.*

Alesia, Alesium, *Alais in Frankr.*

Alesiae, Peloponnesi in Laconia vicus, in Taygeto monte positus, ubi Myles, Lelegis filius, molam invenisse traditur.

Alesus, Italiae in Etruria fluv., qui in Tuscum mare egreditur; h. *Sanguinaria.*

Alēta, Alata, urbs Illyrici in Dalmatia, inter Naronam et Scodram; h. *Mosth.*

Aletina Provincia, Hydruntina Provincia, *Terra di Otranto in Neap.*

Aletium, Valetium, Baletium, Italiae Infer. in Japygia opp.; h. *Lecce*; incolae Aletini.

Aletrium, Alatrium, opp. in Latio Novo; h. *Alatri*; cives Aletrinātes et Aletrienses; adj. Aletrinas.

Aletum, Civitas Aletensis, Alita, urbs Cariosolitarum in Gallia Celt.; h. *Guich-Alet.*

Alexandrēa, mons Asiae in Mysia Mai. cum Ida connexus, cui Antandrus urbs adjacebat. Nobilitatus est Paridis judicio traditoque Veneri aureo Ates malo.

Alexandreschăta, Alexandria Ultima, urbs Persiae in Sogdiana ad Jaxartem fluv., ab Alexandro propugnaculum contra Scythas condita.

Alexandrīa s. Alexandrēa, Aegypti Infer. urbs primaria, ab Alexandro M. per Dinocharem architectum in angusto isthmo, qui Mareotida lacum a mare sejungit, condita. Olim spatiosa fuit, commodo ad mercatum faciendum situ, quatuor portubus instructa, aedificiis splendida, incolis frequentissima, bibliotheca celebris. Hodierna urbs eum locum occupat, ubi olim stetit Heptastadium inter continentem et Pharum, et ibique multa adhuc rudera veteris conspiciuntur; h. *Alexandria*, Arabibus *Scanderic.*

Alexandrīa, Alexandria ad Issum, urbs Asiae Min. in Cilicia ad Issum fluv. et sinum Adjacium; h. *Alexandrette od. Scanderoun.*

Alexandrīa ad Caucasum, Alexandria apud Paropamisadas, urbs Persiae ad radices Paropamisi montis, ab Alexandro, in Bactrianam proficiscente, exstructa.

Alexandrīa ad Confluentes Acesinis, opp. Mallorum in India intra Gangem, ubi Acesines et Indus miscentur, ab Alexandro M. aedificata; h. *Lahor.*

Alexandrīa, Alexandria apud Arachotos, Alexandropolis, urbs Persiae in Arachosia in Indiae finibus.

Alexandrīa, Alexandria Asiae, Alexandria Ariorum, urbs Persiae in Aria, ab Alexandro ad Arium fluvium aedificata.

Alexandrīa, urbs Persiae in Bactriana; fere ubi h. *Balkh.*

Alexandrīa, Antiochia,

Charax, Vallum, Castrum Pasini, Charax Pasini, Vallum Spasini, urbs Persiae in Characene (Susiana), inter Eulaeum et Pasitigrim fluvios. Fuit patria Dionys. Periegetae et Isidori Characeni.

Alexandrīa Oxiana, urbs Persiae ab Alexandro in Oxi ripa prope Bactrianae fines constituta.

Alexandria, Alex. ad Tanaim, urbs Sarmatiae Europ., quam Alexander aedificavit ad Tanaim eamque LX stadiorum muro cinxit.

Alexandrīa Statiellorum, Alexandria a Palea, urbs Galliae Cisalpinae in Liguria ad Tanarum fluv., a Mediolanensibus, Placentinis et Cremonensibus condita; h. *Alessandria od. Alexandria della Paglia.*

Alexandrīa s. Alexandrēa, Alexandria Troas, Antigonēa, Troas, opp. Troadis in Asia Min. ad Aegaei Maris littus, inter promontoria Lectum et Sigeum, ab Antigono in honorem Alexandri exstructum et nominatum; cujus ruinae sunt, ubi n. *Eski-Stambul.*

Alexandri Castra et Arae, ad Hyphasim in India ab Alexandro ibi exstructae, ubi ab exercitu, ut rediret, coactus erat.

Alexandri Castra, locus Marmaricae in Ammonia, ubi Macedonum exercitus castra posuerat, cum Alexander ad Jovis Ammonis templum moraretur.

Alexandrīon, Alexandrium, Palaestinae in Samaria castellum in monte positum; h. *Carasia.*

Alexandropolis v. Alexandria in Arachosia.

Alexia v. Alesia.

Alexodunum, *Hexham in Engl.*

Algeria, Algaria, *Alghier in Sardinien.*

Algerīa, Algerium, Algarium, *Algier im nördl. Africa*; adj. Algerianus; v. etiam Caesarea Mauret.

Algĭdum, Aequorum in Latio opp. in Algido monte situm; h. *Rocca di Papa*; adj. Algidensis.

Algĭdus, Algidon, Italiae Med. in Aequis mons altus, cum Tusculanis montibus connexus. Romanorum cum Aequis bellis magis innotuit. Regio circa illum vocatur Algida; h. *Monte dell Algido.*

Algovia v. Alemannia Propri[a].

Aliacmon v. Haliacmon.

Aliartus v. Haliartus.

Alicanta, Alicantium, *Alicante in Spanien*; v. etiam Lucenti[a].

Alicanum, Halicanum, He[l]clitanum, Hilicanum, Raeli[...]tanum, Rachelburgum, urb[s] Pannoniae Super.; h. *Rackasbur[g], Rakesburg, in Steyermark.*

Alīfa, Allīfae, Allipha, Al[...]liphae, Allife, urbs Italiae Infe[r.] in Samnio inter Venafrum et Sabatu[m] fluvios; h. *Alifi od. Alphi in Neap.* adj. Allifanus; incolae Allifani.

Alinda, Asiae Min. in Car[ia] castellum munitissimum, quod A[da] regina Alexandro sponte tradidi[t]; h. *Mogla od. Mulla*; incolae Ali[n]dienses.

Alingo, Portus Alingoni[s], urbs Vasatum s. Vocatum in Gal[l]. Aquitan. ad Garumnam; h. *Lang[on].*

Aliōne, Alōne, Lancastri[a], urbs Brigantum in Britannia Ro[m.]; h. *Lancaster.*

Aliphēra, urbs Peloponnes[i] Arcadia cum Aesculapii et Min[er]vae templo; incolae Alipheraei.

Alisium, urbs Harūdum in G[er]mania, ad Nicerum; h. *Heilbr[onn].*

Alīso, Eliso, Alma, Sica[m]brorum in Germania fluv., qui Lu[p]piae miscetur; h. *Alme*; nonnu[lli] *Lise b. Lisborn.*

Alīso, Aliso Romanoru[m], castrum Germanicae in Sicambri[s a] Druso ad confluentem Alisonis [et] Luppiae contra illorum incursio[nes] exstructum; h. aliis *Lisborn*, a[liis] vicus *Elsen.*

Alīso, Alisum, Vesalia I[n]ferior, Sicambrorum in Germa[nia] opp., ubi Luppia in Rhenum infl[uit], quod a Germanico aedificari co[ep]tum est; h. *Niederwesel od. Wes[el].*

Alisontia, Alizunta, Gall[iae] Belg. fluvius parvus; h. *Elze.*

Allia, Italiae Propr. in Sabi[nis] fluv., qui Tiberi miscetur. Ad e[um] magnam Romanis cladem attul[erunt] Galli Senones Brenno duce; h. *A[...]* adj. Alliensis.

Allieni Forum v. Ferrara.

Allifae v. Alifa.

Allobrŏges s. Allobryg[es], populi Transalpini, qui Narbone[nsi]bus adscribuntur. Eorum sedem in[...]

[Ar]aram et Rhodanum, Lemannum [l]acum et Alpium partem quidam [t]enunt. Male pacatam gentem vocat Cicero, nec, cum I. Caesar Galliam [g]eret, bono in Romanos animo [f]uisse ex eodem notum est. Victoriam de iis reportavit Fabius, unde [A]llobrogicus dictus est. H. ubi *Dauphiné u. Savoyen.*

Alma fl. v. Aliso.

Almana, urbs Macedoniae in [M]ygdonia ad Axium fluvium.

Almangavia i. q. Alemannia [p]ropria.

Almantica, *Fleck. Almanzae in [Neu]-Cast. in Span.*

Almeria, urbs Hispan. Baet. ad [ost]ium fluminis cognominis; h. *Almeria.*

Almo, ōnis, parvus Italiae fluvius, Romae vicinus, in quo Cybe[les] sacerdotes ejus statuam cultrosque [...]marios lavabant; h. *Aquataccio.*

Almōna, Almonus, Alemannus, Alemo, Germaniae fluv. in [H]ermunduris, in Danubium exiens; [h.] *Altmühl.*

Almus, Alma, mons Pannoniae [...] prope Sirmium, quem Pro[bus] Imper., praestantissimis vitibus [e]x Italia allatis, militari opere con[sev]it. Accolae illum *Arpatario* et [...] appellare dicuntur.

Alnetensis s. Alunensis, [A]lnitensis Tractus, *Aunis od. [Pa]is d'Aunis, in Frankr.*

Alnovia, *Jölswa od. Jelsawa in [Un]garn.*

Alōne, Alona, Alonae, urbs [Con]testanorum in Hispania Tarrac. [in]ter Carthaginem Novam et Lucentum. Nomen habet ἀπὸ τῶν ἁλῶν, [q]uod olim, ut nunc, praestantissi[m]o sale abundabat. H. esse *Gadamar*, situm in paeninsula ad os Ta[...]is fluvii putant; alii vero *Altea [l]a Villa joyosa* nominant.

Alōne v. Alione.

Alonta, Asiae fluvius. Oritur in Caucaso monte, Albaniam et Sarmatiam Asiat. disterminat atque in Caspium Mare evolvitur. H. *Tereck.*

Alŏpe, urbs Graeciae in Locride.

Alopěce, Alopeae, Atticae vicus, XII stadiis Athenis distans; Isocratis locus natalis.

Alōrus, Aloros, urbs Macedoniae in Pieria; cives Aloritae.

Alorus, urbs Macedoniae in Paeonia.

Alostum, *Alost od. Aelst in den Niederl.*; adj. Alostanus.

Alpēnos, Locrorum Epicnemidiorum in Graecia metropolis, non procul Thermopylis sita.

Alpes, ium, Alpini Montes, Alpina Juga, Alpis, montes Europae altissimi, iuxta Genuam incipientes, et usque ad ultimum Adriatici Sinus recessum pertinentes. Galliam Transalpinam a Cisalpina dividebant. Iidem montes dicti etiam sunt Alpia et Albia. Olim sic quoque Rhipaeos montes vocarunt et postea hoc nomen de altis montibus positum reperitur. Nomen ducunt e lingua Celtica, in qua alti montes Alpes vocantur. Qui hodie eos emensi sunt, earum summum fastigium esse putant montem S. Bernhardi. Variis incolebantur populis, a quibus Alpes nominantur Noricae, Venetae, Pannoniae, Carnicae. H. *die Alpen*; adj. Alpicus, Alpinus.

Alpes, Alpium Urbs, *Aulps, Aups in Frankr.*

Alpes Bastarnicae v. Carpates.

Alpes Carnĭcae, a Dravo incipientes Carinthiam ab Italia Super. disterminant, Styriae et Carinthiae partem occupant, Savique fontes constituunt.

Alpes Cottiae, Alpes Cottianae, cum Maritimis Alpibus Galliam Cisalpinam a Transalpina sejungunt, atque a Vesulo monte usque ad Vari ostium pertinent; Cottiae dictae sunt a Cottio regulo, cujus regnum a Nerone in provinciae formam redactum est; h. *d. Alpen zw. Dauphine u. Piemont.*

Alpes Euganeae, Carnicarum pars usque Vincentiam Veronamque extenduntur.

Alpes Grajae, Saltus Grajus, Grajus Mons, a Vesulo usque ad Montem Jovis (*S. Bernhard*) porriguntur. Has Hercules transgressus esse traditur.

Alpes Juliae, Venĕtae, Pannoniae, sitae sunt inter Carinthiam, Carniolam, Istriam prope

Forum Julium. In iis J. Caesar viam munire incepit, quam Augustus confecit. Earum pars Ocra dicebatur; ubi h. *der Birnbaumer Wald.*

Alpes Lepontiae, Alpes Lepontinae, inter Rheni fontes et Verbanum Lacum, in quibus Rhodanus, Ticinus et Araris oriuntur, parsque sunt Adulae meridionalis.

Alpes Maritimae, Alpes Littoreae, quae iuxta Mare Mediterraneum extenduntur et Galliam Transalpinam a Liguria separant. In earum vertice posita erant tropaea in Augusti honorem exstructa; h. *e. Theil v. Provence u. d. Grafsch. Nizza.*

Alpes Norĭcae, iuxta Murum fluvium per Styriam porriguntur et per Carinthiam in Pannoniam Infer. procurrunt.

Alpes Pannoniae v. Alpes Juliae.

Alpes Pennīnae s. Poeninae, inter Veragros et Salassos usque in Helvetiam pertinebant; h. *ubi der grosse Bernhard.*

Alpes Rhaeticae, Juga Rhaetica, ab Adula per Rhaetiam usque in Tirolim extenduntur, in quibus Aenus, Athesis, Addua pluresque alii fluvii nascuntur. Has Drusus et Tiberius superantes in Rhaetiam penetrarunt.

Alpes Suevĭcae, Alpagovia, Alpegovia, Alpes, Alba, *die Alp, rauhe Alp, Berge im Schw. Kr.*

Alpes Summae v. Adula.

Alpes Tridentinae, Juga Tridentina, supra Tridentum attolluntur et Rhaeticarum Alpium latus sunt.

Alpes Venetae v. Alpes Juliae.

Alphēus, Alpheos, fl. Peloponnesi in Arcadia. Antea dictus est Nyctĭmus, post Stymphălus, denique Alpheus a submersis ibidem hominibus. Fontem primum habuit ad Phylăcem; post terram subiit et emersit ad Aseam Arcadiae, ubi novi veluti fontes erant, mistusque cum Eurota iterum sub terram depressus separatim prodiit et, receptis Celadone, Erymantho aliisque fluviis, Pisaeorum oppidum, Tryoëssam, uti post Epithalium praeterfluebat, ubi erat vadosus, deinc[e] Aulona, Leprĕum, ubi erat navigab[i]lis ac prope Olympiam in sinum C[y]parissium excurrebat. Nota est fabul[a] quod subter maria terrasque depre[s]sus in Sicilia erumpat in Arethu[sae] fonte. H. *Carbon;* adj. Alphēus.

Alpis Cottia i. e. Vesul[us]. Hanc transscendens Hannibal [in] Italiam penetravit; h. *Viso u. Cen[...]*

Alpis Graja, i. q. Mons [S.] Bernhardi Minor.

Alsa, Alsena, *Ins. Alsen* [...] *kl. Belt.*

Alsa, Venetorum in Gal[lia] Transpad. fluv. prope Aquileja[m] ubi Constantinus, Const. M. fili[us] a Constante fratre victus cecidit; [...] *Ause.*

Alsatia, Elisatia, *Elsass;* [...] *Einw.* Alsătae et Alsati; adj. Al[sa]ticus; v. etiam Tribocci.

Alsium, Colonia Alsiensi[s] urbs Italiae in Etruria, non lon[ge] ab Arni ostio sita; bello Puni[co] primo facta est colonia Romana; [...] *Palo;* adj. Alsiensis et Alsius.

Altae Ripae v. Brega.

Altajus Mons, Altaji Mo[n]tes; Annibi Montes, in Scyth[ia] extra Imaum; h. *Altai.*

Alta Specula, Summont[o]rium, *Marktfl. Hohenwarth* [...] *Baiern.*

Altenavia, Altonavia, [...] *tona b. Hamburg.*

Altha, urbs Asiae in Baby[lo]nia ad Tigridem fluv., ubi in d[uo] cornua separatur et Mesenen in[su]lam facit.

Althaea, Carteja, Olcad[um] in Hispania Tarrac. opp.; h. *Org[...]*

Altinae, Eltenum, *Stift El[ten]* *im Westph. Kr.*

Altinum, Galliae Transpad. [in] Venetis municipium ad Silim f[lu]men; h. *Altino;* incolae Altinat[es]; adj. Altinas et Altinus.

Altissiodorum v. Antissio[do]rum.

Altorphium, Palaeocom[...] *Altorf im Fränk. Kr.*

Altum Castrum, Alta A[...] Vicegradum, Vissegradu[m] *Wischegrad od. Plintenburg in U[n]garn.*

Alunensis Tractus v. Al[...]tensis T.

Aluntium, Haluntium, urbs Siciliae maritima; incolae Aluntini; adj. Aluntinus.

Aluta, Alutha, Alvata, Alvatus, Olta, Daciae fluvius. Oritur in Carpatibus et Danubio miscetur; h. *Aluta, Alt od. Olt.*

Alverni v. Arverni.

Alvincium, *Winza, Winzendorf in Siebenb.*

Alvona, Alvum v. Albona.

Aliatta, Aliatti, orum, urbs Asiae Min. in Bithynia Galatiae finitima.

Alyzēa, Alyzia, urbs Graeciae Propr. in Acarnania, citra Leucadem.

Amades, Amedes, Amisium, *Hohenembs od. Ems in Tirol.*

Amagetobriga, Amagetobria, Amagetrobia, Magetrobia, urbs Galliae Lugdun. in Sequanis; h. quibusdam *la Moigte de Broie.*

Amalphis, Amalphia, *Amalfi, Seest. in Neapel;* adj. Amalphitanus.

Amalthēa, villa Pomp. Attici in Epiro, in qua Amaltheum gymnasium fuisse videtur.

Amana, mons Syriae Antilibani in Gaulonitide ramus.

Amana fl. v. Chrysorrhoas.

Amana, *Fl. Ohm in Hessen.*

Amandopolis, *S. Amand im nördl. Frankr.*

Amāni Portae, Amanicae Pylae, Amanides s. Amanidae Pylae, fauces Amani montis inter Ciliciam Campestrem et Syriam in Epiphaniae urbis vicinia, per quas Darius penetrans ad Issum fl. venit; h. nonnullis *Scanderona.*

Amanienses v. Amanus.

Amantia, Amentia v. Clampetia; adj. Amantianus.

Amantia, Epiri in Orestide urbs maritima inter Oricum et Aulonem; cives Amantini.

Amānus, Tauri montis latus in Asia Min. Alii eum Cappadociae alii Syriae adscribunt, plerique in finibus Ciliciae et Syriae ponunt. Inclaruit Alexandri et Darii transitu, et Ciceronis expeditione ac victoria de praedonibus. H. *Monte Negro;* aliis *Lukan;* incolae Amanienses.

Amari Lacus, Aegypti Infer. prope Heroopolim lacus, qui Sinum Arabicum cum Trajani Fluvio conjunxit.

Amarynthus, oppidulum vel vicus Euboeae, in quo Diana Amarysia colebatur, quam Livius Amarynthidem appellat.

Amasēa, Amasia, Asiae Min. in Ponto ad Iridem fluvium opp., Ponticorum regum sedes et Strabonis patria; h. *Amasia, Amasiah.*

Amasia, Amasius, Amisia, Amisius, Amasis, Germaniae fluvius, in Bructeris ortus, qui per Sinum Dollarium in Mare Germanicum prope Burchanam insulam emittitur. Ad illum Bructeri a Druso victi sunt; h. *Ems.*

Amasia, Amisia, Emda, urbs Chaucorum in Germania ad fluvium cognominem; h. *Emden.*

Amasia Cattorum v. Mattium.

Amastra, Amestratus, Mutistratus, urbs Siciliae; h. *Mistretta;* cives Mutistratini.

Amastris, Amastrum, Amastrianorum Civitas, v. Sesamus.

Amatha v. Epiphania Syr.

Amăthus, untis, urbs Cypri insulae prope Citium, in qua Venus Amathusia s. Amathuntia atque Adonis praecipua religione colebantur; h. *Limisso;* cives Amathusii; adj. Amathusius, Amathuntius, Amathuntēus et Amathusiacus.

Amăthus, untis, Psamathus, untis, Peloponnesi in Laconica urbs maritima, inter Taenarium et Eurotam sita.

Amathus, untis, opp. Palaestinae in Peraea Inferiore.

Amathusia, Amathusa v. Cyprus.

Amazŏnes, Scythicae erant mulieres et bellicosae, quippe magnam Asiae partem occupaverant, earumque aliae ad Thermodonta fluvium, aliae prope Tanain, aliae in Libya quoque habitabant. Unde nomen acceperint, perinde incertum est, ac tota eorum historia fabulas redolet. Sing. Amazon et Amazŏnis, idis; adj. Amazonicus et Amazonius.

Amazonĭdum s. Amazŏnum Fluvius, *Amazonenfluss od. Maranhon im Südl. America.*

Amazonĭdum s. Amazŏnum regio, *Amazonenland*, *an beyd. Ufern ebend. Flusses.*

Amazonium v. Cume Aeolidis.

Amazonius v. Tanais.

Amazonius Mons, Asiae Min. mons in Ponto ad Thermodonta fluvium.

Ambacia, Ambasia, Ambascia, Ambosia, *Amboise in Frankr.*

Amber, Ambra, Ambro, Vindeliciae fluv., qui in Isargum effunditur; h. *Amber.*

Ambiani, pop. Galliae Belgicae inter Bellovacos et Nervios; ubi h. *Picardie.*

Ambiānum, Ambianensis s. Ambianensium Civitas v. Samarobriva.

Ambitarinus, Ambiatinus, Ambiativus Vicus, locus Galliae Belg. in Treviris, ubi C. Caligula, Caes. Germanici filius, natus est; fort. *Capelle b. Coblenz.*

Ambletosa, Ambleteolium, *Seest. Ambleteuse im nördl. Frankr.*

Ambra, Ambarum, urbs Vindeliciae ad fluvium ejusdem nominis; h. *Bruck an d. Amber.*

Ambra, Emmera Magna, Hermionum in Germania fluv. in Visurgim exiens; h. *die Emmer.*

Ambracia, urbs Epiri. Corinthiorum coloniam faciunt multi et conditorem indicant Gorgum, Cypseli filium. Urbs fuit Thesprotiae, haec autem pars Epiri. In situ ad Ambracium Sinum conveniunt, at in vera sede discrepant. Fuit oppidum munitum et templum Minervae habuit. Augustus et hanc urbem civibus, ad frequentandam Nicopolim suam, nudavit. H. *Ambrakia*, aliis *Arta*; cives Ambraciotae et Ambracienses; adj. Ambracius et Ambraciensis.

Ambracius Sinus, in Epiro, quam ab Acarnania separabat, quarum illa erat ad septentrionem, haec ad meridiem; h. *Golfo dell' Arta.*

Ambrae Lacus, Ambronis Lacus, *der Ammersee b. Landsberg in Baiern.*

Ambria, *das Ammerland b. Ostfriesland.*

Ambrosiopolis, Saxopolis, Brossa, *Brosz od. Broos in S[iebenbürgen]*.

Ambronicus Pagus, Hel[ve]tiorum pagus prope Saledurum; [...] h. *Soluthurn.*

Ambrysus, Ambryssus, A[m]phrysus, urbs Graeciae Pro[pr.] in Phocide ad Parnasi radices.

Amenanus, Amenas, Sicil[iae] fluv. prope Catanam; adj. Ame[na]nus; h. quibusdam *Indicelle.*

Ameria, Italiae Propr. in U[m]bria municipium ad Tiberim; [h.] *Amelia*; adj. Amerinus.

Ameria, *Aymeries, in Fra[nkr.] an d. Sambre.*

Amerinum Castellum, [Ita]liae in Etruria ad Lacum Vadi[mo]nis.

Amestratus v. Amastra.

Amĭda, Armeniae Mai. in [So]phene ad Tigridem opp., quond[am] a Sapore, Persarum rege, in[gente] exercitu obsessum captumque [...] Romanis. Idem post a Const[anti]o amplificatum est; h. *Diarbekir, [Di]arbekir.*

Amilhanum v. Aemilian[um].

Aminea, Amminea, Am[mi]nea, Aminae, regio Italiae [in] Campania, ferax optimi vini, [post] Falernus ager dictus; h. *Terra di [La]voro.* Incolae Aminei; adj. A[mi]neus, Ammineus, Aminneus, A[mi]naeus.

Amisēnus Sinus, Asiae [in] Ponto Galatico ad Pont. Euxi[num] sinus inter ostium Halўos et [...] mont. Heracleum.

Amisia, Amisius fl. v. A[ma]sia.

Amisia urbs v. Amasia.

Amisium v. Amades.

Amisus, Amisum, Ami[se]norum Civitas, Amisum [li]berum, urbs Asiae Min. in Po[nto] Galatico, ad sinum ab ea dict[um] perquam opulenta et florens, q[uae] tulit Demetrium et Tyrannion[em] Grammaticum, Strabonis praec[ep]torem, ac varia per bellum [Mi]thridaticum subiit fata. H. voc[at.] *Samsun*; cives Amisēni.

Amiternum, opp. Italiae Pro[pr.] in Sabinis in Vestinorum fini[bus] prope Aterni fluminis fontes. S[al]lustii fuit patria; h. *S. Vitori[no].*

incolae Amiternini; adj. Amiternus et Amiterninus.

Amma, Emmana, *d. beyden Flüsse Emmat oder Emme in der Schweiz.*

Ammodes, promont. Asiae Min. in Cilicia inter Cydnum et Piramum fluvios.

Ammon s. Hammon, ōnis, urbs Africae in Marmarica, triplici muro cincta; adj. Ammoniacus.

Ammoniaca Regio, Hammoniacus Nomos, regio Marmaricae, in qua Jovis Ammonis erat templum; h. *Schiwa*; incolae Ammonii.

Amnisus, urbs Cretae ins. ad fluvii cognominis ostium cum portu, Minois regia.

Amorgos, Amorgus, Maris Aegaei insula ex Sporadibus; Simonidis poëtae patria; h. *Amorgos, Morgo.*

Amorium, urbs Asiae Min. in Phrygia Magna ad Sangarium fluvium, in qua Aesopus natus esse dicitur.

Ampelusia, Ἀμπελουσία sc. ἄκρα, prom. Mauretaniae Tingit. contra Gades, quod Afri Cota s. Cottes appellant. A vitibus, quarum singularem magnitudinem in Mauretania praedicat Strabo, plura loca cognomen sumserunt, ut docet Stephanus sub ἄμπελος. H. *Capo de Spartel.*

Amphilochi et Amphilochia v. Argos Amphilochicum.

Amphimalla, Amphimallium, Amphimala, etiam Pantomatrion, urbs maritima Cretae ins. ad Sinum Amphimalem s. Amphimallum; h. *Suda.*

Amphipolis, serius Ἐννέα ὁδοί, Novem Viae; Christopolis, urbs Macedoniae in Edonide ad Strymona fluvium. Plura antiquitus nomina gessit. Amphipolin nominavit Agnon, qui eo coloniam Atticam deduxit, et Thucydides nominis causam a Strymone utrinque circumfluente derivat. Urbs habuit monumenta in Agnonis honorem; at cum Brasidas Spartanus in bello Peloponnesiaco eam cepisset, tantum sibi civium amorem conciliavit, ut, dejectis Agnonis monumentis, vivus et mortuus tanquam heros coleretur, adeoque novus conditor haberetur. Post Persea debellatum fuit caput Macedoniae. Hodiernum nomen est *Jamboli*; cives Amphipolitani et Amphipolitae; adj. Amphipolitanus.

Amphipolis Syriae v. Thapsacus.

Amphissa, urbs Graeciae in Locris Ozolis; h. *Salona*, aliis *Arecella*; incolae Amphissenses Locri; adj. Amphissius.

Amphrȳsus, Amphryssus, Thessaliae in Magnesia fluv., qui in Pagasaeum sinum exit. Juxta eum Apollo Admeti regis armenta novem annis pavisse traditur.

Ampla, *Fl. Abenst in Baiern.*

Ampsacus, Ampsaga, Fluvius Cirtensis, fluv. Africae, Numidiam Propriam a Numidia Massaesylorum dividebat, Cirtam praeterfluebat atque apud Igilgilis in Mare Internum effunditur. H. *El Kibir*, aliis *Suf-jimmar od. Rummel.*

Ampsanctus Lacus, Amsanctus, Lacus Ampsancti, Italiae Infer. in Hirpinis lacus, pestilentem vaporem exhalans; h. *Amsainte.*

Amstelaedāmum, Amstelodamum, Amstelredamum, Amsterodamum, Amsterodama, *Amsterdam*; adj.; Amstelodamensis, Amsterodamensis.

Amȳclae, Amuclae, Italiae in Novo Latio urbs maritima inter Tarracinam et Cajetam. Ita appellatae sunt a Laconibus, Castoris et Pollucis comitibus, atque ab Amyclis in Laconica. Cujus cum cives secundum Pythagorae decreta ab esu carnium et animalium caede abstinerent, serpentesque in vicinis paludibus natos occidere nefas putarent, ab iisdem necati esse dicuntur. Prope illam antrum est, in quo Tiberius Imper. paene interiit; h. aliis *Amicle*, aliis *Vardonia*; adj. Amyclaeus.

Amȳclae, Amyclae Apollineae, Amyclae Ledaeae, urbs Peloponnesi in Laconica. Nomen urbs nacta est ab Amycla, Lacedaemonis filio. A Sparta XX stadiis distans sita erat in amoeno et fertili agro. Celebre ibi fuit templum Apollinis, et Leda sedem ibi

habuisse fertur. Narrantur vulgo silentio periisse, cum temere, nuntiato aliquoties hostium adventu, lege cautum esset, ne quis unquam hostium adventum narraret, et sic, hoste vere adveniente captae sunt. H. *Sklavachori*; adj. Amyclaeus.

Amyclaeus Mons v. Taygetus.

Amymōne, es, fons vel rivus Peloponnesi in Argolide, non longe a Lerna palude.

Anactorium, Anactoria, urbs Graeciae Propr. in Acarnania ad ipsum Sinum Ambracium non longe ab Actio; h. *Vonitza*.

Anagnia, urbs Italiae Propr. in Latio, Hernicorum caput atque opulenta; h. *Anagni*; cives Anagnini; adj. Anagnīnus.

Anăphe, Aegaei Maris ins., quam Plinius sponte e mari enatam dicit. Praeter hanc etiam Delum, Rhodum et Hieram e mari emersisse perhibent. Nomen accepit ab Argonautis, quia tempestate laborantibus intermestris luna ex insperato apparuit. Ab hac insula Apollo Anaphaeus cognominatus est; h. *Namphio*.

Anāpus, Graeciae in Acarnania fluvius, qui Acheloo miscetur.

Anāpus, Anapis, Siciliae fluv., qui inter Syracusas et Olympiacum in Mare Siculum egreditur.

Anas, ae, Hispaniae fluvius. Oritur in Oretanis, populo Hispaniae Tarrac., et, ut Plinius ait, modo se in stanga fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum cuniculis condens et saepius nasci gaudens in Oceanum Atlanticum effunditur. Pisces alit non tam sapidos, quam magnos. H. *Guadiana*.

Anasum, Anassianum, Anisia, urbs Norici ad Danubium, ubi fluvius cognominis in illum exit; h. *Ens*.

Anāsus, Anīsus, Anissus, Anesus, Norici fluvius, qui in Danubium effunditur; h. *die Ens*.

Anătho, us, Euphratis fluvii insula vel paeninsula in Mesopotamia.

Anăthon, Anothon, Anothan, urbs munitissima in Mesopotamia, quam Euphrates circumfluit, a Juliano Imper. eversa; h. *Anah*.

Anaurus, Asiae Min. in Tro[…] de fluv. prope Idam montem.

Anaurus, Thessaliae fluv., q[…] in Phthiotide apud Demetriadem i[…] Onchestum exit, cum eoque in Paga[…] saeum Sinum emanat.

Anazarbus, Anazarba, Asia[…] Min. in Cilicia Campestri opp. a[…] Anazarbum montem, postea Ca[…] sarea dictum. Dioscoridis medi[…] fuit patria; h. *Ascera od. Acsara[…]* cives Anazarbeni.

Anchiăle, es, Anchiale[…] Anchialus, urbs Asiae Min. i[…] Cilicia Propria prope Solos et Cyd[…] ostium, quam Sardanapalus co[…] didisse traditur.

Anchiălos, Anchialus, A[…] chialum, Anchiale, urbs Thr[…] ciae ad Pontum Euxinum. Oli[…] ibi Mesa steterat, post dicta […] Ulpia s. Ulpiana a Trajano. A M[…] sembria distabat LXX stadiis, […] Apollonia CXXVIII; h. *Akela*.

Anchisae Portus v. Onchesmu[…]

Anchisius Mons, Anchisi[…] Peloponnesi in Arcadia mons int[…] Orchomenon et Mantineam, ad c[…] jus radices Anchisae sepulchru[…] esse perhibent.

Ancōna, Ancon, urbs Italia[…] Propr. Mari Supero et Lumer[…] prom. adjacens. Nominis origo r[…] petenda est a forma situs, ut i[…] aliis urbibus v. c. Drepanum, Za[…] cle. Alii Siculos conditores narra[…] alii Syracusanos, qui origine Dor[…] fuerint, unde Juvenali Dorica A[…] con dicitur, qui simul Veneris te[…] plum notat. Vini et tritici ager fu[…] ferax. Sita fuit in agro Piceno po[…] tuque illustris est. Hodieque *A[…] cona* vocatur et superest ibi Tr[…] jani arcus triumphalis; adj. Anc[…] nitanus.

Ancon, Ancon Leucosyr[…] rum, urbs Asiae Min. in Ponto cu[…] portu, non longe ab Iridis ostio.

Ancone, Ancunum, *Ancon[…] in Fr. an der Rhone*.

Ancora, *Ancre, Encre od. A[…] bert im nördl. Frankr.*

Ancōre v. Nicaea.

Ancȳra, Ancyra Abasit[…] dis (regionis), Ancyra Phrygia[…] Ancyra Synai, urbs Asiae Mi[…] in Phrygia Magna et Lyciae fi[…] bus; h. *Angouri*.

Ancyra, Asiae Min. in Galatia opp., Tectosagum metropolis, quam a Mydia conditam ajunt, Augustus autem exornavit, in cujus honorem cives monumentum, quod ex parte etiamnum extat, Marmor Ancyranum, sex columnas, in quibus res ab eo gestae insculptae erant, exstruxerunt. H. *Antire*, aliis *Angoury*; adj. Ancyrānus.

Andania, urbs Peloponnesi in Messene ad Charadrum fluvium, regum Messeniorum sedes.

Andecrium v. Andretrium.

Andegăvi, Andecavi v. Andes, ium,.

Andegavia, Ager Andegaviensis; h. *Anjou*.

Andegavum v. Juliomagus.

Andematūnum, Andomatunum, Antematunum, Lingŏnum Civitas, Lingones, urbs Galliae Belgicae in Lingonibus; h. *Langres*; adj. Lingonensis et Lingonicus.

Anderĭdum, Anderitum, Anderedon, Civitas Gabalitana, Gabali, urbs Galliae Aquit. in Gabalibus; h. *Javoux od. Javols*.

Andes, is, Cenomanorum in Gallia Transpad. vicus, Virgilii natalibus clarus; h. vicus *Pierola*; adj. Andinus.

Andes, ium, Andegăvi, Andecavi, Andi, populus Galliae Celt., Carnutibus et Turonibus finitimus, quem Ligeris alluit; ubi h. *Anjou*.

Andethauna, Andethaunalis, vicus Galliae Belg. in Treviris; h. *Echternach*, *Echtern in Luxemburg*.

Andreopŏlis, *S. Andrews in Schottland*.

Andretrium, Andecrium, Andetrium, Andretium, urbs Illyrici in Dalmatia, ubi h. *d. Schloss Clissa*.

Andriace, Andriaca Civitas, opp. Asiae Min. in Lycia inter Patara et Limyri ostium.

Andro, Andropolis, Virorum Civitas, urbs Aegypti Infer., unde Nomos Andropolites dictus est.

Androna, Androne, urbs Syriae in Chalcidice; h. *Andreneh*.

Androphăgi, Anthropophagi, populus Sarmatiae Europ. ad Borysthenem.

Andros, Andrus, Aegaei Maris insula ex Cycladibus. Dicta olim est Cauron, Antandrus, Lasia Nonagria, Hydrussa etc. Andri nomen accepit ab Andro quodam, quem Anii filium, Apollinis nepotem faciunt. Circuitu patet XLVI M. P. atque a Geraesto Euboeae aberat X M. P. Habuit urbem cognominem (h. fort. *Arna*.), portum cum castello. Bacchus in ea colebatur. Andrii Persarum partes secuti in Atheniensium potestatem venerunt, quorum socii in bello Peloponn. erant. Cum ab iis defecissent, Alcibiades denuo subegit. Postea eos subegit Alexander, rursus Philippus Macedoniae, deinde cessit Attalo, a quo ad Romanos pervenit; h. *Andro*; adj. Andrius.

Anecium, Annecium, Annesium, Annesiacum, *Annecy in Savoyen*.

Anecius s. Annecius Lacus, *d. See Annecy b. d. Stadt gl. N.*

Anejanum, opp. Galliae Transpad. in Venetis inter Patavium et Mutinam; h. *Monte Agnano*.

Anĕmo, Animo, Amone, Armone, fluv. Lingonum in Gallia Cispad., qui Faventiam praeterfluit et prope Butrium in mare egreditur; h. aliis *Rosanario*, aliis *Fantino*.

Anemurium, Asiae Min. inter Ciliciam et Pamphyliam promont. Quidam omissa promontorii mentione urbem hic ostendunt. A recentioribus vocatur *Stalemura*, *Anemurich*; adj. Anemuriensis.

Angaria, Angria, Angrivaria, *Engern im Westph. Kr.*

Angarii, Angrivarii, Germaniae pop., a Visurgi usque ad orientalem Alerae ripam inter Longobardos et Cheruscos, Ansivarios et Chaucos habitans; ubi h. *Calenberg*, *Lüneburg u. Verden*.

Angelopolis ad Mare v. Angulum.

Angelopŏlis, *S. Angelo in Neapel*.

Anger, Angeris, Ingeris, *Fl. Aindre od. Indre in Frankr.*

Angeriăcum, Fanum St. Angeli, *Jean d'Angely in Frankr.*

Angermannia, *Angermanland*, *Prov. in Schweden*.

Angermannus Fluvius, *Angermanfluss*, *ebend.*

Angia, Angianum, *Enghien in d. Niederlanden.*

Angitiae s. Anguitiae Lucus, Italiae Med. in Marsis prope Fucinum lacum nemus. Nomen traxit ab Angitia, Medeae sorore, quae Marsos veneni remedia docuisse, ibique pro dea culta esse traditur; accolae Lucenses dicebantur.

Angleria, *Anghiere in Oberitalien.*

Anglia, Anglia Minor, *d. Ländchen Anglen od. Angeln in Schleswich.*

Anglia, *England*; Angli *d. Einw.*; adj. Anglicus u. Anglicanus; v. Britannia.

Anglomonasterium, *Ingelmünster in d. Niederlanden.*

Anglorum Insula v. Monabia.

Angria v. Angaria.

Angrivarii v. Angarii.

Angŭlum, Angulus, Angelopolis ad Mare, urbs Italiae Infer. in Vestinis; h. *Angelo.*

Angulus Alpium, *Albek im Schw. Kr.*

Anianae Thermae, locus Italiae in Campania prope Cumas; h. *Agnano.*

Anianus, Agnanus Lacus in Campania; h. *Lago d'Agnano.*

Anicium, Podium, Vellava Urbs, Urbs Vellavorum, opp. Galliae Transalpinae in Cebenna; h. *Poy, le Poy en Velai.*

Anien, ēnis, Anio, ōnis, Italiae Propr. fluvius. In montibus Trebanorum oritur, Latium a Sabina separat, atque Tiburtinum agrum irrigat, ubi ex alto in subjectam vallem magno impetu devolvitur, ac deinde per plana fluens Tiberi miscetur; h. *Teverone*; accola Anienicola; adj. Anienus et Aniensis.

Anisia v. Anasum.

Anisus, Anissus fl. v. Anasus.

Annabōni s. Anniboni Insula, *Annabon od. Bonanno Ins. b. Africa.*

Anopaea, Graeciae in Locride mons, Oetae pars, iuxta quem angusta erat via, qua Persae ad Lacedaemonios apud Thermopylas accedere poterant.

Anopolis v. Araden.

Anser, Serculus, Italiae Prop. fluvius, qui in Apenninis ortus in Mare Etruscum infra Arnum egreditur; h. *Serchio.*

Ansibarii, Ansivarii, Germaniae pop. ad Visurgim et Lupiam habitans; ubi h. *Minden, Lipp u. Paderborn.*

Antaeopolis, urbs princeps Antaeopolitae Nomi in Aegypto Super. s. Thebaide in occidentali ripa Nili posita.

Antandrus, Antandros, Atandrus, Cimmeris, Edonis, urbs Asiae in Mysia Majori ad radices Alexandriae, montis cum Ida conjuncti. Nomen ab Andri coloniam eo deducentibus accepisse putant. Ob situm ad mare et propter lignorum copiam navibus fabricandis inserviit, quare etiam Aeneas classem suam ibi instruxit. H. *Dimitri* vocatur; adj. Antandrius.

Antarădus, urbs Seleucidis in Syriae et Phoenices confinio in septentrione Aradi insulae, contra Cyprum; h. *Torcosa.*

Antecaria, Anticaria, Antequaria, Antiquaria, urbs Hispaniae Baet. in Bastulis Poenis; h. *Antequera.*

Antematunum v. Andematunum.

Antemnae, Antemna, urbs antiquissima Italiae in Latio, Romae proxima, ad Anienem in Tiberim influentem. Primis iam Romanorum bellis cum pluribus aliis deletae sunt; adj. Antemnas; incolae Antemnates.

Antenacum v. Antunnacum.

Anthēdon, ŏnis, Atheniesium Portus, Argolidis in Peloponneso portus ad Sinum Saronicum.

Anthēdon, ŏnis, urbs Graeciae in Boeotia ad Euripum contra Euboeam. Habebat portum, vino abundabat et obsoniis. In medio urbis loco fuit templum Cabirorum. Incolae fere omnes erant piscatores vitamque, neglecto terrae cultu, in freto agebant. Fabula de Glauco deo marino, nota est. Ex claris civibus memoratur Nicon luctator et Leonidas pictor. H. *Antedon*; adj. Anthedonius.

Anthēdon, ŏnis, post Agrippias, ădis, et Agrippēum, Palaestinae in Philistaea opp. mari

num, Gazae vicinum; h. *Larissa*; adj. Anthedonius.

Anthēla, locus Phocĭdis ad Oetae radices, clarus Amphictyonum conventibus autumnalibus.

Anthemus, untis, urbs Macedoniae in Amphaxitide non procul Thessalonica.

Anthropophagi v. Androphagi.

Anticasius, mons Seleuciae in Syria; v. Casius.

Anticrăgus, mons Asiae Min. in Lycia ad occidentem Cragi, in quo Camylessus urbs sita erat.

Anticȳra, Anticyrrha, urbs Graeciae in Phocide. Altera ejusdem nominis ad sinum Maliacum in Thessalia sita erat, utraque vero elleboro inclaruit, quod ab Anticyreo primum inventum, atque in sanando Hercule adhibitum fuisse fertur, in Maliaca optimum nascebatur, in nostra melius apparabatur. Ab Atilio Cos. eversa etiamnum vastata jacet, et ruinas ostendit locus *Asprospitia* i. e. albae domus.

Antigoneā, Antigona Psaphara, urbs Chalcidices in Macedonia.

Antigonēa Arcad. v. Mantinea.

Antigonīa Bithyn. v. Nicaea.

Antigonīa, urbs Epiri in Chaonia ad Aoum fluvium non procul a Cerauniis montibus; h. *Argirocastro*; incolae Antigonenses.

Antigonīa, opp. Macedoniae in Mygdonia; h. *Antigoca*.

Antigonīa, urbs Syriae in Seleucide ad Orontem.

Antilibănus, mons Asiae inter Palaestinam, Phoenicen, Coelesyriam et Syriam, atque nominibus Amana, Hermon, Senir, Sirion signabatur.

Antinoē, Antinoi Urbs, Antinoopolis, Antino, prius Besa, urbs Aegypti Infer. in Antinoita Nomo in orientali ripa Nili; h. *Ensene*, *Ensineh*; adj. Besantinoënsis.

Antiochīa, Antiochēa, urbs Asiae in Syria. Cum cognomines fuerint plures, dicta est Antiochia ad Orontem, Antiochia apud Daphnen, Antiochia Epidaphnes, propter locum amoenum in vicinia; Antiochia Tetrapolis, Antiochia Theopolis. Fuit urbs primaria non modo Syriae, sed et caput Asiae totiusque Orientis; sedes praeterea doctrinarum doctorumque hominum, ubi et Christiani nomen sortiti sunt suum. Patria fuit Chrysostomi patris eccles. et Ammiani Marcellini historici. Eius amoenitas hodie quoque ab itinerum enarratoribus laudatur, etsi ipsa urbs a pristino splendore defecit. Arabes vocant *Antakie*; incolae Antiochenses, et Antiochenses ad Daphnen; adj. Antiochīnus, Antiochēnus, Antiochensis, Antiochīus.

Antiochīa ad Euphratem v. Antiochia ad Taurum.

Antiochīa ad Maeandrum, Antiochia super Maeandrum, Antiochensium Urbs super Maeandrum, Antiochia Cariae, opp. ad australem Maeandri ripam positum.

Antiochīa ad Orontem v. Antiochia Syriae.

Antiochīa ad Pisidiam, Antiochia Pisidiae, Antiochia Caesarea, urbs Asiae Min. in Phrygia Maj. in Pisidiae finibus, Apameae versus orientem sita. Colonia erat Romanorum, magna et florentissima; h. dicitur *Ak-Schehr*.

Antiochīa ad Taurum, Antiochia ad Euphratem, opp. Commagenes in Syria ad Tauri radices.

Antiochīa Cariae i. q. Antiochia ad Maeandrum.

Antiochīa s. Antiochēa Lamōtis, urbs Asiae Min. in Cilicia Trachaea in Isauriae finibus; h. *Antiochetta*.

Antiochīa Margiana, Antiochia, prius Alexandria, urbs Persiae in Margiana. Condita est ab Antiocho Sotere ad Margum flumen in regione amoenissima; h. *Marw Shahigian*.

Antiochīa Pisidiae v. Antiochia ad Pisidiam.

Antipăros, insula Cycladum Maris Aegaei, Naxo versus occidentem sita; h. *Antiparos*.

Antipătris, urbs Palaestinae in Judaea, quam Herodes Magnus instauravit, antea Chapharsaba s. Chapharsalama dicta; h. vicus *Arsuf*.

Antipŏlis, Galliae Narbon. opp. Nomen petitur ab opposito Nicaeae situ. Conditores feruntur Massilienses, a quorum tamen iurisdictione liberata fuit et iure Latii donata. Antipolim et Nicaeam Varus interfluebat; h. *Antibes*; adj. Antipolitanus.

Antiquaria v. Antecaria.

Antirrhium Prom. v. Rhium.

Antissa, urbs Lesbi insulae; incolae Antissaei.

Antissiodŏrum, Antesiodorum, Antisiodorum, Antosiodorum, Altisiodorum, urbs Senonum in Gallia Celt.; h. *Auxerre*; adj. Altissiodorensis.

Antitaurus, Asiae Min. mons; in Cilicia incipiens per Cappadociam extenditur in septentrione Tauri, cui oppositus est et qui cum Pariadris montibus in Ponto cohaeret.

Antium, opp. Italiae Propr. in Latio ad prom. ejusdem nominis. Nomen ab Antia, Circes et Ulyssis filio, derivant, unde antiquitas ejus apparet. Olim Volci tenuerunt fuitque potentissima, post colonia facta est. Fortunae templo et Sortibus celebre fuit. Postea intercidit, ejusque rudera quaerenda sunt, ubi nunc. *Capo d'Anzo et Torre d'Anzo*; incolae Antiates, ium; adj. Antias, Antianus, Antiatinus, Antiensis.

Antoniopolis, urbs Asiae Min. in Lydia ad Maeandrum; cives Antoniopolitae.

Antŏricum, Antricum v. Autricum.

Antron, Antronia, urbs Peloponnesi in Messenia, ab antris, in quibus molares lapides reciduntur, appellata.

Antronia, Thessaliae in Phthiotide vicus ad Oetam.

Antros, Galliae Aquit. Garumnae ostium insula; h. *Corduan*; nonnullis *Jau*.

Antunnācum, Antennacum, Antenacum, Antonnacum, Antonacum, Antonacense Castellum, Antarnacum, Galliae Belg. opp. in Treviris; h. *Andernach*.

Antverpia, Anverpia, *Antwerpen in den Niederlanden*; adj. Antverpiensis.

Anxantium, urbs Italiae in Marsis; h. nonnullis *Civita d'Antia*; cives Anxantini.

Anxānum, Frentanorum in Italia Infer. opp. celebre; h. *Lanciano*; incolae Anxani.

Anxellodunum, Exelodunum, Ossoldunum, *Issodun in Frankr.*

Anxur v. Tarracina.

Aon, fons in Aonia, Boeotiae parte, Musis sacer.

Aonia i. q. Boeotia. Erat proprie pars ejus Phocidi vicina et montana. Incolae Aonides; adj. Aonis, idis, f. et Aonius, a, um; Aonĭdes i. e. Musae.

Aōus, Aeas, antis, Ana, Illyrici Graeci fluvius. Oritur in Pindo monte, praeterfluit vel interfluit Apolloniam atque in Jonium Mare effunditur; h. *Vojusa*, aliis *Lao*.

Apabarctica, urbs Parthiae in Apavortene; h. *Abiverd*.

Apamēa Bithyniae v. Myrlea.

Apamēa, Apamea Cibōtos, Apamea ad Maeandrum, Apamea Phrygiae, urbs Asiae Min. in Phrygia Maj. ad Marsiae et Maeandri confluentem, unde etiam Cibotos cognominata est. Haec Ciceroni, Ciliciae Proconsuli, attributa fuit. H. quibusdam *Pamia*; incolae Apamienses; adj. Apamensis, Apamēnus, Apameanus et Apamēus.

Apamēa, Apamia, Seleucidis in Syria in Apamene ad Orontem urbs potentissima, prius Damea vocata. Prope illam Zenobia, Palmyrae regina, ab Aureliano Imper. victa est. H. *Famieh od. Efamia*; incolae Apamienses et Apameni.

Apamēa, urbs Mesopotamiae ad Euphratem contra Zeugma.

Apamia, Apamiae, *Pamiers in Frankr.*; adj. Apamiensis et Apamius.

Apenninus, Apennini Juga, Apeninus, Apennius, Italiae montes. Nominis causa incerta est. Excurrunt a Ligurum finibus perpetuo dorso per omnem reliquam Italiam; altero cornu ad fretum usque Siculum in promontorium Leucopetram, atque altero usque

in Jonium mare porrigitur; h. *die Apenninen*; incolentes eos Apenninicolas appellant.

Aphaca, orum, urbs Coelesyriae. Ibi Venus Aphacitis a formosissimis Syriae puellis delicato modo usque ad Constantini tempora colebatur; *h.* quibusdam vicus *Afka*.

Aphĕtae, serius Posideon, promont. vel urbs Phthiotidis in Thessalia non longe a Pagasis, unde Argonautae solverunt.

Aphidnae, Aphidna, Aphydna, locus Atticae, ubi Theseus Helenam raptam abscondidit, quae tamen, Theseo in Thessalia captivo, a Castore et Polluce fratribus liberata est; adj. Aphidniensis.

Aphnītis, lacus Asiae in Mysia Min. non procul Cyzico, qui Attynia prius dicebatur.

Aphrodisia, urbs Italiae in Apulia Peucetia i. q. Venusia.

Aphrodisias, Chersonesi Thraciae opp. inter Cardiam et Heracleam.

Aphrodisias, insula ad oram Carmaniae, Persico sinui ad Africum; Veneri et Mercurio sacra.

Aphrodisias, Megalopolis, Ninoë, urbs princeps Cariae cum Veneris templo; incolae Aphrodisienses.

Aphrodisias, adis, Veneris Oppidum et Promontorium, urbs et prom. in Cilicia Aspera ex adversum Salamini, Cypri oppido.

Aphrodisias, adis, Veneris Insula, Laea, Africae ad Cyrenaicam ins. prope Apolloniam.

Aphrodisium, opp. Cypri ins. in septentrione Salaminis.

Aphrodisium, Veneris Fanum, Africae Propr. in Zeugitana urbs maritima et vetus, inter Hermaeum Prom. et Adrumetum, ubi Venus Erycina colebatur; h. aliis *Mahometta*, aliis *Mahadia*.

Aphrodisium, Pyrenae Promont. Pyrenaeum Prom. Hispaniae Tarraç. in finibus Galliae Narbon. promont. Ibi Veneris Pyrenaeae templum erat; h. *Cap de Creus*, *Cabo de Creux*, Promontorium Crucis.

Aphroditopolis, Aephunis, urbs Aegypti Super. in Hermonthite Nomo; h. *Asphun*.

Aphydna v. Aphidnae.

Apia, regio ab Api, IV. Sicyoniorum rege, appellata; v. Peloponnesus.

Apia urbs v. Appia.

Apidanus, Thessaliae fluvius, qui in Othrye monte fontes habet, apud Pharsalum Enipeum excipit, atque infra Larissam Peneo jungitur; h. *Epideno*.

Apĭna, et Trica, duo Italiae in Apulia oppidula vilia, a Diomede eversa, quae in proverbii ludibrium transierunt, ut, quoties rem nullius pretii ostendere volumus, Apinas et Tricas nominemus.

Apis, Aegypti in Delta mons non procul ab urbe cognomine et Mareotide lacu.

Apocopi Montes, Indiae intra Gangem montes.

Apollinis Lucus, in Gallia Transp., Apollini sacratus, in occasu et septentrione Vercellarum.

Apollinis Urbs Magna, Apollinopolis, Apollonos Superior, urbs Aegypti in Thebaide, unde Apollopolites Nomos dictus est; h. vicus *Edfu*, in quo magna templa duo, veteris splendoris documenta, conspiciuntur; cives Apollonopolitae.

Apollinis Parva, Apollinopolis, Apollopolis, opp. Aegypti Super. in Coptite Nomo; h. *Kus*.

Apollinis Promontorium, Apollonium, Africae Propr. in Zeugitana prom. in occidente Carthaginis; h. *Ras-Zebib*.

Apollinis Templum, in Zeugitana Africae Propr. in Numidiae finibus inter Thabracam et Hypponem Diarrhytum.

Apollinopolis v. Apollinis Urbs Magna.

Apollinopolis s. Apollopolis v. Apollinis Parva.

Apollonia, urbs Assyriae in Apolloniatide. Existunt cognomines urbes XXXII vel XXXIII, quae omnes ab Apollinis cultu nomen traxerunt; h. *Schereban*.

Apollonia, urbs Illyrici Graeci. Conditam alii tradunt a Corin-

thiis solis, alii socios addunt Corcyraeos. Factum id esse eo tempore, quo Periander Corinthi regnavit, quidam conjiciunt. Erat magna et gravis atque Augusti tempore studiis inclaruit. In eius vicinia fuit Nymphaeum, rupes ignivoma, unde bitumen et pix ejiciebantur. H. *Polina*; aliis *Pirgo*; incolae Apolloniātae et Apolloniates, ium; adj. Apollonias.

Apollonia, Apollonia Mygdoniae, urbs Macedoniae maritima; h. *Seres*.

Apollonia, Civitas Apolloniensis, urbs in meridionali Siciliae parte et in occidente Pachyni promontorii sita.

Apollónia, urbs Thraciae ad Pontum Euxinum. Apollinis Urbem diserte vocat Ovidius et Strabo templum huius Dei, in eoque statuam colosseam, Calamidis opus, memorat, quam inde ereptam Lucullus in Capitolio erexit, cum ipsam urbem evertisset. Conditores huius faciunt Milesios. De situ ejus conveniunt auctores, sed de sede et area eius disputatur, quoniam alii eam in insula ponunt, alii maritimam tantum faciunt. Hodie in ruinis fere jacet et *Sizeboli* esse putatur; cives Apolloniātae.

Apollonias, adis, Apollonia, urbs Africae in Cyrenaica; portus erat Cyrenes et quinque urbium, quae Pentapolim Lybiae constituebant, serius Sozusa dicebatur, eratque Eratosthenis geographi patria, et nunc *Maria Suza* appellatur.

Apollonias, adis, Apollonia supra Rhyndacum, urbs Asiae in Mysia Min. ad lacum Apolloniatin; cives Apolloniatae ad Rhyndacum.

Apolloniatis, idis, et Apolloniatis, is, regio Assyriae orientalis a Gorgo fluvio usque ad Tigridem pertinens. Nomen accepit ab Apollonia urbe.

Apollōnis, idis, Apollonias, Apollonidēa, urbs Asiae Min. in Lydia; cives Apollonidenses et Apollonidienses.

Apollōnos Hieron, Fanum Apollinis, Asiae in Lydia locus non procul Philadelphia; cives Apollonoshieritae.

Apona, Vindeliciae opp.; *Landau*.

Apŏni Fons, Aponi Fonte[s], Aquae Patavinae s. Patav[i]norum, fontes salutares prope P[a]tavium, quos Claudianus canend[o] celebravit, et Theodoricus Goth[o]rum rex moenibus cinxit.

Aponus, Aponum, Galli[ae] Transpad. in Euganeis prope Pat[a]vium vicus, T. Livii locus natali[s]; h. *Abano*.

Apostolorum Porta, Apo[]stolorum Mons, *Postelberg i[n] Böhmen*.

Appia, Apia, urbs Asiae i[n] Phrygia Maj.; cives Appiani; ad[j.] Appianus.

Appia Via, in Italia, celeberri[]ma et Regina viarum, ut Statiu[s] appellat, Roma Capuam et Capu[a] Brundusium ferens, ab Appio Cae[]co, Censore, magnifice strata.

Appianum, Rhaetiae ad Athe[]sin opp.; h. *Albiano*.

Appii Forum v. Forum Appi[i].

Appuli v. Apuli.

Apri, Apros, urbs Thraciae antea Theodosiopolis dicta, Roma[]norum colonia.

Aprilis Lacus v. Prelius.

Aprimonasterium v. Novien[]tium.

Aprositos, una ex Fortunat[is] insulis ad Africae oram occident[a]lem; h. *Fortaventure od. Fuertaventur[a]*.

Aprustum v. Abrystum.

Aprutium, *Prov. Abruzzo i[n] Neapel*.

Apsŏrus, Absorrus, Abs[o]rus, Asiae in Colchide apud Ci[s]sios fluvius, Trapezunti propi[n]quus; h. *Arcani*.

Apsorus v. Absorus.

Absus, Illyridis Graecae fluviu[s] qui in Macedoniae finibus ortus i[n]ter Dyrrachium et Aoum s. Apoll[o]niam in mare Adriaticum effund[i]tur. In utraque ejus ripa Caes[ar] et Pompejus castra posuerant. [H.] *Crevasta, Chrevasta*.

Absynthus, Thraciae fluvius; Absynthiis.

Apsyrtides v. Absyrtides [in]sulae.

Apta Julia, Apta, Civi[tas] Aptensium, Colonia Apta, [Ap]ta Vulgientium, urbs Gall[iae]

Narbon. in Vulgientibus; h. *Apt*; adj. Aptensis.

Aptĕra, Apteron, Apteria, urbs Cretae insulae cum Veneris Uraniae templo.

Apŭli, rectius quam Appuli, populus Illyrici, qui in Italiam Infer. demigravit, Apuliaeque regioni nomen indidit.

Apulia, Italiae Infer. regio. Fines ejus a Frentone fluvio et Supero Mari ad Brundusium usque, inde ad Bradanum fluv., hinc ad fontem, qui a Lucanis seperat, ponunt, atque Peucetiam, Calabriam et Dauniam simul complectuntur. H. *Puglia*; adj. Apulus et Apulicus.

Apŭlum, Augusta Colonia Apulensis, Alba Julia, Alba Carolina, urbs Daciae et colonia Rom. ab Antonini matre Julia cognominata; h. *Weissenburg*.

Aqua Bella, Aqua Pulchra, *Aiguebelle in Savoyen*.

Aqua Nigra v. Arabost.

Aqua Sparsa, Aquae Sparsae, Aqua Calida, *Aegueperse in Frankr*.

Aquae Allobrogum v. Aquae Gratianae.

Aquae Augustae v. Aquae Tarbellicae.

Aquae Bellae, Aquabelletta, *Aeguebellete in Frankr*.

Aquaebellicus, *Wasserbillich an der Mosel u. Sauer*.

Aquae Bigerronum, Vicus Aquensis, urbs Galliae Aquit. in Bigerronibus; h. *Bagneres de Bigorre*.

Aquae Bilbitanorum s. Bilbilitanorum, Aquae Bilbilitanae, urbs Hispaniae Tarracon. XXIV M. P. in occidente Bilbilis; h. *Alhama*.

Aquae Bormonis, Aquae Borbonicae, Burbo Archembaldi, Burbonium Arcimbaldi, urbs Biturigum Cuborum in Gallia Aquit. ad Elaverem fluvium; h. *Bourbon l'Archambaud*.

Aquae Calidae, Aquae Calidae Cilenorum, Aquae Celeniae s. Cilinae, Amphiochia, Auria, urbs Cilenorum in Hispania Tarracc; h. *Orense*.

Aquae Calidae Britan. v. Aquae Solis.

Aquae Calidae, Aquae Calidae in Tiberiade, Thermae Tiberienses, Palaestinae in Galilaea Infer. thermae.

Aquae, Civitas Aurelia Aquensis, Castellum Aquarum, Thermae Inferiores, Badena, urbs Germaniae ad Rhenum sita; h. *Baden*.

Aquae Convenarum, Marojalicae, sc. Thermae, Onesiae Thermae, urbs Galliae Aquit. in Convenis; h. *Bagnieres*.

Aquae s. Thermae Austriacae v. Aquae Pannonicae.

Aquae Flaviae, Aquiflavia, Chavae, urbs Hispaniae Tarrac. in Callaicis Bracariis; h. *Chiaves*, *Chaves*.

Aquae Flaviae, urbs Galliae Belg. in Helvetiis inter Vindonissam et Vitodurum.

Aquae Grani v. Aquisgranum.

Aquae Gratianae, Aquae Allobrogum, Aquae Sabaudicae, urbs Allobrogum in Gallia Cisalpina; quae balneae a Gratiano Imper. instauratae esse dicuntur; h. *Aix in Savoyen*.

Aquae Helvetiae s. Helveticae, Aquae Helvetiorum, Thermae Helveticae, Castellum s. Vicus Thermarum, Ad Aquas Helvetias, Thermae Superiores, Thermopolis, Badena, Bada; h. *Baden in der Schweiz*; incolae Aquenses.

Aquae Himerenses v. Himera.

Aquaelupae, Aquae Lupiae, *Guadeloupe in Spanien*.

Aquae Mattiacae, Fontes Mattiaci, Thermae Wisbadenses, Visbada, Mattiacorum in Germania ad Taunum opp. prope quas Drusus castellum aedificavit; h. *Wiesbaden*.

Aquae, Merom v. Samachonitis.

Aquae Pannonicae, Thermae Pannoniae, Th. Austriae s. Austriacorum, opp. Pannoniae Super.; h. *Baden b. Wien*.

Aquae Sabaudicae v. Aquae Gratianae.

Aquae Saxonicae v. Acona.

Aquae Sextiae, Colonia Aquae Sextiae, Colonia Julia Augusta, Colonia Aquensis, Metropolis Civitas Aquen-

sis, urbs Galliae Narbon. in Salyibus, quam Sextius Calvinus Cos., his devictis, aedificare coepit, quaeque post colonia J. Caesaris Augusti facta est. Prope hanc Teutones Ambronesque a Mario victi sunt. H. *Aix in Frankr.*

Aquae Sinuessanae, urbs Italiae in Latio, cujus balneis Claudius Imper. usus est.

Aquae Solis, Aquae Calidae, Bathonia, Badonius s. Badoneus Mons, urbs Belgarum in Britannia Rom.; h. *Bath.*

Aquae Spadanae, *Spaa in d. Niederlanden.*

Aquae Statiellae, Aquae Statiellorum, opp. Galliae Cispad. in Liguribus; h. *Aequi*; incolae Statiellenses et Aquenses Statiellenses.

Aquae Tarbellicae, s. Tarbellae, Aquae Augustae, Aquensis Civitas, Tasta, urbs Tarbellorum in Gallia Aquit.; h. *Acqs od. Dax.*

Aquae Tauri, *Aquapendente in Jtal.*

Aquae Veteres, Veteraquinum, *Oudewater in d. Niederlanden.*

Aquae Voconiae s. Voconis, Bannolia, urbs Ausetanorum in Hispania Tarrac.; h. *Banolas,* aliis *Caldes de Malavella.*

Aquensis Civitas v. Aquae Tarbellicae.

Aquianum, *Evian in Savoyen.*

Aquila, Aquula, Acula, Italiae in Etruria opp.; h. *Aquapendente.*

Aquila, Aquilia, *Aquila in Neapel.*

Aquila, Ad Aquilas, *l'Aigle in Frankr.*

Aquilaria, urbs Africae Propr. in Zeugitana.

Aquilēja, Aquileja Colonia Latina, Aquilejensis Civitas, Aquilegia, Galliae Transpad. in Carnis urbs dives et amplissima. Nomen derivant ab aquila, dextra, cum urbs conderetur, advolante. Fuit perantiqua, quam Strabo conditam scribit contra barbarorum incursiones, et Livius refert, P. Corn. Cethego et M. Paebio Tamphilo Css. a. V. DLXXI. deductam esse eo coloniam. Illi autem barbari sunt Galli Transalpini, qui a. V. DLXVI. haud procul inde, ubi post Aquileja stetit, locum oppido condendo ceperunt. Maximinus Imper. eam gravi, licet irrita obsidione, vexavit, post Attila vastavit. Hodie ad tenuitatem redacta pauperes incolas, piscatores maxime, continet. H. *Aquileja od. Aglar*; incolae Aquilejenses et Aquilegienses.

Aquilēja, Vindeliciae opp. prope confluentes Ilargi et Danubii.

Aquilonia, urbs Italiae Infer. in Apulia Daunia; h. *Cedogna, Cedona*; cives Aquilōni.

Aquincum v. Acincum.

Aquīnum, Hernicorum in Italia Propr. opp. quod Melpha fluvius alluit; Juvenalis erat patria h. *Aquino*; incolae Aquinates; adj. Aquinas.

Aquisgrānum, Grani Palatium, Aquae Grani, Aquae Urbs Aquensis, Menapiorum in Gallia Belgica opp. sub Hadriano Imp. circa annum p. C. n. CXXIV a Servio Grano constitutum. I eodem Carolus M. et natus et sepultus est. H. *Aachen*; adj. Aquisgranensis et Aquensis.

Aquitani, Galliae populus. Nomen accepisse feruntur ab aquis salubribus, vel ab aquis Tarbellici quas attingebat regio. Gentis originem diverse repetunt, v. c. a Hercule, qui illos populos duxer in Hispaniam atque in Galliam Populi hujus Galliae et urbes c gnoscuntur ex Caesaris B. G. II 27. quibus ab Augusto XIV addi erant inter Garumnam et Ligerin H. fere ubi *Guienne* et *Gascogne.*

Aquitanicus Oceanus, pa Atlantici Maris, quod a Garumn ostio usque ad Hispaniae fines e tendebatur; h. *Gasconisches Me Golfo de Gascogne.*

Ara Amoris, promont. Afric in Troglodytice prope Ptolomaide

Ara Bacchi, Arae Bacch Bacharacum, *Bacharach am Rhne in d. Pfalz.*

Ara Ubiorum, Germaniae S cundae locus; aliis *Bonn* aliis *Cö*

Arăbes, in S. L. Filii Orien incolae Arabiae, qui ab Ismaele que Esavo originem duxisse vid

tur, agriculturam et commercia exercebant, partim vicos et oppida incolebant, partim cum gregibus pascua peragrabant.

Arăbes Ichthyophăgi, sedebant in occidentali Sinus Arabici ora usque ad promont. Monodactylum.

Arăbes Sabaei s. Zabedaei, in Sabaea, Arabiae Felicis regione habitabant.

Arăbes Scenitae, populus Mesopotamiae ad Africum sitae, Arabiae Desertae fines septentrionales ejusque loca deserta incolens.

Arabia, in S. S. Oriens dicta, Asiae paeninsula maxima, ab Erythraeo mari ejusque sinu duplici Arabico et Persico ac Judaea, Syria, Euphrate et Chaldaea terminatur. Dividitur apud veteres in Petraeam, Desertam et Felicem; adj. Arabicus, Arabius, apud poetas Arabus et Arabs; h. *Arabistan*; *Arabien*; Arab. Deserta h. ab Arabibus *Badiah d. i. d. Wüste* appellata; Arabia Felix h. *Dschesirat el Arab*.

Arabia, urbs Arabiae Felicis ad dextrum latus Sinus Arabici. Homeritis tribuit Ptolomaeus, qui fuerunt populus frequens in Arabia Felici. Prius urbs fuit cognomine Felicis, atque Aegyptiorum Indorumque merces recipiebat; eam Augustus destruxerat, sed post a Romanis instaurata esse videtur. Situs hod. convenit in *Aden*.

Arabicus Sinus, Mare Rubrum, pars occidentalis Erythraei Maris, quod inter Africam et Arabiam longissime extenditur et h. *der Arabische Meerbusen*, *d. Rothe Meer* appellatur. In septentrione in duo aestuaria dividitur, quorum occidentale Heroopoliticum s. Chandricum, *el Kolsum oder Bahr Assuez*, orientale Elaniticum, *Bahr Elakaba* dicebatur. Heroopoliticum in S. L. Suph, *d. Schilfmeer*, vocatur, quod Israelitae transierunt.

Arăbis, Arabius, Artabis, Artabius, Persiae in Gedrosia fluv., qui in Erythraeum Mare effunditur; h. quibusdam *Hor*.

Arăbo, Arrabo, Arabon, Aqua Nigra, Rabus, Rabo, Pannoniae fluvius Cetio monte ortus Pannoniam Super. ab Inferiore separat atque apud Araboniam urbem Danubio jungitur; h. *Raab*.

Arabonia, Arrăbo, Javarinum, Jaurinum, Jurinum, Rhaba, urbs Pannoniae ad confluentem Arabonis et Danubii; h. *Raab od. Nagy-gyor*.

Aracĕme, Arce, Recem, Petra, Petra Metropolis, Hadriana Petra Metropolis, Nabathaeorum in Arabia Petraea urbs in rupibus posita, unde sine dubio Arabia Petraea nomen traxit; h. aliis *Arak*, *Karak*, aliis *Hadsche*.

Arachne, Arachnaeon, Peloponnesi in Argolide mons inter occasum solis et septentrionem Epidauri situs.

Arachosia, Persiae provincia, inter Gedrosiam Drangianam et Indum; h. *Arokhage, Arrochadsch*; incolae Arachosii, Arachōti et Arachotae.

Arachōtus, Arachosia, Cophe, es, urbs Persiae in Arachosia ad Arachotum fluvium, a Semiramide condita; h. *Waihend*.

Arachōtus, Persiae in Arachosia fluvius, qui lacum efficit atque in Indum emanat; h. nonnullis *Kare*.

Arachthus, Arethon, ontis, Epiri in Molossis fluvius, qui in Sinum Ambracium exit; h. *Inacho*.

Aracillum, Aracoelis, Cantabrorum in Hispania Tarrac. opp., h. *Araquil*; incolae Aracoelitani.

Aracosia, Arcus; *Arcos in Spanien*.

Arcynthus, mons Graeciae in Acarnania, secundum alios in Aetolia prope Pleuronem urbem.

Aracynthus, mons Graeciae in Boeotia prope Thebas, unde Minerva Aracynthis dicta est.

Arāden, urbs Cretae insulae in sublimi loco posita, ideoque Anopolis etiam vocatur.

Aradii, populus Judaeae in Palaestina circa Arad urbem, qui Israelitis in Palaestinam ingredientibus in Phoenicen contenderunt atque in Arado insula consederunt.

Arădus, in S. S. Arvad s. Arvod, insula Phoenices, propinqua continenti. Tenuit olim Aradaeus, Chanaani filius. Parva fuit et quantum patebat, tota oppidum, frequens tamen. Potentia

valuit, habuit suos reges, post Alexandrum Syris paruit, cum Antiocho M. societatem iniit, et sui iuris fuisse videtur usque ad Domitianum. Sub Constante Imper. urbs diruta, insula desolata, expulsis incolis, facta est, ad tempora Theophanis. Hodie ibi saxa altissima esse et arcem impositam, vocarique Turcis *Ruad od. Rou-wadde* itineraria testantur.

Arădus, urbs insulae cognominis, quae h. itidem *Ruad* appellatur.

Arae Bacchi v. Ara Bacchi.

Arae Flaviae, urbs Vindeliciae; h. nonnullis *Rothweil*, aliis *Nördlingen*.

Araegĕnus, Argenus, Bajocae, Civitas Bajocassium, Bajocassi et Bajocasses, urbs Bajocassium in Gallia Celtica; h. *Bayeux*.

Aragonia, Arragonia, Celtiberia, Terra Iberia; *K. Arragonien in Spanien; d. Einw.* Aragones; adj. Aragonius.

Aragus, Arrago, Asiae in Iberia fluvius. Oritur in Caucaso atque Cyro jungitur.

Aram, Aramaea, i. q. Syria; incolae Aramaei s. Arimei.

Aramzoba, castrum in Mesopotamia a Romanis egregie munitum, quod Jovianus inconsultius Persis concessit.

Aranum, Arannum, Arunci, *Aronches in Portugal.*

Arar, ăris, Arăris, Sagōna, Sauconna, Saugonna, fluvius Galliae Belgicae a Vogeso monte delapsus Lingonum atque Aeduorum fines permanat, et prope Lugdunum in Rhodanum emittitur. Nobilis est ponte Caesaris, uno die militum opera confecto. H. *Saone*; accolae Ararici.

Arar, Arŏla, Arula, Arur, Helvetiae fluv., qui in Rauracorum finibus Rheno miscetur; h. *Aar.*

Ararat, mons Armeniae Maj., pars Gordiaeorum s. Curdiorum montium; h. vel *Massis-Sar*, vel *Dschudi*.

Araugia, Aravia, Arovia, Arovium; *Aarau in d. Schweiz.*

Araura, antea Cessero, Volcarum Tectosagum in Gallia Narbon. opp. Arauri adjacens; h. *St. Tiberi.*

Arauris, Araurius, Eravu... Galliae Norbon. fluvius. Ex Ce... bennis demissus Agatham praeter fluit atque in Mare Mediterraneum effunditur. Medio aevo dictus es... Araur; h. *Herault.*

Arausio, Arausio Secunda... norum Colonia, Arausionensis Civitas, Arausicorum Civitas, Arausica, opp. Gallia... Narbon. in Cavăris; h. *Orange, Oranien*; adj. Arausionensis, Arausiensis, Arausicanus.

Arausionis Castrum, Arausionense Castrum, *Oranienburg in Brandenb.*

Araxes, Asiae in Armenia Ma... fluvius. Nomen varie deducitur v. ... ab Araxe, Armeniorum rege, qu... se in illum praecipitavit. Oritur i... eodem monte, quo Euphrates, dein... de per Armeniam fluit atque i... Cyrum influens cum eo prope *J... vat* in Caspium Mare emittitur. H. *Arassow od. Aras.*

Araxes, Bendimirus, Persis... fl. in Perside. In Paraetacis ortus Per... sepolim alluit, ubi Alexander ... transibat, atque in Salsum Lacum emittitur. H. *Bend-Emir.*

Araxes, Thess. fl. v. Peneus.

Araxos, Peloponnesi promon... Situm erat ex adversus Acarnania... ab Isthmo remotum erat Mi. stadi... atque initium Elidis ad Achajam f... ciebat. H. *Capo di Chiarenza*, al... *Cap. Papa.*

Arbēla, orum, Irbil, urbs Assyri... in Aturia. Huic loco, ut nobilio... alterum Alexandri contra Pers... praelium vulgo adscribi solet, qu... prope vicum Gaugamelam inter L... cum et Caprum amnes commiss... est; h. *Arbel, Erbel, Arbelles.* A...

Arbor Felix, Arbona, ... *bon in d. Schweiz.*

Arborea, Oristanum, O... stana, urbs Sardiniae ins.; h. ... *stagni, Oristano.*

Arborosa, Arbosia, Arbo... um; *Arbois in Frankr.*; adj. Arbos...

Arbuda, urbs munita Illyric... Dalmatia ad Titii flum. fontes, q... a Germanico expugnata est; *Knin, Tinen.*

Arca, Arcae, Arcaea, Arcena, Caesarea, Arca Caesarea Libani, urbs Asiae in Phoenicia.

Arcadia, Arcădes, Arcade, urbs Cretae ins.; h. *Arcadi.*

Arcadia, Peloponnesi regio. Antiqua nomina varia varioque ordine afferunt auctores, v. c. Drymodes, Pelasgia, Parrhasia, Lycaonia, Azania, Pania et alia. Ex priscis incolis Strabo nominat Azanos et Parrhasios, adduntque alii alios. Arcadia autem dicta est ab Arcade. Ipsi Arcades se ante lunam natos fuisse jactant, ideoque προσέληνοι. Ipsa regio tenebat loca Peloponnesi mediterranea, maximeque montana fuit, ut Strabo testatur, ejus aetate pleraeque urbes eversae erant. H. quibusdam *Tzakonia;* incola Arcas, ădis; adj. Arcadicus, Arcadius et Arcas.

Arcadia, *Arcadien, St. in Morea.*

Arcatu, Arcatus, Arcati, urbs primaria Sorarum in India intra Gangem; h. *Arcate, Arcot.*

Bracennurm, Braccianum, Braccianum, *Bracciano im Kirchenstaate.*

Archaeopolis, metropolis Lazorum in Colchide, posita in rupe ad Phasin flumen.

Archaeopolis v. Sipylum.

Archandropolis, serius Andropolis, opp. Aegypti Infer. inter Canopum et Cercasorum.

Archangelopolis, Fanum S. Michaelis Archangeli, *Archangel in Russland.*

Archelāis, idis, vicus Judaeae in Acrabatene, quem Archelaus, Herodis M. filius, urbis dignitate ornavit.

Archelāis, idis, Colonia Claudii Caesaris, Colonia Caesarea Archelais, urbs Asiae Minoris in Cappadocia ad Halyn fluvium.

Archemŏrus, Peloponnesi fluvius, Sicyonis et Corinthi terminus.

Archipelagus v. Aegaeum Mare.

Archiphlegĕton, lacus Italiae in Campania inter Misenum et Cumas; h. *Fusano.*

Arcobrīga, urbs Hispaniae Lusit. in Celtis; h. nonnullis *Alcaсor.*

Arcobrīga, Hispaniae Tarrac. in Celtiberis opp.; h. *Arcos de la Frontera.*

Arctonesus v. Cyzicus.

Arctopolis, Berna, *Bern in d. Schweiz;* adj. Bernensis.

Arctopolis, Bierneburgum, Ursorum Castrum, *Biorneburg Björneburg in Finnland.*

Arctopolis ad Salam, Ursopolis, Bernburgum, *Bernburg im Fürst. Anhalt.*

Ardĕa, urbs Italiae in Latio. Condidit eam Danaë, Persei mater; etsi alii aliter. Olim Rutulorum colonia fuit, postea Romanos eo colonos deductos esse a. V. c. CCCXIII tradit Livius. Ipsa colonos Saguntum in Hispaniam misit. Strabo inter Antium et Lavinium statuit et LXX stadiis a mari removet, idemque antea palustrem et morbosum agrum Ardeatem describit. H. vicus *Ardea;* oppidani Ardeātes; adj. Ardeatinus et Ardeas.

Ardea, Ardra, Ardrae, Ardresium, *Ardres im nördl. Frankr.*

Ardelica, Piscaria, Orobiorum in Gallia Transpad. opp. ad Benacum lacum; h. *Peschiera.*

Ardimacha, Armacha, Armacanum, *Armagh in Irland.*

Ardius Mons v. Adrius.

Ardoneae v. Herdonia.

Ardrae, Ardresium v. Ardea.

Arduenna Silva, ingens Galliae Belgicae silva inter Rhenum Nervios, Condrusios et Rhemos, quam Mosa perfluebat; h. *der Ardenner Wald.*

Areburium, Aremontium, *Aremberg im Grossherz. Niederrhein.*

Arecānum, Arnemum, Arnhemia, Arnhemium, Batavorum in Gallia Belg. opp. ad Rhenum; h. *Arnheim.*

Areconium, Harfordia, opp. Trinobantum in Britannia Rom.; h. *Hertford, Hartford.*

Aredāta, Aredate, Aredatum, Aurelianum, Gesodunum, Lentia, Lentium, Lincia, Lincium, Norici opp. ad

Danubium, a Gratiano Imper. constitutum; h. *Linz.*

Arēlas, Arelāte, serius Arelatum, Julia Paterna, Sextanorum colonia, Gallula Roma, Salyum in Gallia Narbon. urbs amplissima et emporium ad Rhodanum. Coloniam multi vocant, ut Suetonius, qui a Tiberii patre deductam tradit. Cum posteriori tempore loci amoenitate invitatus sedem imperii ibi fixisset Constantinus, dicta est Constantia urbs. Idem Imperator in dextra Rhodani ripa e regione veteris novam exstruxerat et cum vetere ponte junxerat. H. *Arles*; incolae Arelatenses, Arelatenses Sextani; adj. Arelatensis.

Aremontium v. Areburium.

Aremorĭca s. Armorica, Aremoricae s. Armoricae Civitates, i. e. maritimae plurium populorum civitates in Gallia Celtica, inter Sequanam et Ligerim fluvios, quae dicuntur etiam Armoricae Orae, Armoricanus s. Armoricus Tractus, Britannia Minor, Neustria; fere ubi nunc *Bretagne u. Normandie*; adj. Aremoricus et Armoricus; Aremorici s. Armorici commune nomen incolarum hujus tractus civitatum.

Arēna, urbs Peloponnesi in Elide, quam Homerus amoenam vocat, quod Minyq flumine alluatur Ejusdem nominis urbs est in Messenia.

Arethon v. Arachthus.

Arethūsa, Armeniae Maj. lacus, quem Tigris perfluit.

Arethūsa, urbs Casiotidis in Syria.

Arethūsa, urbs Syriae ad Orontem; cives Arethusii.

Arethūsa, fons Siciliae in Ortygia insula apud Syracusas; adj. Arethusius, Arethusaeus et Arethusis, idis, f.; cf. Alpheus.

Aretium, Arrhetium, Arretium, Arētum, Arretinorum Urbs, Colonia Fidens Julia Arretium, Municipium Aretinum, Italiae Propr. in Etruria opp., Maecenatis patria, multis etiam ac praestantissimis vasis fictilibus ibi confectis nobile; h. *Arezzo*; incolae Aretini; adj. Aretinus.

Argaeus, mons altissimus Asiae in Cappadocia apud Mazacam urbem in Ciliciae finibus; h. *Ardgeh*

Argantomăgus, Argentomagum, Argentonium, Biturigum Cuborum in Gallia Aquit. opp.; h. *Argenton.*

Argathelia, Argyle-*Prov. i. Schottland.*

Argea, Argia v. Argolis.

Argelia, Torgavia, *Torgau im Herz. Sachsen.*

Argentānum, Marcopolis Italiae Infer. in Bruttiis opp.; h. *S. Marco.*

Argentaria, Argentuaria Argentovaria, urbs Rauracorum in Gallia Belg., Ello fluvio imminens, prope quam Julianus Imper. Alemannorum triginta millia cecidit; h. vicus *Horburg od. Harburg*

Argentarius, Italiae in Etruria mons s. promont. prope Cosam exadversus Igilio insulae; h. nonnullis *Monte Argentaro.*

Argenteus s. Argenteum Flumen, Galliae Narbonensis fl. qui prope Forum Julii in Mare Mediterraneum exit; h. *Argens.*

Argenteus Mons, Hispaniae Tarrac. mons; in quo Baetis fontes habet; h. *Sierra Segura.*

Argenteus Pons, locus vel vicus cum ponte in fluvio Argenteo

Argentina, *Swernick, Zwornick in Bosnien.*

Argentŏmum, *Argentan Frankr.*

Argentonium v. Argantomagus.

Argentorātum, Argentoratus, Argentina Civitas, Argentŏra, Augusta Tribocorum, Tribocum, Stratebugum, Stratisburgum, urbs Galliae Belg. in Tribocis ad Rhenum sita; h. *Strassburg*; adj. Argentoratensis et Argentinensis.

Argentovaria, Argentuaria v. Argentaria.

Argenus v. Araegenus.

Argi, orum, Argos, eos, Argolica Urbs, Peloponnesi Argolide oppidum. Fuerunt plures cognomines urbes, quas haud miscent auctores. Nomen acc

ab Argo, et Plinius vocat Hippium, porro Inachium ab alluente flumine Inacho. Sita erat in campo plano, habuitque collem mediocriter munitum, in eoque Jovis templum. Junonis cultus satis notus est. Fuit urbs olim florentissima, portum habuit Naupliam. Varia ejus fata exposuit Strabo VIII. Hodienum Argos et portus vocatur *Napoli di Romania*; adj. Argīvus, Argius, Argēus.

Argia Amphilochis v. Argos Amphilochicum.

Argia, Romania Minor, Romania Moreae, Saccania, *Prov. Saccania in Morea*.

Argilētum, locus Romae inter Aventinum et Capitolinum montem. Quidam pro Argiletum Argi putant poni, quod Argus quidam ibi occisus esse dicatur, alii ab argilla derivant ac pro Argilletum dici volunt. Ibi Jani templum erat a Numa exstructum, et bibliopolae libros venditabant, nec non Ciceronis ibidem domos aut tabernas fuisse videntur; adj. Argiletanus.

Arginusae, Argenussae, Arginussae, Argennusa, Arginusa, insulae tres parvae Aegaei Maris inter Lesbum et Aeolidem, ubi Athenienses de Lacedaemoniis victoriam bello Peloponnesiaco reportarunt.

Argīvi, Argolidis in Peloponneso populus. Phoenicum et Aegyptiorum colonia Inacho deducente excolebatur, regibus parebat, in artibus versabatur atque Romanorum imperio subjiciebatur.

Argoia, Argonia, Argovia, Arguna, Araris Pagus, *d. Canton Argau in d. Schweiz.*

Argolica Urbs v. Argi.

Argolicus Sinus, Myrtoi Maris pars inter Laconicam et Argolidem; h. *Golfo di Napoli di Romania*.

Argŏlis, Argēa, Argīa, Peloponnesi orientalis regio, plerumque Argos, ut urbs primaria. Nomen accepit ab Argo, prisco rege, etsi alii ad totam Peloponnesum referunt. H. *Saccania*; adj. Argolicus.

Argonia v. Argoja.

Argos v. Argi.

Argos Amphilochicum s. Argia Amphilŏchis, urbs Graeciae in Acarnania. Regio dicitur Amphilochia, populi Amphilochi. Nomen deducunt ab Amphilocho, quem alii Alemaeonis filium, alii fratrem faciunt. Acarnaniae fuit caput et positum in sinu Ambracio, et distabat CLXXX stadiis ab Ambracia. Postea cum finitimis urbibus ad locupletandam Nicopolim exhausta est. Quidam *Filoquia* nunc vocari scribunt.

Argos Hippium v. Arpi.

Argȳra, Argentea, urbs in occidentali parte insulae cognominis posita.

Argȳre, Jabadii insula, Indiae ad Chersonesum Auream ins., tam foecunda metallis, ut plerique eam (cum altera proxima, nomine Chryse) aurea sola et argentea habēre prodiderint. Aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est. Hod. plerisque *Sumatra*.

Argyrippa, Argyripa v. Arpi.

Aria v. Aeria.

Aria v. Ariane.

Arīa, Ariae in Persia metropolis ad Ariam fluvium sita; h. *Herat*, *Heri*.

Arīa, Persiae lacus in Aria; h. *Zereh od. Durrah*.

Arialbinum, Arialbinnum, Arialbinium, urbs Galliae Belgicae in Rauracis.

Ariāne, Ariana, regio inter Persidem et Indiam. Latius patet, quam Aria: haec nomen est unius regionis, illa totum Ariorum imperium complectitur, quippe qui plures subegerant populos. Auctores tamen Arios et Arianos promiscue et vage saepe ponunt, et modo hos, modo illos in eodem nexu commemorant. Ariana complectitur hod. Persida orientalem: Aria hod. *Iran* vel *Herat* esse putatur.

Ariani Montes, Ariorum Mons, Marianus Mons, in Hispania Baet. cum aeris fodinis uberibus; h. *Sierra Morena u. s. w.*

Arīas, Areius, Arius, Persiae in Aria fluvius, qui in Seri-

phis montibus ortus Ariam lacum facit; h. *Heri.*

Ariaspae, Agriaspae, Arimaspi, Evĕrgĕtae, Persiae populus in Drangiana, qui Cyro exercituique in locis desertis commeatum subvexit, ab eoque immunitatem et Evergetarum nomen praemium adeptus est.

Ariaspe, Agriaspe, metropolis Evergetarum in Drangiana; h. *Dergasp.*

Aricia, urbs Italiae in Latio sub Albano monte, quae etiam Aricia Nemoralis dicitur; h. *Ariccia od. La Riccia*; cives Aricini; adj. Aricīnus.

Aricīnum Nemus, Aricinum Triviae Nemus, Dianae Aricinae Lucus, silva apud Ariciam, ubi templum celebre Dianae Tauricae erat, eique olim homines immolabantur. Pontifex Nemoralis Rex dicebatur.

Ariconium, opp. Silurum in Britannia Rom.; h. *Kenchester.*

Arii, Persiae in Aria populus.

Arimathaea, Arimathia, Armathaem, Rama, Ramath, Ramatha, Ramathaim - Zophim, Ramathem, Ramula, urbs Samariae in Palaestina in monte Ephraim; Samuelis patria; h. *Rama*, *Ramla*, *Bedschiala.*

Arimĭnum, Italiae Propr. in Senonibus opp. ad Mare Superum et flumen cognomine. Umbrorum coloniam facit Strabo et XXII annis post, quam Galli erant expulsi, Romanorum. Postea novam coloniam eo deduxit Octavius Caesar, unde Colonia Augusta vocatur. A Liburnis eversam Diocletianus refecit, illisque victis triumphalem ibi arcum exstruxit. H. *Rimini*; cives Ariminenses; adj. Ariminensis.

Arimĭnus, Umbriae fluv., qui in Apenninis ortus iuxta Ariminum in Mare Adriaticum effunditur; h. *Marecchia.*

Ariodunum, Vindeliciae opp.; h. *Acrding*, *Erding.*

Arisba, Arisbe, opp. Asiae Min. in Troade, in littore Rhoeteo ab Achille eversum. Milesiorum erat colonia.

Arispae, urbs Indiae intra Gangem ad Acesinis et Hydaspis confluentes sita.

Aristadium, Arnistadum, Arnestadum, *Arnstadt in Thüringen.*

Arius fl. v. Arias.

Ariusia, urbs Chii insulae. Ager ejus vel mons Ariusius s. Arvisius foecundus erat vini generosissimi; adj. Ariusius et Arvisius.

Arlaburgum, Arolae Pons, Arberga, *Arberg in d. Schweiz.*

Arlăpe, Arlapa, Ara Lapidea, urbs Norici, ubi fluvius cognominis eum ingreditur; h. *Pechlarn*; adj. Arlapensis.

Arlăpe, Norici fluv. in Danubium exiens; h. *Erla od. Erlaph.*

Arlunum, Arolaunum, Orolaunum, Oralunum, *Arlon in d. Niederlanden.*

Armacanum, Armacha v. Ardimacha.

Armĕne, Asiae Min. in Paphlagonia opp. prope Sinopen.

Armenia, in S. L. Thogarma, montana Asiae Magnae regio. Fines habebat Mare Hyrcanum, Albaniam, Iberiam, Pontum Euxinum, Mesopotamiam, Assyriam atque Atropatenen. Secundum Ptol. triplex erat, Superior, Inferior et Romana; adj. Armenius et Armeniacus; incola Armenius, Armenus et Armenus.

Armenia Magna, Armenia Major, Armenia, quae Mari Caspio et Araxe, Albania, Iberia, Armenia Minore et Euphrate, Mesopotamia et Tauro terminabatur; h. *Turcomannien u. Iran, Eriwan.*

Armenia Minor, Armenia Parva, Armenia Pontica, quae inter Euphratem et Cappadociam sita erat; h. *Aladulie.*

Armeniacensis Comitatus, Armeniăcus Ager, Artomaci, Aromíci, *ehem. Prov. Armagnac in Frankr.*

Armenius Mons, in Armenia, Tauri cornu, qui etiam Moschicus appellatur a Moschis, populo Albanis et Iberis finitimo.

Armenopolis, *Armenienstadt in Siebenbürgen.*

Armentariae, Armenteria, *Armentiers in Frankr.*

Armentio, Fluss Armançon in Frankr.

Armorica v. Aremorica.

Armosata, Arsamosata, Armeniae Maj. in Sophene castrum; h. Sirmat, aliis Simsat; incolae Armosateni.

Armozon, ontis, Harmozon, Vidichora Ptol. Carmaniae promont. ad Sinum Persicum, regione Asabori, prom. Arabiae; h. Cabo Jasquette, aliis Cap Kuhestek.

Armuza, Harmuza, Ormuzium, urbs Carmaniae ad prom on Armozon; h. Ormus.

Armuzia, Harmozia, regio ad initium Sinus Persici ad Anamis fluvii ostium; h. ins. Ormus, Hormus esse putatur.

Arna, urbs Italiae in Umbria ad Apennini radices prope Tiberim; incolae Arnates.

Arnapha, Ervates, Erphates, Fl. Erst im Westph. Kr.

Arnestadum v. Aristadium.

Arnetium, Arnejum Ducis, Arnaeum Ducum, Arnay le Duc.

Arnus, Italiae Propr. in Etruria fluvius rapidissimus in Apennino oriens, qui Florentiam et Pisam perfluit atque apud Pisarum portum in Tuscum mare evolvitur; h. Arno; adj. Arniensis.

Arocelis, Aracoelis, urbs Vasconum in Hispan. Tarrac.; incolae Arocelitani.

Arola v. Arar.

Arolae Mons, Arolaeburgum, Arburgum, Aarburg in d. Schweiz.

Arosia, Arosen, Westeroes in Schweden.

Arothia, Arolsen im Westph. Kr.

Arovia, Arovium v. Araugia.

Arpi, prius Argyripa s. Argyrippa, Italiae Infer. opp. in Apulia Daunia, a Diomede rege conditum ejusque sedes, ac primum a nomine patriae Argos Hippium appellatum. Romani illud non semel expugnarunt. Ejus pauca rudera supersunt, ubi h. Arpe b. Foggia; cives Arpini et Arpani; adj. Arpanus.

Arpinum, urbs Latii in Volscis ad Lirim fluv. sita. Romanorum colonia erat atque ante Punicum bellum primum civitate donata; Marii et Ciceronis natalibus clara, qui villas ibi habuit; h. Arpino; incolae Arpinates; adj. Arpinas et Arpinus.

Arretium v. Aretium.

Arriaca, urbs Carpetanorum in Hispania Tarrac.; h. Guadalaxara.

Arsacia, Arsăce, Raga, Ragēa, Mediae Magnae in Ragiana opp., a Seleuco Nicatore conditum; h. Casbin od. Cazwin.

Arsamosata v. Armosata.

Arsanias, Arsanius, Armeniae Maj. fluv., qui Arsamosatam alluit atque Euphrati miscetur.

Arsea v. Asaea.

Arsenaria v. Arsinna.

Arsia, Illyrici in Japydia fluvius, qui hanc ab Istria sejungit et in Sinum Flanaticum exit.

Arsia, Italiae in Etruscis silva, Romanorum cum Etruscis et Vejentibus pugna nobilis. Hanc silvam alii Ursos vocant.

Arsia, Italiae fluvius Campaniam praeterfluens, cujus latitudinem ab una parte disterminat, Varo flumine alteram occupante.

Arsinarium Promontorium, Ἑσπέρου κέρας, Caput Viride, Africae Occidentalis prom. prope Stachirum fluvium; h. Cap de Verde.

Arsinna, Arsenaria Colonia, Arsenaria Latinorum, Mauretaniae Caesar. oppidum. In hodierno nomine Arzen, Arzew et Marsalquibir dissentiunt.

Arsinoë, Cleopatris, idis, Posidium, Suesia, urbs Aegypti Infer. in septentrione Heroopolitae sinus. A Ptolomaeo Philadelpho condita nomen a Cleopatra traxit; h. Suez, Sueyes.

Arsinoë, antea Crocodilopolis Crocodilorum Urbs, Aegypti Mediae in Arsinoite Nomo oppidum. Ibi crocodilus alebatur et colebatur; h. Alfejum; cives Arsinoitae.

Arsinoë, Berenice Epidires, urbs Africae in Troglodytice in aditu Sinus Arabici prope promont. Dira.

Arsinoë, Fama Augusta, Famagusta; h. Famagosta, Maassa. Tres praeterea cognomines urbes in eadem insula inveniuntur.

Arsinoë, Graeciae in Aetolia opp. prope Lysimachiam lacum in oriente Acheloi.

Arsinoë v. Patara.

Arsinoë, antea **Teuchīra**, **Tauchira**, urbs Africae in Cyrenaica, inter Ptolemaida et Berenicen; h. *Teukera.*

Arsinus v. Erasinus.

Arsissa, Armeniae Maj. lacus ad occidentem Philadelphiae, h. *Wan, Van od. Actamar in Turcomann.*

Artăbrum, **Celticum**, **Turris Augusti Promontorium**, **Caput Finis Terrae**, promont. Hispaniae Tarrac. in Artabris; h. *Capo Finisterre.*

Artacoana, **Arctacana**, urbs Persiae in Aria.

Artagicerta, **Artagĕrae**, **Artagīra**, Armeniae Maj. ad Tigridem, ubi C. Caesar mortiferum vulnus accepit; h. *Ardis.*

Artaunum, **Herbipolis**, **Macropolis**, **Vurceburgum**, Germaniae opp. in Hermunduris; h. *Würzburg.*

Artaxăta, orum, **Artaxata**, ae, urbs primaria Armeniae Maj. ad Araxem fluvium, ab Artaxia rege ex consilio Hannibalis, hospitis sui, constituta. Nerone imperante eversa est a Romanis, post refecta dicta est Neronia.

Artemisia, **Dianium**, Tyrrheni Maris ad Etruriam insula contra Tiberis ostium; h. *Gianuti, Januti.*

Artemisium, Aegaei Maris ins. inter Euboeam et Sunium promontorium.

Artemisium, Peloponnesi in Argolide mons in Arcadiae finibus cum Dianae templo.

Artemisium, **Dianium**, **Ferraria**, Hispaniae Tarrac. ad Sucronensem Sinum; h. *Cap. Martin od. Artemus.*

Artemisium, **Dianium**, **Hemeroscopion**, opp. Contestanorum in Hispania Tarrac. ad promontor. Dianium; h. *Denia.*

Artemisium, promont. in septentrionali Euboeae insulae parte, exadversum Aphetas in Thessalia, ubi Themistocles Persarum classem superavit. Ibi Artemisium s. Fanum Dianae (Prosęoae), Dianae templum erat.

Artemīta, Corduenes in Armenia Maj. opp. ad Arsissam lacum; h. *Van od. Actamar.*

Artēna, Italiae in Etruria opp. inter Caere et Vejos. Ejusdem nominis urbs in Volscis sita erat.

Artesia, **Arthesium**, **Atrebatensis Ager** s. **Comitatus**; h. *Artois in Frankr.; d. Einw.* Altrĕbates, Artesii; adj. Atrebaticus.

Artigi, **Artigia**, Hispaniae Baet. opp. cum calidis medicae salubritatis fontibus; h. *Alhama.*

Artobrĭga, urbs Norici; h. aliis *Laufen im Oestr. Kr.* aliis *Teissendorf od. Raschenberg in Salzb.*

Artomici v. Armeniacensis Ager.

Artynia, Miletopolitis, idis, Asiae in Mysia Min. lacus ex quo Rhyndacus oritur.

Arucci, **Arucae**, urbs Hispaniae Baet. ad Anae ostium; h. *Moura.*

Arula v. Arola.

Arula, *Arlberg, Berg zw. Schwaben, Tyrol u. d. Schweiz.*

Arunda, urbs Turdetanorum in Hispania Baet. inter Anam et Baetim fluvios; h. *Ronda.*

Arundae Montes, Hispaniae Baeticae montes nive rigentes; h. *Sierra de Ronda.*

Aruntīna, *Arondel, Arundel in England.*

Arur v. Arar.

Arverna, **Arvernum** v. Augustonemetum.

Arverni, **Averni**, **Alverni**, Galliae Aquit. populus, ad Elaverem fluvium, cujus terra Arvernia s. Alvernia dicitur; ubi h. *Auvergne*; adj. Arvernicus et Arvernus.

Arvisia v. Ariusia.

Arx Batavorum v. Batavorum Oppidum.

Arx Britannica, locus Batavorum in Gallia Belgica prope Lugdunum Batavorum; h. *Schloss Hayts the Britten, Brittenburg.*

Arx Ludovici ad Saram, **Fanum S. Ludovici ad Saram**, **Saravus Ludovici**; *Sharlouis im Grossherz. Niederrhein.*

Arx Minervae, Castrum Minervae, Portus Veneris, Minervium, locus Apuliae in [illegible]; ubi Aeneas navibus egressus [illegible]; h. *Castro*.

Arx Rubra, *Rothenthurm, Pass* [illegible] *Siebenbürgen*.

[illegible] Ubiorum v. Bonna.

[illegible]aniorum oppidum, [illegible]ia, urbs Armeniae Maj. in [illegible].

[illegible], urbs Carduenes in Armeniae Maj. prope Theodosiopolim; [illegible].

[illegible], Arzen, Armeniae Maj. [illegible] Arsissani lacum et prope [illegible] Euphratis; h. *Erzerum*.

[illegible]illa v. Zilis.

[illegible]orum Promontorium, [illegible], in Arabia Felici ad [illegible] Sinus Persici.

[illegible], Iasaea, Asĕa, Arsea, [Pel]oponnesi in Arcadia prope Te[geam] et Alpheum, qui quinque ab [illegible] stadiis e terra rursus emergit. [illegible] et aliquot urbibus aliis Me[illegible] originem duxit; adj. [illegible]; civis Aseāta.

Ascalingium, Bennopolis, [Hild]esia, urbs Germaniae in Her[illegible]ibus; h. *Hildesheim*; adj. Hil[desiensis].

Ascalo, rectius quam Ascalon, [illegible] Latini graeca nomina, quorum [illegible] in *ων* flectitur, in o ter[minare] consuescunt. Urbs fuit Pa[laes]tinae in Judaea. Vetustas ejus [illegible] cognoscitur, quod S. S. eam [illegible] V. primis Philistinorum oppidis [illegible]. Ab Hierosolymis distabat DXX [sta]dii i. e. XVI. mill. germ. Tulit [illegible] doctos, in quibus Apollo[nium] [illegible] Artemidorum historicos, Pto[lemaeum] grammaticum, Antiochum [philo]sophum, Varronis et Ciceronis [illegible]. Praedicatur vinum [illegible] et cepae, unde nunc *Scha*[illegible] descendit. H. ibi pagus est *Asca*[illegible] *Scalona*. Incolae Ascalonitae; [adj.] Ascalonius.

Ascania, Asiae in Bithynia re[gio] circa Ascanium lacum, inter [Pro]pontidem, Montem Olympum et [Sa]ngarium fluvium.

Ascania, Ascania Urbs, [A]scharia, *Aschersleben im Nie*[dersächs.] *Kr.*

Ascania, Tuscania, *Toscanella im Kirchenstaate*.

Ascania Regio, Anhaltinus Principatus, *Fürst. Anhalt. im Obersächs. Kr.*; adj. Ascanius et Ascaniensis.

Ascaniae Insulae, Aegaei Maris ad Troadis oram insulae parvae.

Ascanius, Bithyniae in Ascania regione fluvius, qui ex Ascanio lacu ortus in Propontidem effunditur; h. *Aesu*.

Ascanius Lacus, Bithyniae in Ascania lacus, cui Nicaea adjacet; h. *Aesu od. See von Nicaea*.

Ascharia v. Ascania.

Asciburgium, Ascipyrgion, opp. vel castellum Jugernorum in Gallia Belg., quod Ulyssem condidisse fabulantur; h. *Asburg*, aliis *d. Dorf Essenberg*.

Asciburgius, Juga continua Montium, Asciburgius Mons, Gigantēi Montes, in Germania, Sudetorum latus; h. *das Riesengebirge*.

Asciburgum, Embrica, Emerica, Emericum, urbs Bructerorum in Germania prope Rhenum; h. *Emmerich*.

Ascra, urbs Graeciae in Boeotia, in aspero ac sterili loco atque ad dextram Heliconis partem sita. Ibi Hesiodus natus erat; adj. Ascraeus.

Ascrivium, Ascruvium, Catarum, Catarus, Cattara, urbs Illyrici in Dalmatia ad Sinum posita et portu instructa; h. *Cattaro*.

Ascŭlum, Asculum Apŭlum, Asclum, Italiae Infer. in Daunia opp., nobile illata Pyrrho a Curio et Fabricio Css. clade; h. *Ascoli di Satriano*.

Ascŭlum, Asculum Picēnum, Asclum, Colonia Asculanorum, urbs Italiae Propr. in monte posita, quem Truentus amnis alluit; h. *Ascoli*; cives Asculani; adj. Asculanus et Asculanensis.

Ascuris Palus, in Thessalia in Macedoniae finibus, Olympo monti inter occasum solis et septentrionem situs, prope Lapathum urbem.

Asdod v. Azotus.

Asea v. Asaea.

Asia, orientalis trium veteribus notarum terrae partium, reliquas magnitudine superans, ab Europa Mari Interno, Aegaeo, Ponto Euxino et Tanai flumine, ab Africa, secundum veterum sententiam Nilo dirimitur, ab ortu, septentrione et meridie Oceano alluitur. Nomen traxit ab Asia nympha, Oceani et Tethyos filia, Japeti conjuge, ex qua Prometheum genitum ferunt, vel ab Asio, Lydo, Manei filio. Incolae Asiāni; adj. Asiaticus, Asianus, Asiagenes, is, et poët. Asiăcus et Asis, idis, f.

Asia Minor, **Asia cis Taurum**, **Asia Citerior**, **Asia intra Halyn**, **Asia intra Taurum**, **Asia Propria**, **Chersonesus**, Asiae Majoris s. Ulterioris pars, paeninsulae formam habens, cujus isthmus a sinu Issico ad Pontum Euxinum pertinet. H. *Natolia*, *Anadoli*, a Turcis appellata, a graeco vocabulo ἀνατολὴ, quod orientem significat.

Asia, urbs Lydiae ad radices Tmoli, ubi trium chordarum lyram inventam esse perhibent.

Asia, regio Lydiae inter Tmolum montem et Caystrum fluvium.

Asia Palus, Lydiae in Asia Terra lacus.

Asinaeus Sinus, **Messeniacus**, **Thuriātes**, Plinius Coronaeum tanquam recessum ejus commemorat, Peloponnesi in Messenia inter Acritam et Taenarium promontoria sinus, dictus ab Asine, urbe ibi sita; h. *Golfo di Coron*.

Asinărus, **Asĭnes**, parvus Siciliae fluvius; e regione Aetnae; h. *Freddo*.

Asindo, **Assindonia**, **Assidonia**, **Methymna Sidonia**, urbs Turdetanorum in Hipania Baet.; h. *Medina Sidonia*.

Asĭne, urbs Siciliae; h. *Francomini*.

Asine, **Asine Hermionica**, urbs Peloponnesi in Argolide ad Sinum Hermionicum.

Asine, Messenes opp. prope Acritam prom. cum portu. Colonia Asines Hermionicae fuit, sinusque nomen inde traxit.

Asine, urbs Peloponnesi in La[conica], Sinui Laconico adiacens.

Asines fl. v. Asinarus.

Asiongaber, **Eziongeber**, **Berenice**, urbs Palaestinae [in] Idumaea ad Elaniticum S[inum] prope Elanam cum portu; h. [...] *Scharme*, aliis *Dsjerm*.

Asisium, **Asisinatium** [mu]**nicipium**, opp. Italiae [...] in Umbria; h. *Asisi*; cives A[sisi]nates.

Asius, **Clasius**, Umbriae flu[vius], qui ad radices Apenninorum o[...] in Tiberim immittitur; h. *Chia[...]*.

Asmiraea, **Asmiraea**, [...] Asiae in Serica ad radices A[...]raeorum Montium; h. *Hami*, [...]*mel*, *Kamli*.

Asnidia, **Assindia**, **Essendia**, **Essena**, *Essen im Grossh[...] Niederrhein*.

Asōpus, Graeciae in Boeo[tia] fluvius. Fontes habet in Cithaero[...]ne monte Thebas et Plataeam praeterfluit atque e regione Eretriae in Euboea in mare effunditur; h. *Asopo*; accolae Parasopii.

Asōpus, Peloponnesi in Sicyonia fluvius; e Cyllene monte [...] lapsus Sicyonem alluit atque in S[i]num Corinthiacum effunditur.

Asōpus, urbs Peloponnesi in Laconica; h. quibusdam *Rampano*.

Asopus, Thessaliae fluv., qui in Phtiotide in Oeta monte oritur atque in Maliacum Sinum egreditur.

Asovia v. Tanais.

Aspa, **Aspadāna**, **Aspahānum**, urbs Persiae in Paraetacene in Mediae finibus ad septentrionalem Cambalidi montis declivitatem; h. *Ispahan*, *Isfahan*.

Aspalatos, **Aspalathum**, **Aspalatrum**, **Spalatrum**, **Salona Nova**; h. *Spalatro*; v. etiam Salona.

Asparagium, urbs Illyrici Graecae ad Genusum amnem.

Aspendus, opp. Asiae Min. in Pamphylia, situm in promontorio LX stadiis ab Eurymedontis ostio. Celebratum Veneris cultu porcinis sacrificiis peracto; h. aliis *Primupolis*, aliis *Minugat*; cives Aspendii.

Asperosa, **Astrizza**, urbs Thraciae; h. *Asperosa*.

Asphaltites, lacus, Lacus, Asphaltis, Asphaltitis, Mare Mortuum, Mare Orientale, Mare Salinarum, Mare Salis (Salsum), Sodomiticus Lacus, Palaestinae in Judaea lacus in finibus Arabiae Desertae, CCC stadiis Hierosolymis distans, D. stadiis longus et LX st. latus, in quem Jordanes se exonerat. H. *Todtes Meer, Bahr Lut.*

Aspis v. Clupea.

Aspis, idis, Africae in Syrtica Regione portus; h. *Lard.*

Aspis, mons Africae Min. in Zeugitana; Straboni prope Taphitim prom. situs; h. *Meis.*

Aspis, Hispaniae Tarrac. in Contestanis opp.; h. *Aspe in Valencia.*

Asprencia, Espernaeum, Sparnacum, *Epernay, Espernay* *Franky.*

Assidonia v. Asindo.

Assindia v. Asnidia.

Assofium v. Tanais.

Assorus, urbs Macedoniae in Mygdonia.

Assorus, Assorium, urbs Siciliae inter Agyrium et Ennam ad Chrysam fluvium; ab ea Assorinus Ager dictus est; cives Assorini.

Assos, Assus, f., Assum, Asiae in Aeolide opp. Ponitur varie ob terminorum viciniam. In Troade ad Idam agnoscit Pausanias. Inclaruit Cleanthe, philosopho Stoico, ejusque ager celebratur tritici abundantia et lapide, qui Sarcophăgus dicebatur, quoniam omnia corpora consumebat. H. *Assos*; adj. *Assius.*

Assus, Cretae ins. opp., in quo vetustissimum Jovis templum erat.

Assyria, Asiae Maj. regio montuosa, Tigridi versus orientem, quae Armeniam, Niphatem montem, Mediam, Babyloniam et Mesopotamiam fines habet. Nomen invenit ab Assure, Noachi nepote. H. *Kurdistan, Kjurdistan*; incolae Assyrii; adj. Assyrius.

Assyrii, Leucosyri, Syri, Asiae Min. in Cappadocia Pontica populus, inter quem et Paphlagŏnes Halys in Pontum Euxinum evolvitur.

Asta, Asta Colonia, Asta Pompeja, Astensis Civitas, urbs Statiellorum in Gallia Cisalpina ad Urbis et Tanati confluentes; h. *Asti*; incolae Astenses, adj. Astensis.

Asta, Asta Regia, urbs Hispaniae Baet. et colonia, sita inter aestuaria Baetis. H. VIII M. P. a flumine abest, quoniam ostium ejus meridionale limo obductum est. Urbs fuit clara et Turdetani conventus ibi habuerunt. H. putatur *la Mesa de Asta s. Salucar*; plerisque est *Xeres de Frontera*; adj. Astensis.

Astabŏras, Astaborras, Astabores, Aethiopiae supra Aegyptum fluv., qui in Nubis ortus ab orientali latere insulae Meroës in Nilum effunditur, h. aliis *Mareb vel Motoy*, aliis *Takazze, Atbara.*

Astăcus, Astacum, urbs Asiae in Bithynia ad sinum Astacenum. A Lysimacho eversa est, qui incolas ejus Nicomediam vicinam abduxit.

Astăcus, urbs Graeciae in Acarnania prope Acheloi ostium.

Astacēnus Sinus, in Bithynia, qui prius Olbianus, postea Nicomedicus dictus est; h. *Golfo di Comidia od. Ismit.*

Astāpe, Astapes, Astapus, Aethiopiae supra Aegyptum fluvius, qui e Coloë lacu ortus in occidentali parte Meroës insulae Nilo miscetur; h. *Bahr-el-Azac (Abawi).*

Asteria, Asteris, ins. Jonii Maris inter Cephaleniam et Ithacam; h. *Didascalia.*

Asteria v. Delus et Rhodus.

Asterius, Aegaei Maris insula ad Joniae oram contra Maeandri ostium. Ibi Persae a Graecis classe victi sunt eodem die, quo apud Plataeas.

Astĭgi, Astigis, Astigitana Colonia, Colonia Augusta Firma, Colonia Ast. Augusta, opp. Hispaniae Baeticae ad Singilim fluvium; h. *Ecija*; adj. Astigitanus.

Astraeus, Macedoniae fluvius, qui partim Lydiam lacum permanat atque in Axium effunditur, partim in Thermaicum Sinum egreditur; h. *Vistrizza.*

Astrigna v. Asperosa.

Astu, **Asty** (n. indecl.) i. e. Athenae, urbs propria sine domibus ad portum Pyraeum; adj. Astycus.

Astuia, **Bobenhusa**, *Babenhausen, Bobenhausen im Oberrh. Kr.*

Astŭra, insula Latii prope Antium ad ostium fluvii cognominis, ubi Ciceroni erat villa, quam itidem Asturam vocant; h. *Astora.*

Astŭra, **Stura**, **Storas**, fluvius Volscorum in Latio in Agro Laurenti, ad quem Cicero occisus est; h. *Stora.*

Astŭra, **Asturica**, fluv. Hispaniae Terrac. in Asturibus, qui Asturicam Augustam alluit; h. *Tuerto.*

Astŭres, Hispaniae Terrac. populi, qui inter Cantabros, Oceanum Cantabricum, Lucenses, Callaicos et Vaccaeos sedebant. Gens erat fortissima, et XII populis constabat, quam Romani dividebant in Astures Augustanos (ubi h. *Leon*) et Astures Transmontanos (h. *Ovideo*).

Asturia, **Asturica** sc. Regio, **Astŭrum Regio**, in Hispania Tarrac. A veteribus montibus silvisque horrida, auri ferax, equis nobilis describitur; h. *Asturien;* adj. Asturicus et Astyrias; subst. et adj. Astur.

Asturica Augusta, **Asturica**, **Asturgia**, olim Rena, urbs Asturum in Hispania Tarrac. ad Asturam fluvium; h. *Astorga;* adj. Asturicensis.

Asturum Lucus v. Lucus Asturum.

Astypalaea, Aegaei Maris insula. Cum reliquis Sporadibus inter Co, Rhodum et Cretam sita erat. Dicta eadem est Pyrrha, Pylaea. Nomen Astypalaeae traxit ab Astypalaea, Ancaei matre. Circuitu habebat LXXXVIII M. P. et urbem cognominem. Olim Cares tenuerunt. Incolae Achillem sanctissime coluerunt. Tanta ibi fuit leporum multitudo, ut incolae propterea oraculum consuluerint. H. *Stampalia;* adj. Astypalaeensis, rectius quam Astypalensis, Astypalaeicus et Astypaleius (poet.).

Astypalaea, promont. Atticae prope Sunium cum urbe cognomine.

Astyra, **Astyre**, urbs Asiae in Mysia Maj. prope Adramyttium. Vicinus erat nemus, Dianae Astyrenae sacratus.

Asyphus, mons Lybici Nomi inter Catabathmum et Ammoniam in Marmaricae finibus; h. [illegible] *Rabbia.*

Atabyrius, **Atabўris**, mons altus Rhodi insulae, in quo splendidum Jovis Atabyrii templum erat.

Atacini, pop. Galliae Narbonensis ab Atace fluvio denominatus; ubi h. *Narbonne.*

Atacinorum Civitas s. Colonia v. Narbo.

Atagis, **Isacus**, **Itargus**, **Hisarcus**, **Eisacus**, **Eysacus**, Rhaetiae fluvius, in finibus Norici ex Alpibus delapsus supra Bauxanum Athesi jungitur; h. *Eisack.*

Atalanta, **Atalante**, Euboici Maris ins. ad Locrorum Opuntiorum oram; h. *Thalandonisi* (*Tutendi.*

Atandrus v. Antandrus.

Atarnea, **Atarneus**, urbs Asiae in Aeolide; h. *Dikelik;* incola Atarnides, ae.

Atax, **Adax**, ăcis, **Atagus**, Galliae Narbon. fluvius. Oritur in montibus *de Sault,* qui ad Pyrenaeos pertinent, Carcasonem perfluit atque in Lacum Rubrensem emanat; h. *Aude.*

Atella, **Atela**, Oscorum in Campania inter Neapolim et Capuam municipium et colonia, unde ludi Atellani et Atellana Fabula. Fuit enim in illo amphitheatrum egregium; h. *Aversa;* cives Atellani; adj. Atellanius Atellanus, Atellanicus.

Ater Mons, Africae in meridie Marmaricae et Syrticae Regionis jugum montium.

Aternum, Italiae Propr. oppid. in Maruccinis ad Aterni ostium cum portu; h. *Pescara;* adj. Aternensis.

Aternum, urbs Italiae Infer. in Lucania.

Aternus, **Piscarius**, **Piscaria**, Italiae in Samnio fluvius. Oritur in Apenninis, Vestinos a Maruccinis separat, et juxta Aternum

in Mare Superum effluit; h.

Atesia v. Athesis.

Atesinus fl. v. Juvavus.

Ateste, Ateste Colonia, Galliae Transp. in Venetis, inter Athesin et Medoacum fluvios; h. *Este*; adj. Atestinus.

Atha, Athum, *Ath in d. Niederlanden*.

Athamānes, Epiri pop. ad Acheloum fl., Aetoliae vicinus.

Athamania, regio Epiri Montibus in septentrione; adj. Athamanus et Athamanis f.

Athāmas, antis, mons Thessaliae.

Athanagia, (Athanasia, Aeternitas Urbs), Ilergetum in Hispania Tarraconensi urbs primaria, a Scipione expugnata.

Athēnae, Atticae in Graecia urbs. Antiquum nomen fuit Cecropia, quo nomine post sola arx vocata est. Nomen Athenae plerumque a Minerva (Ἀθήνη) derivant, cujus certamen cum Neptuno de urbe celebratur. Tenuerunt olim Pelasgi, post Cecropĭdae. Athenienses secernunt quidam ab Atticis. Satis inclaruit theatris, Jovis, Minervae templis, tribus gymnasiis, atque eo, quod inde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges, aliaque bona per terrarum orbem distributa putantur. Vitulit celeberrimos, Euripidem, Platonem, Sophoclem, Solonem, Platonem, Xenophontem, Demosthenem multosque alios. In numis semperque Minervae caput appositum est, vel noctua Minervae sacra atque ibi frequens. Subjecta Macedonum imperio varias deinceps fortunae vicissitudines experta est. Romanorum ditioni adjecit Sulla graviter vexatam, sed Strabonis aetate libera fuit. Hodie a paucis vocatur *Setines*, a plerisque *Athiniah* vel *Atini*. Magnitudine et frequentia satis adhuc conspicuam esse ferunt; nec non templum Jovis Olympii et Minervae et alia quaedam restant. Civis Atheniensis, seu Athenaeus, Cecropida et Cecropis f. poët.; adj. Cecropius (poet.).

Athēnae Diades, urbs insulae Euboeae.

Athēnae, urbs Asiae in Colchide maritima non longe a Trapezunte cum Minervae templo.

Athenaeon, Sugdaja, Chersonesi Tauricae opp. in Scythotauris, portu instructum; h. *Sudak*.

Athenaeum, Epiri in Athamania castrum.

Athenaeum, Poeoneon, castellum Thessaliae in Hestiaeotide.

Athenaeum s. Minervae Promont., Italiae in Campania prom., quod Prenussum alii, Plinius Sirenum prom. appellat. In eo Minervae templum est, ab Ulysse conditum.

Atheniensium Portus v. Anthedon.

Athenopolis, Sambrasia, urbs Galliae Narbon. Agnoscit Plinius in ora prope Forum Julii et Massiliensium fuisse dicit. Situs incertus est, saltem dubius. Alii quaerunt, ubi hod. castellum *Napoule*, alii ubi h. *Grimaud*, alii denique Telonem Martium, hod. *Toulon* intelligunt.

Athesinus Ager, Athesia, tractus iuxta Athesin in Rhaetia; h. *das Etschland in Tyrol;* incolae Athesini.

Athĕsis, Atesia, Atison, Galliae Transp. fluvius. In Genaunis, Rhaetiae pop., ortus Atagin excipit, cursuque rapido Tridentum alluit et Veronam dividens ad Padi latus paludes ingreditur et non longe a Brundulo in Adriaticum Mare exit. H. *Etsch* od. *Adige*.

Athiso, Atiso, Galliae Transp. fluv. in Lepontiis ortus a sinistra parte in Verbanum Lacum ingreditur. Nobilis est cataracta triplici. H. *Tosa*.

Athmone, urbs Atticae inter Athenas et Eleusin.

Athos, Atho, gen. oos, us, dat. et abl. Atho, acc. Atho et Athon, Athon, ōnis, mons Macedoniae in Acte paeninsula, quem alii Thraciae assignant. Excurrit a planitie in mare LXXV. M. P., radicis ambitus est CL. M. P. Sustinebat aliquot urbes, quas commemorat Herodotus. Hod. incolitur a monachis graecis, qui ἅγιον ὄρος vocant, etsi non tam Athos, quam totum

illud montium jugum, VII - VIII. mill. longum et III - IV. latum, cui annexus est Athos, sic appellatur. Non promontorio aliquo exit in pelagus, sed totus et undique aequali gradu modoque exit, cum sit proprie paeninsula. Altitudinis indicia petunt primum ex maturo solis conspectu, nam, qui in cacumine ejus habitent, orientem solem tribus horis prius videre, quam in littore appareat, refert Strabo. Deinde ex umbra, quam projici dicunt ad Lemnum usque insulam. De eo a Xerxe perfosso res est satis nota, et historicis, poëtis, oratoribus decantata. Fossae initium erat circa urbem Sanam vel Acanthum vel Singum, nam terminos varie constituunt. Sed an vere acta fuerit haec fossa et veteres et recentiores dubitant, quod nullum ejus vestigium inveniatur, quare obstructam eam putant. H. Italis est *Monte Santo*, Turcis *Ajanoros Keschisch Dhagi* vel *Manstir*. In vertice montis vicus est *Karees*, in quo mercatus hebdomadalis habetur. Incolae Athōtes; adj. Athōus.

Athurnus v. Vulturnus.

Athymbra, urbs Asiae in Caria iuxta Maeandrum fluv. Ab Athymbro condita est ac deinde Nysa dicta.

Athyras, Pydaras, Thraciae fluv. inter Byzantium et Selymbriam in Propontidem exiens.

Atilia, *Altenburg an d. Donau in Baiern.*

Atina, urbs Volscorum in Latio prope Melpim fluvium; incolae Atinates; adj. Atinas, Atineus, Atinius.

Atina, urbs Venetorum in Gallia Cispadana.

Atintania, Epiri regio inter Elymiotidem, Orestas, Aeropum mont., Hellopiam et Stympham mont., quam Aous irrigabat. Incolae Atintanes.

Atĭnum, urbs Italiae Infer. in Lucania ad Tanagrum fluv. et Apenninorum radices sita; h. *Atino*; cives Atinates.

Atison v. Athesis.

Atlantes, Mauretaniae populus Atlantem Majorem et Min. accolens.

Atlanticus Oceanus v. O[cea]nus Atl.

Atlantis, idis, sc. Ins[ula] Atlantici Maris ins. maxima in [Ame]ricae occidentali ora; quae [bellis] Punicorum bellorum tempor[e] mersa esse videtur, cujus for[san] pars sunt insulae Canariae.

Atlas, Africae mons ex [are]sis desertis se attollens, alti[ssimus,] frigidus et silvosus, sed fo[ntibus] feracissimus, quem indigenae [...]ri olim appellarunt Dyrin. [Ge]nus est: Minor in Mauret[aniae] confinio h. *Errif*; Major [...] austrum remotior, h. *Ayd[...]* Quidam utrumque nonnisi [...] montium tractum esse stat[uunt,] quem sequatur desertum *Sah[ara]* versus occidentem τῷ *Dsjebel* [...] terminetur. Quoniam Atlas [re]gionem Marocco versus aus[trum] cingit, aliique montes tantum [...] partes sunt, recentiores vari[a] nomina imposuerunt. Adj. Atl[anti]cus, Atlantiacus et Atlanteus (p[oet.])

Atrax, ăcis, Aetoliae in [Lo]cris Ozolis fluvius, qui in occ[...] Naupacti in Corinthiacum S[inum] effunditur. Accolae Atraces.

Atrax, ăcis, urbs Thessalia[e in] Pelasgiotide, ubi Atrax fluv[ius in] Peneum infunditur; adj. Atrac[ius].

Atrebates, Atreba[tes v.] Atrebatum v. Nemetacum.

Atrebătes, Atrabates, A[...]vates, Atribatii, Galliae [...] iuxta Ambianos populus; [h.] *Artois od. Dep. Pas de Calais.*

Atrebatii, Britanniae [...] populus ad Tamesin; fere ub[i] *Berkshire.*

Atria v. Adria in Piceno.

Atria v. Adria in Venetis.

Atrianus s. Hadrianus, T[...]tarus, Galliae Transpad. in Ve[netis] fluv., qui prope Benacum la[cum] oritur et iuxta Atriam in [Mare] Adriaticum egreditur; h. *Tarta[ro].*

Atropatia Media, Atrop[ate]ne, Asiae regio Caspio Mari, A[raxe] fluv., Armenia Maj., Caspiis M[on]tibus, Zagro monte et Media M[ajore] terminata; h. *Aderbijan*; inc[olae] Atropateni.

Attalēa, urbs Asiae in Galati[a]; incolae Attalenses.

Attalēa, Attalīa, Allōīra, urbs Asiae Min. in Lydia ad Hermum fluv.; h. *Itala.*

Attalia, Asiae in Pamphilia opp. bene munitum ad sinum cognominem; *Antali*, *Satalia*; cives Attalēn...

Atthis, usitatius Attica; Attica Regio, Attica Terra, Cecropia Terra, (poet.). Helladis Graeciae Propr. regio. Nomen ... accepit ab Atthide, Cranai ... Antiquiora nomina sunt Ogygia, Acte, Mopsopia, Cecropia, Jonia. Qui olim Atticam tenuerunt ... commemorantur a Strabone ... Herodoto. Conterminа fuit Boeotiae, Megaridi, ab alia parte Mari Aegaeo et Sinui Saronico. H. *Livadiae.* Adj. Atticus, Attiacus, Atthis, Atticurges, is.

Attiniacum, *Attigny in Frankr.*

Attobrīga, Valentia, Monasterium Veltenburgicum, *Abt. ...berg in Baiern.*

...tynia v. Aphnitis.

Atuatūca, Atuatucum, ...uca, Aduaticum, Atua...uaca, postea Tungri, urbs ... Belg. in Tungris; h. *Ton...*

...atūca, Aduatuca, Adu... Eburonum in Gallia Belg. op...

...tūra, Aturae v. Adura.

Aturensium Civitas v.

...rus, Aturrus, Aturius, ...ris, Atur, Atyr, Galliae ... fluv., qui in Pyrenaeis ortus ...um Tarbellicum effunditur; h. ...; accolae Aturenses.

...ēna, Italiae in Etruria fl., ... Macrae miscetur.

Audomaropolis, Audoma... Fanum Divi Audomari, *...mer im nördl. Frankr.*

Aufidēna, urbs Samnitum in ... in Pelignorum finibus iuxta ...um amnem; h. *Alfidena*; incolae Aufidenātes.

Aufĭdus, Italiae fluv. in Apu... in Apenninis oritur, Dauniam ...eucetia dividit, Canusium et ...nas praeterfluit atque iuxta ...num in Adriaticum Mare ex...it. H. *Ofanto.*

Aufōna, Auvona, Britanniae Rom. fluv.; h. *Avon.*

Auga, Augae, Augium, Augur, Auca, *Eu in Frankr.*

Augia Alba s. Minor, *Abt. Weissenau od. Minderau im Würt.*

Augia Alba, Weissenavia, *Abt. Weissenau im Fränk. Kr.*

Augia Brigantina, Major, *Abt. Mehrerau am Bodensee.*

Augia Dives, Major, Richenavia, Ins. *Reichenau im Bodensee.*

Augia Domini, *Herisau im Schw. Canton Appenzell.*

Augia Rheni, Rhinovium, *Rheinau in d. Schweiz am Rheine.*

Augia Sacra, *Ellg in d. Schweiz.*

Augium, Augur v. Auga.

Augusta, Augustopolis, urbs Asiae Min. in Cilicia Trachēa.

Augusta, urbs Siciliae maritima orientem versus; h. *Agosta.*

Augusta Acilia, Serviodurum, urbs Vindeliciae ad Danubium; h. *Straubingen.*

Augusta Allobrogum v. Geneva.

Augusta Ausciorum v. Climberrus.

Augusta Batiennorum, urbs Galliae Transpad. ad Tanari et Padi confluentes; h. *Bassignana.*

Augusta Bilbilis v. Bilbilis.

Augusta Bracara v. Bracara.

Augusta Caesarea v. Caesaraugusta.

Augusta Castra, Augustana Castra, Vindeliciae locus inter Regina Castra et Quintanam; h. vicus *Azelburg b. Straubingen.*

Augusta Dacica s. Dacorum v. Sarmizegethusa.

Augusta Dea, Colonia Dea Augusta Vocontiorum, Dea Vocontiorum, Municipium Juliae Augustae Deae, Civitas Deensium, Dea, Galliae Narbon. in Vocontiis opp. inter Augustam Tricastinorum et Lucum Augusti; h. *Die.*; adj. Deensis.

Augusta Drusi s. Drusomagus, urbs Estionum in Vindelicia ad Hilariam sita; h. *Memmingen.*

Augusta Ebūrōnum, Leo-

dium, Legia, opp. Tungrorum in Gallia Belg.; h. *Lüttich.*

Augusta Emerita, Colonia Augusta Emerita, Colonia Emeritensis, Emerita, urbs Vettonum in Hispania Lusit. ad Anam flumen. Nempe Augustus post bellum Cantabricum milites emeritos dimisit iisque hanc urbem condere permisit; h. *Merida;* incola Emeritensis.

Augusta Firma v. Astigi.

Augusta Gemella, Gemella, Colonia Augusta Gemella Tuccitana, Tucci, urbs Hispaniae Baeticae; h. *Martos.*

Augusta Julia Gaditana v. Gades.

Augusta Nemetum v. Noviomagus.

Augusta Nova, Turris Cremata, urbs Hispaniae Tarrac. in Arevacis; h. *Torquemada.*

Augusta Praetoria, Augusta Praetoria Salassorum, Augusta Praetoria Julia, urbs Salassorum in Gallia Transpad. ad Alpium radices; h. *Aosta;* adj. Augustanus.

Augusta Rauracorum s. Rauricorum, Raurica, Rauricum, Colonia Raurica, Castrum Rauracense, Galliae Belg. in Rauracis opp. ad Rhenum. Colonia a Minutio Planco sub Augusto eo deducta atque ab Attila eversa est; H. *Augst b. Basel.* Amphitheatri ruinae ibidem videntur. Incola Augustanus in Rauracis.

Augusta Romanduorum, Luceburgium, Luciburgum, Luciliburgum, *Luxemburg in d. Niederlanden;* Luciliburgi *d. Einw.;* adj. Luceburgensis.

Augusta Salassorum v. Augusta Praetoria.

Augusta Suessiōnum, Suessōnae, Suessionae, Suessiones, Suessio, urbs Galliae Belg. in Suessionibus; h. *Soissons;* adj. Suessionensis.

Augusta Taurinorum, Colonia Taurina, Taurinum, Taurina, Taurasia, Taurini, Galliae Cisalpinae in Taurinis opp. ad Padum. Ab Hannibale deletum Caesar instauravit Coloniae Juliae nomine, eodemque Augustus coloniam misit. H. *Turin;* cives Taurinātes; adj. Taurinensis.

Augusta Tiberii v. Regina Castra.

Augusta Treba v. Treba.

Augusta Trevirorum, Augusta in Treviris, Colonia Augusta Treverorum, Colonia Treverorum; postea **Treviri, Treviris, Treveris** urbs Trevirorum in Gallia Belg. ad Mosellam urbs primaria atque opulentissima, in antiquissimis Germaniae ponenda. Barbarorum incursibus aliquoties vexata atque eversa est; h. *Trier;* adj. civis Treverensis et Trevericus.

Augusta Tricastinorum, Fanum St. Pauli Tricastinorum, urbs Galliae Narbon. in Tricastinis; h. *S. Paul de trois Chateaux;* adj. Tricastinensis.

Augusta Trinobantum v. Londinium.

Augusta Ubiorum v. Colonia Agrippina.

Augusta Vagiennorum, Augusta Bagiennorum, Salutiae, Salutium, Salutiarum Civitas, urbs Vagiennorum in Liguria; h. *Saluzzo.*

Augusta Vangionum v. Borbetomagus.

Augusta Veromanduorum, Veromandui, Quintinopolis, Sanquintinum, Fanum S. Quintini, metropolis Veromanduorum in Gallia Belg.; h. *S. Quentin.*

Augusta Vindelicorum, Colonia Augusta Vindelicorum, Colonia Augusta Rhaetorum, Vindelica, urbs Vindelicorum in Vindelicia, ad Licii et Vindonis confluentem, quae Augusto Imperatori primis incrementa et splendorem suum debebat. H. *Augsburg;* Augustanus in Vindelicis.

Augustamnica, Augustanice, Augustonice, regio Aegypti Infer. inter Phatneticum ostium et Arabiae fines; h. *Errif.*

Augustana Castra v. Augusta Castra.

Augusti Lucus Hisp. v. Lucus Augusti.

Augusti Lucus Gall. v. Lucus Augusti.

Augusti Portus, Portus Romanus; *Porto an d. Mündung d. Tiber*; v. etiam Ostia.

Augusti Tropaea, Turbia, urbs Liguriae in Gallia Cispad.; h. *Turbia*.

Augustobŏna, Augustomăgus, Tricassium, Tricassae, Tricasses, Trecae, Treci, opp. Tricassium in Gallia Lugdun. ad Sequanam; h. *Troyes*; adj. Tricassinus.

Augustobrĭca, Augustobriga, urbs Hispaniae Lusit. in Vettonibus; h. *Puente del Arzobispo*; incolae Augustobrigenses.

Augustobrĭga, urbs Hispaniae Lusitanae.

Augustobrīga, Hispaniae Tarrac. opp. in Pelentonibus; h. *Agreda*.

Augustodūnum, Augustodunensium Oppidum, Civitas Aeduorum, Hedua; metropolis Aeduorum in Gallia Lugdun. Caesar Bibracte oppidum eorum est longe maximum et copiosissimum. Ab Augusto novum nomen nacta esse videtur. H. *Autun*, aliis *Beuvray*. Ibi ruinae templi Jani et Cybeles extant; adj. Augustodunensis.

Augustomăgus, Rotomagus, Civitas Silvanectum, Civitas Silvanectensium, Silvanectensis Urbs, Silvanectum, Silvanectae, caput Silvanectum in Gallia Belgica; h. *Senlis*; adj. Silvanectensis.

Augustonemĕtum, Arvernum, Arvernum, Arvernorum Civitas, Gergovia Arvenorum, antea Nemossus; Clarus Mons, Claromontium, Galliae Aquitan. in Arvernis opp., prope quod antiquitates Romanae extant atque aquae medicae inveniuntur; h. *Clermont*, *Clairmont*, *Clermont-Ferrand*.

Augustomăna v. Augustobona.

Augustonīce v. Augustamnica.

Augustopolis v. Augusta.

Augustorĭtum, postea Lemovicum, Lemovica, Lemovices, caput Lemovicum in Gallia Aquit. cum theatri Romani ruderibus; h. *Limoges*; incolae Lemovices; adj. Lemovicensis.

Augustoritum v. Limacum.

Augustus, *Augst im nördl. Frankr.*

Aula Bona, Aulabŏna, *Aubonne in d. Schweiz.*

Aulaei Moenia s. Castellum, urbs vel castellum Thraciae ad Pontum Euxinum.

Aulerci, gens Galliae Celticae inter Sequanam et Armoricas Civitates, quae dividebatur in Aulercos Cenomanos, Diablintes et Eburovices.

Aulerci Brannovices, Galliae Celticae populus, qui ad Ligerim habitabat atque in Aeduorum tutela erat.

Aulis, ĭdis, Graeciae opp. in Boeotia ad Euripum, Chalcidi in Euboea oppositum, cum portu L. navium capaci. Fuit ibi Dianae templum, ubi Iphigenia, Agamemnonis filia, victima aris admota est. Inclaruit tamen maxime portu, ex quo Graecorum classis solvit. H. ne rudera quidem superesse dicuntur.

Aulocrene, regio montana Asiae Min., in qua Maeandri fontes esse dicuntur, in conventu Apameno, per quam ab Apamea in Phrygiam itur. Ibi Plinio auctore platanus ostendebatur, ex qua pependit Marsyas ab Apolline victus.

Aulon, campus planus in Palaestina iuxta Jordanem, inde ab Antilibano usque ad desertum Pharan; Arabis h. *Al-Gaur.*

Aulon, Illyridis Graecae opp. in Epiri finibus cum portu celebri; h. *Awlon od. Valona.*

Aulonia v. Caulonia.

Auraria, Aurariacum, urbs Daciae. Ibi etiamnum aurifodinae sunt, Romanis iam cognitae. H. *Abrobania, Abrucbania, Gross-Schlatten, in Siebenb.*

Auraria Parva, Zalatna, locus Daciae; h. d. *Marktfl. Goldenmark, Klein-Schlatten.*

Aurea Chersonesus v. Chersonesus Aurea.

Aureatum v. Alcimoenum.

Aurelia v. Genabum.

Aurelia Allobrogum v. Geneva.

Aurelia Aquensis s. **Civitas Aurelia Aquensis** v. Aquae.

Aureliăcum, *Aurillac in Frankr.*

Aurelianensis Ager, *Orleanois, ehem. Franz. Prov.* Aureliani *d. Einw.*

Aurelianum v. Aredate et Genabum.

Aureoli Pons, urbs Insubrium in Gallia Transpadana.

Aureus Mons, jugum montium in Corsica, a septentrione ad meridiem mediam insulam secans. H. nonnullis *Monte Gradachio.*

Aureus Mons, in Moesia Superiore, quem Probus Imp. vitibus conserendum curavit.

Auria v. Aquae Calidae Cilenorum.

Aurimontanum, Ursimontanum, *Ormont in d. Schweiz.*

Aurimontium, *Goldberg in Schlesien.*

Aurinia v. Saturnia.

Aurisium, *Roth im Fränk. Kr.*

Aurunca, Suessa, Suessa Auruncorum, Suessa Aurunca, Colonia Julia Classica Suessa, urbs Auruncorum in Campania, Caj. Lucilii patria; h. *Sessa, Sezza*, incolae Suessani; adj. Suessanus.

Aurunci, Arunci, Italiae in Novo Latio populus inter Volscos et Campanos in ora maritima et utraque Liris ripa; h. ubi *Terra di Lavoro.*

Ausa, Ausa Nova, Ausona, Vicus Ausonensis, Vicus, urbs Hispaniae Tarrac. in Ausetanis ad Pyrenaeos; h. *Vich od. Vique.*

Ausci v. Augusta Ausciorum.

Ausci s. **Auscii**, Galliae Aquitan. populus inter Aturum et Garumnam, quos Mela clarissimos Aquitanorum vocat.

Ausĭmum v. Auximum.

Ausona v. Ausa.

Ausŏna, urbs Latii in Ausonibus Terracinae ad septentrionem, quam ab Ausone, Ulyssis et Calypsus filio, conditam esse dicunt.

Ausŏnes, Italiae populus, qui primum in Italia Infer. deinde in Media inter Latium et Campaniam sedebat. Eorum terra dicitur Ausonia, quo nomine poetae pro Italia tota utuntur. Adj. Ausonius, Auson, et Ausonis, idis, f.

Ausonia Urbs i. q. Roma.

Aussona, Aussonia, Auxonia, *Auxonne in Frankr.*

Austa, Austia, Usta, *Aus in Böhmen.*

Autrasia, *Westerreich, Westreich, ehem. Königr. zw. d. nörd. Deutschl. u. Frankr.*

Austria, *Oestreich, Kaiserth.* adj. u. subst. Austriacus; adj. Austrius.

Austriae Archiducatus, *Erzherz. Oestreich.* Austria Inferior *das Land unter d. Ens.* Austria Superior *das Land üb. d. Ens.*

Autricum, Antricum, Autricum, postea **Carnutum, Civitas Carnotum, Carnote**, urbs Carnutum primaria; in Gallia Celtica; *Chartres*; adj. Carnotensis.

Auvona v. Aufona.

Auxĭmum, Ausimum, Auximum, Oximum Livio, Italiae Propr. in Picentibus urbs et colonia; h. *Osmo*; incolae Auximates; adj. Ausimatis.

Avallo v. Aballo.

Avantĭcum, Aventicum, Aventicum Helvetiorum et urbs Helvetiorum in Pago Urbigeno; h. *Avanche, Avenche, Wiflisburg*; incolae Aventicenses.

Avarĭcum, Bitŭrix, Bituricae, Bituricum, Biturigum, Biturigae, Galliae Aquit in Biturigibus Cubis opp. maxime munitum a Caesare etiam expugnatum. *Bourges*; adj. Avaricensis; Biturix.

Avendi Castrum, Romericum Castrum, Romerici Mons, Remiremontium, *Remiremont, Reimersberg in Frankr. a. d. Mosel.*

Avendo, onis, **Vendus, Vendo**, urbs Illyrici; v. Liburnia.

Avenio, Avenio Cavarum, Civitas Avennicorum, Avenio, Galliae Narbonensis in Cavaris urbs opulenta prope Rhodanum in medio quidem campo, ubi Sorgas illi miscetur. Vineae ejus oliveta praedicantur. H. *Avignon*; cives Avennici; adj. Avennicus, Avenionensis.

Avenionensis s. Vindascinus Comitatus, *die ehem. Grafsch. Venaisin in Frankr.*

Avennae, Avenna, *Avesnes im nördl. Frankr.*

Avens, entis, parvus Sabinorum fluv., a quo mons Aventinus nomen invenisse traditur.

Aventicum v. Avanticum.

Aventinum v. Abusina.

Avernus, gr. Aornos, Averna, Averni Lacus, Italiae in Campania lacus. Diodorus Sic. inter Misenum et Puteolos ponit, atque incredibili profunditate et aqua limpidissima fuisse dicit. Folium ex vicinis arboribus immissum nunquam innatare tradit Aristoteles. Poëtae exornarunt fabulam, aves supervolantes pestiferis exhalationibus dejici. Salubrem et amoenum postea fecit excisis silvis Agrippa vel Augustus. H. *Il Lago d'Averno* [illegible] *Tegerpole*; adj. Avernus, Avernalis, poët.

Avium Oppidum, Ornithon, [illegible], Ornithopolis, urbs Asiae [illegible] Phoenice.

Axati, Municipium Flavium Axatitanum, in Hispan. Baet. ad Baetim.

Axelodunum, urbs Brigantum in Britannia Rom. iuxta Adriani vallum; h. *Hexham*, aliis *Brugh*.

Axenus Pontus ap. poët. i. q. Euxinus Pontus.

Axiace, Axiaca, urbs Sarmatiae Europ. ad Pontum Euxinum et Hypanis ostium; h. *Oczakow* esse creditur.

Axiaces, Sarmatiae Europ. fluv., qui Callipidas et Axiacas disterminat ac prope Pontum Euxinum in parvum lacum exit; h. *Teligol* esse putatur.

Axima, Axuna, urbs Centronum in Gallia Narbonensi.

Axiopolis, urbs Moesiae Infer. ad Danubium. Ibi sec. Ptolom. Danubius Istri nomen adeptus est. H. *Axiopoli*.

Axius, Bardarius, Vardarius, maximus Macedoniae fluvius. Oritur in Paeonibus, dirimebat Mygdoniam a Bottiaeide, assumtoque Erigone fluvio inter Chalaestram et Thermen in Sinum Thermaicum excurrit. H. *Vardar*. Fontes habet in Scardis montibus.

Axŏna, Axona, Axonia, Auxunnus, Galliae Belg. fluv., qui in Remis ortus Augustam Suessionum praeterfluit atque juxta Compendium Isarae jungitur; h. *Aisne*.

Azama v. Zama.

Azan, ānis, Peloponnesi mons in Arcadia, Cybelae sacer.

Azara, urbs Asiae in Armenia Maj. ad Araxem.

Azelum, Galliae Transpad. in Venetis oppidum; h. *Asolo*.

Azorium, Azōrus Tripolis, Azorus Tripolitidis, urbs Thessaliae in Pelasgiotide.

Azōtus, Asdod, urbs maritima, unde etiam Paralios dicitur, Palaestinae in Judaea, secundum alios in Idumaea; olim Arabum emporium. H. quibusdam *Alzette*.

B.

Babardia v. Baudobrica.

Babba, Colonia Julia Babba, Colonia Campestris Julia Babba, Colonia Julia Augusta Babba, Baba, urbs Mauritaniae Tingit.; h. *Naranja*, aliis *Beni Teudi*; adj. Babbensis.

Babeberga v. Bergium.

Babel v. Babylon Asiae.

Babelmandelia Insula, *kl. Ins. Babel - el - Mandeb, in d. Meerenge gl. Namens.*

Babelmandelium Fretum, *Bab - el - Mandeb, Meerenge zw. Afrika u. Arabien.*

Babia, Balbia, Altomontium, Mons Altus, Italiae Infer. in Agro Bruttio opp. ad Apennini radices; h. *Montalto*.

Babylon, urbs Aegypti Infer. in Nomo Heliopolite, Nilo adjacens et bene munita. Ibi Aegyptus Med. ab Infer. disterminatur. Eius ruinae sunt, ubi h. *Baboul, b. Alt-Cairo.*

Babylon, urbs Asiae in Babylo-

nia ad utramque Euphratis ripam posita. Posteriores Latini vocant etiam Babyloniam, regionis nomine; Scr. S. Babel et Babel Magna. In conditore non omnes consentiunt; sed aliqui etiam Belum vel Babylonem, illius filium, producunt. Semiramis certe egregie illam ornavit, in qua celebrantur inprimis moenia latissima, tum horti pensiles. Tanta tamen et tam opulenta urbs Strabonis aetate deserta fere jacebat. De hodierno situ discrepant: eam haud procul *Hchch* stetisse existimant; alii locum *Babil* vocant. Adj. Babylonicus, Babylonius, Babylonensis et Babyloniacus.

Babylonia, in S. L. Babel et Synear, Asiae regio, Tigride fl. et Mesopotamia, Assyria et Sinu Persico terminata. H. *Irak Arabi, Babeli.* Incolae Babylonii, qui artibus et mercatura excellebant.

Babyrsa, castellum in Armenia Maj. circum Artaxata, in quo Tigranes et Artabazus thesauros asservabant.

Bacacum v. Bagacum.

Bacari, urbs Indiae intra Gangem in Lymirica; h. *Calecut, Calicut.*

Bacasis, Baganum, Hispaniae Tarrac. in Laletanis opp.; h. aliis *Manresa*, aliis *Baga.*

Bacchi Insula, ad oram Troglodytices in Sinu Arabico inter Orneon et Antibacchi Insulam sita.

Bacenis Silva, serius Buchonia, Germaniae saltus inter Moenum Cattos et Gambrivios, Hercyniae pars; h. *d. westl. Theil d. Thüringer Waldes.*

Bacodurum v. Batava Castra.

Bactra, orum, Bactrum, Zariaspe, Charispa, Persiae in Bactriana ad Bactrum amnem urbs amplissima et caput gentis; h. *Balkh*; cives Bactri et Zariaspae; adj. Bactrianus et Bactrinus.

Bactri, Bactrii, pop. Persiae, etiam Bactriani, ut regio Bactriane, passim etiam Bactria. A Sogdiana dimovebatur Oxo fluvio et vicina erat Ariae atque Indiae, Margianae et Paropamisadis. Ab Alexandro M. Persis erepta, post in Satrapias descripta atque Arrianae addicta; fertilitate celebrata. H. *d. grosse Buckarei, d. Land der Usbekischen Tatarn od. Süd-Dschagatei.*

Bactrus, Zariaspis, Zariaspes, Persiae in Bactriana fluvius, qui in Sariphis montibus ortus Oxo miscetur; h. fort. *Anderab.*

Badacum, urbs Norici; nonnullis *Bämburg.*

Badacum v. Bedajum.

Badenvila, Badenvilla, *Badenweiler im Schwäb. Kr.*

Badēra, urbs Galliae Narbon. in Volcis Tectosagis; h. *Bazieges*, aliis *Auterive.*

Badesa, Bedesa, urbs Castellanorum in Hispania Tarrac.; h. *St. Joannes de las Badesas.*

Badia, Bathēa, Pax Augusta s. Augusti, Hispaniae Baet. in Baeturia opp. ad Anam flumen; h. *Badajoz.*

Badonius Mons v. Aquae Solis.

Badrinus, Galliae Cispadanae fluv. in Bojis. Oritur in Apenninis atque in Padum effunditur; h. *Saterno.*

Baduhennae Lucus, Germaniae silva inter Cuingim, Vidrum et Frisiabones; h. in *Westfriesland.*

Baelon, Belo, Baela Claudia, urbs Turdetanorum in Hispania Baet. ad Baelonis fluvii ostium cum portu, ex quo in Africam trajicere solebant; h. *Barbato*, aliis *Baelonia.*

Baesippo v. Besippo.

Baeterrae, Beterrae, Betirrae, Baeterrae s. Beterrae Septimanorum, Civitas Baeterrensium, Biterrae, Bliterrae, Bliterrae, Blitera, urbs munita Volcarum Tectosagum in Gallia Narbon.; h. *Beziers*; adj. Baeterrensis, Biterrensis et Bliterrensis.

Baetica, Betica, Baetica Provincia, Turdetania, Tartessis, tertia Hispaniae pars, a sinistra Anae fluvii ripa usque ad mare porrecta; nomen habet a Baeti flumine; frugum feracissima atque opulentissima; h. *Granada, Andalusia u. e. Th. v. Estremadura*; incolae Baetici.

Baetis, Betis, Betys, Bethis, Baetes, Certis, Hispaniae Ulterioris fluvius. Olim Tartessus et incolis Perces dictus est. E

Tarraconensi regione demissus pertinet ad montem Orospedam, sed variant in fontibus. Mons unde hodie defluit vocatur *Segura*. Cursus ejus primo modicus est, deinde multis acceptis fluminibus major Baeticam ingreditur ad Ossigi urbem, amoeno blandus alveo crebrisque oppidis accolitur. Duobus ostiis effunditur, quorum tamen alterum hodie oblimatum fertur. H. *Quadalquivir* i. e. *Vadi al Kibir* s. *Quad Alkebir*.

Baetius, Arabiae Felicis fluv., qui non longe a Thebis in Sinum Arabicum exit; h. *Abassi*.

Baetŭlo, Baetulum, Hispaniae Terrac. fluvius juxta Jovis Montem, qui prope *Teruolla* in mare illabitur; h. *Ter*.

Baetŭlo, Betulo, Baetullo, urbs maritima Laletanorum in Hispania Tarrac. prope Barcinonem; h. *Badalona*; adj. Baetŭlonensis et Betulonensis.

Baeturia, Beturia, Bethuria, regio Hispaniae Baet. inter Oretanos, Anam fluv. et Marianum montem; h. *d. südl. Th. v. Estremadura*.

Baga, Vaga, Vagense Oppidum, Vacca, Thedorias, urbs Africae in Numidis Massylis in Zeugitanae finibus ad Rubricatum flumen. A Q. Metello et post a Juba deleta est; h. eam *Vegja* vel *Bagasi* nominari dicunt; adj. Vagiensis et Vagensis.

Bagăcum, Bacacum, Bavacum, Bavaeum, opp. Nerviorum in Gallia Belg.; h. *Bavay*.

Baganum v. Bacasis.

Bagdādum, *Bagdad am Tigris in Irac Arabi*.

Bagienni v. Vagienni.

Bagneriae sc. thermae, urbs Galliae Aquit. ad Pyrenaeorum radices non longe a Lugduno Convenarum cum aquis salubribus; h. *Bagneres de Luchon*.

Bagrăda, Bagradas, fl. Africae Propr. in Zeugitana. Fontes habet vel in Manepsano vel Usargalo monte. Celebratur hic fluvius, cum Punico bello serpens immensae magnitudinis in eo degens Romanorum castra vexavit, quem M. Regulus ballistis et catapultis oppugnavit. Fluebat inter Uticam et Castra Cornelia, sed post alveum mutavit, si est h. *Megrada*, etsi alii *Mejerdah* in eo agnoscunt.

Bagrădas, Bagrada, Persiae fluv., qui Carmaniam a Perside dividebat, Gabas et Taocen praeterfluebat atque in Persicum Sinum emanabat; h. *Bindimir od. Budmir*.

Bajae, oppidulum Italiae in Campania inter Misenum et Puteolos. Nomen tulit a Bajo Ulyssis socio vel gubernatore. Maritimam urbem fuisse indicat portus Bajanus. Hic nobilioribus annumeratur, atque ab Augusto, immisso in Arvernum et Lucrinum lacum mari, amplificatus est et Portus Julius dictus. Serius vix triremium capax erat, quia mare magnam litoris partem absumserat. Olim, uti nunc, inclaruit fontibus calidis, unde locum illum Romani laudabant, celebrabant et villis consperserant. Hadrianus Imper. ibi diem obiit. H. *Castel di Baja*; adj. Bajanus; regio circumjacens Bajanum dicebatur.

Bajanum, Tornacum, Nerviorum in Gallia Belg. opp; h. *Tournay, Dornik*; adj. Tornacensis.

Bajanus Sinus, Italiae Infer. in Campania ad Bajas sinus; h. *Golf v. Neapel*.

Bajocae, Bajocasses, Bajocassi v. Araegenus.

Bajona v. Lapurdum.

Bajonna ad Minium v. Abobrica.

Balanaeae, Balaneaea, Balneae, Syriae in Seleucide urbs maritima; h. quibusdam *Balneas*.

Balatinus Lacus v. Volceae Paludes.

Balbia v. Babia.

Baleāres, Baleares Insulae, Balearĭdes, Interni Maris ad Hispaniam Tarrac. insulae. Nomen varie ducunt, v. c. a βάλλειν, quoniam incolae egregii funditores erant, vel a Balea, Herculis comite. Graecis dicuntur Γυμνησίαι, vel quod nudi incolae incedant, vel quod naufragio facto Boeotorum aliqui nudi hic appulerint. Conditores et primos eorum incolas commemerant Rhodios, quos piraticam

exercentes domuit Metellus, inde Balearicus dictus. Celebrantur vina, fertilitas, portus. Major erat opulentior armis virisque, Minor agro fertilior. Incolae Baleares et Balearici; adj. Balearicus et Balearis.

Balearis Major, Baleares Majores, Major Insularum Balearium; h. *Majorca, Mallorca.*

Balearis Minor, Baleares Minores; h. *Minorca.*

Balentium v. Valetium.

Balma, Palma, *Baulme, Baume in Frankr.*

Balnea Regia, Balneoregium, Balneum Regis, *Bagnarea im Kirchenst.*

Balneŏlum, *Bagnolo in Neapel.*

Balotimora, *Baltimore in Irland.*

Balsa, urbs maritima Hispaniae Lusit. in Cuneo; h. *Tavira.*

Baltia v. Scandinavia.

Baltiona v. Bilitio.

Balyra, Peloponnesi in Messenia fluv., in Messeniacum Sinum exiens.

Bambyce, Hierapolis, Edessa, Magog, Ninus Vetus, urbs maxima Syriae in Cyrrhestica, non longe ab Euphrate sita, ubi Astarte s. Derceto, Syrorum Dea, splendidum habebat templum. H. ejus ruinae sunt, ubi *Mambedsch od. Bambig.*

Bantia, Rantia, urbs Italiae Infer. in Peucetia prope Vulturnum montem; adj. Bantinus.

Bantum, *ehem. Abt. Banz im Fränk. Kr.*

Baphyrus, Macedoniae in Pieria fluvius non procul Olympo monte, qui in Thermaicum Sinum illabitur.

Barbalissus, Syriae in Commagēne opp. ad Euphratem situm, Belesis, Syriae principis, sedes; h. *Beles.*

Barbana, Illyridis Graecae fluv., ex Labeatide lacu emanans, qui Scodram urbem circumfluit atque Oriundi miscetur; h. *Bojana.*

Barbaria v. Africa Septentrionalis.

Barbaria, Barbarica, Barbarica Continens, Africae regio ad Sinum Barbaricum in utraque Aequatoris parte.

Barbaricum Promontorium, in Hispania Lusit. ad Tagi ostium; h. *Cap d'Espichel.*

Barbesola, orum, Barbesula, Colonia Barbesula Leg. XVIII, urbs Hispaniae Baet. prope fluvii cognominis ostium inter Transductam et Carteiam. H. ruinae ejus sunt, ubi *Guadiara*; cives Barbesulani.

Barcani s. Barcanii, pop. Parthiae, Hyrcanis finitimus.

Barce, Barcaeorum Portus, Barcensium Urbs, Africae in Cyrenaica opp. ad Syrtim Maj.; h. *Barca.*

Barcheria, Bercheria, *Barkshire, Berkshire in England.*

Barcia, Burcia, *Burzenland, Landsch. in Siebenb.*

Barcĭno, Colonia Barcino Faventia, Colonia Faventia Julia Augusta Pia Barcino, Hispaniae Tarrac. in Laletanis opp. Originem ejus Carthaginiensibus tribuunt, et nomen ipsum ad Hamilcarem Barcinae gentis referunt. Sita fuit in ora amoena, si vera inscriptiones afferunt; templa Minervae, Veneris, Aesculapii habuit. H. *Barcellona*, urbs satis ampla; adj. Barcinonensis.

Barcino Nova, Barcinona, *Barcilonette im südl. Frankr.*; adj. Barcinonensis.

Barcino Vasconiae, *Barcelone im westl. Frankr.*

Barcovicum, Barovicum, Barvicum, *Barwick in Engl.*

Bardarius v. Axius.

Bardenuvicum, Bardevicum, Bardovicum, *Bardewick im Niedersächs. Kr.*

Barēa, Barīa, urbs Hispaniae Baet. in finibus Hisp. Tarraconensis ad Sinum Virgitanum; h. fort. *Verga.*

Bargasa, urbs Asiae Min. in Caria ad Sin. Ceramicum; cives Bargaseni; adj. Bargasenus.

Bargus v. Birgus.

Bargus, Thraciae fluv., qui in Hebrum emanat. Cognominis est apud Scordiscos, qui Danubio miscetur.

Bargusii, pop. Hispaniae Tarrac. inter Ilergetes et Ausetanos.

Bargylus, Bargyla, orum, Bargylia, orum, Bargyliae, urbs Asiae Min. in Caria ad Sin.

ladum; cives Bargylētae, Bargyliētae, Bargyliatae; adj. Bargilicus et Bargylieticus.

Barianus, Baritanus, Bariensis Ager, *Bari, Terra di Bari in Neapel.*

Barigaza, Barygaza, Indiae intra Gangem emporium in Pandionis regione ad Sinum Barigazenum; h. *Baroatsch* vel *Barouth.*

Baris, serius Verēlum, urbs Calabriae in Messapia prope Bastam.

Barium, *Bar in Podolien.*

Barium, Barrium, Italiae Infer. in Peucetia municipium ad Mare Superum. Hodie urbs *Bari* ruderibus antiquae imposita est. Incolae Barini.

Barium ad Albam s. Albulam, *Bar sur Aube in Frankr.*

Barium ad Sequanam, *Bar sur Seine in Frankr.*

Barium Ducis, Barrodŭcum, *Bar le Duc im nördl. Frankr.*

Barolum, Barulum, Barum, Italiae Infer. in Apulia opp.; h. *Barlette.*

Barovicum v. Barcovicum.

Barrium v. Barium Ital.

Barroducum v. Barium Ducis.

Barrojus v. Birgus.

Barrum, *Landsch. Bar in Frankr.*; adj. Barrensis.

Barsita v. Borsippa.

Baruthum, Byruthum, Baryruthum, *Baireuth, im Fränk. Kr.*; adj. Baruthinus u. Baruthensis.

Barygaza v. Barigaza.

Basan, Basanitis v. Batanea.

Basiana, urbs Pannoniae Infer. prope Savum; h. aliis *Possega,* aliis *Sabatz.*

Basilēa, Basilia, Basilaea, Basilea Rauracorum, castellum a Valentiniano Imper. in Helvetiis ad Rhenum exstructum; h. *Basel*; adj. Basileensis.

Basilium Flumen, aquaeductus in Babylonia, Tigridem Euphrati conjungens.

Basinium, Bazinium, Bazinga, *Pösing in Ungarn.*

Basta, urbs Italiae Infer. in Salentinis non procul Japygio Prom.; h. *Vasto.*

Bastarnae, Bastarni, Basternae, Germaniae pop. primarius, qui trans Vistulam in Sarmatiam migravit ac tum meridiem versus Dacis confinis factus est; ubi h. *Podolien.*

Basti, urbs Bastitanorum in Hispania Tarrac.; *Baza.*

Bastonacum, *Bastogne in den Niederl.*

Batanēa, Batanaea, Batanēas, adis, in S. L. Basan et Basanitis, Botnaia et Gigantum Terra, Palaestinae regio Jordani ad orientem sita; h. quibusdam *El - Botthin*; incolae Batanēae et Batanaei.

Batava Castra, Bacodurum, Patavia, Passavia, Passavium, Bojorum in Vindelicia opp. ad Aeni et Danubii confluentes; h. *Passau*; adj. Passaviensis.

Batăvi, pop. Germanicus, qui a Cattis originem traxisse dicitur et Batavorum Insulam in Gallia Belgica incolebat; h. *die Holländer.*

Batavia, Batavium, Batavorum Ager, Hollandia; *chem. Prov. Holland in den Niederl.*; adj. Batavus.

Batavodurum, Duerstadium, Durostadium, vicus major Batavorum in Gallia Belg., ubi Licus a Rheno sejungitur; h. *Wyk de Duerstede.*

Batavorum Insula, Galliae Belgiae ins. inter Rhenum et Vahalim; h. *Betuwe, Betaw.*

Batavorum Oppidum, Bathēnis, idis, Arx, in Gallia Belg. h. *Batenburg od. Papenburg.*

Bathonia v. Aquae Solis.

Bathyra, castellum Palaestinae in Batanea, ab Herode contra Trachonitarum incursus exstructum.

Batnae, Batne, Batnae Sarugi, Mesopotamiae in Osroëne opp. amoenitate commendatum, regionis caput atque Abgarorum regia; h. *Sarug.*

Batua, Buthoe, Buthoee, Bulua, urbs Illyrici in Dalmatia, inter Ascrivium et Olcinium; h. *Budoa, Budua.*

Bauconica, Bonconica, opp. Vangionum in Gallia Belg. ad Rhenum; h. *Oppenheim*, aliis *Pockenheim.*

Baudobrica, Baudobriga, Bodobrica, Botobriga, Bodobricum, Babardia, urbs

Trevirorum in Gallia Belg. ad Rhenum; h. *Boppard.*

Bauli, Baule Boaulia, (boum stabula.) villa in Campania inter prom. Misenum et Lucrinum lacum, quae flexo mari alluitur. Servius inde factam memorat, quod olim Hercules iuxta Bajas fecit caulam bobus, quas Geryoni eripuerat, eamque sepsit.

Bautae, Bonavilla, Bonnopolis, urbs Galliae Narbon. in Allobrogibus; h. *Bonneville in Savoyen.*

Bauxānum, Bauxane, Bolzanum, urbs Rhaetiae ad Isacum flumen; h. *Botzen, Bolzano.*

Bavacum, Bavaeum v. Bagacum.

Bavaria v. Bojoaria.

Bavo v. Boa.

Bazunga, Bazinium v. Basinium.

Bazira, orum, Bezira, urbs Indiae intra Gangem non procul Nyssa, quam Alexander M. muris cinxit.

Bazra v. Bostra.

Bearnia v. Benearnia.

Bebii Montes, in Illyrico, Liburniam a Dalmatia dividentes.

Bebriacum v. Bedriacum.

Bebryces, Ibericae originis gens in Gallia Narbon., a Pyrenaeis montibus iuxta mare usque ad Narbonem Martium habitans.

Bebrȳces, pop. a Thracibus oriundus atque Bithyniae oram ad Pontum Euxinum incolens.

Bebrycia i. q. Bithynia; incola Bebryx, ycis; adj. Bebrycius.

Beda, Trevirorum in Gallia Belg. opp.; h. *Bitburg.*

Bedajum, Bidacum, Badacum, Bedacum, Augusta Badacum, Bedajo Augusta, urbs Norici et colonia Romana; h. aliis *Budach am Chiemsee,* aliis *Laufen an d. Salza,* aliis *Burghausen.*

Bedesa v. Badesa.

Bedesis, Hedesis, Galliae Cisalpinae in Bojis fluvius, qui ex Apenninis ortus apud Ravennam in Mare Adriaticum egreditur; h. *Ronco.*

Bedriăcum, Betriacum, Bebriacum, Vetriacum, Galliae Transpad. in Cenomanis vicus, apud quem Vitellius Othonem vicit; h. *Caneto*; adj. Bedriacensis.

Beduini, gens Arabica pascua peragrans et raptu vivere assueta; *Beduinen.*

Begia, Bejara v. Pax Julia.

Begorrites, lacus Macedoniae in Orestide, quem Aliacmon perfluebat.

Belbina, Belemina, Blemmina, urbs Peloponnesi in Laconica.

Belbinites Ager, Belminatious Ager, Laconicae regio in Arcadiae finibus.

Beldinum v. Belginum.

Belerium, Bolerium Prom., Britanniae Rom. in Damnoniis pars extrema occidentalis; h. *the Lands End.*

Beleus fl. v. Belus.

Belgae, pop. Galliae Belgicae, habitans inter Rhenum, mare, Sequanam et Matronam, a Celtis Germanisque ortus; adj. Belgicus.

Belgae, Britanniae Rom. populus, ut verosimile est, originem a Belgis Galliae ducens, qui consederat, ubi h. *Sommersetshire, Wiltshire u. Insel Wight.*

Belgica Gallia v. Gallia.

Belgĭca, urbs Ubiorum in Gallia Belg. prope Coloniam; h. *Balkhausen,* aliis *Bullingen.*

Belginum, Beldinum, urbs Galliae Belg. in Treviris inter Augustam Trev. et Bingium; h. fort. *Baldenau.*

Belgium, Galliae Belg. regio, continens populos Bellovacos, Atrebates et Ambianos; ubi h. *Beauvais, Artois u. Amiens.*

Belgium, Belgica, Germania Inferior, *die Niederlande.*

Belgradum, Bellogradum v. Taurunum; adj. Belgradensis.

Belia, Bella, urbs Edetanorum in Hispania Tarrac.; h. *Belchite*; cives Belitani et Belitenses.

Belio, Belion v. Limaea.

Belitio v. Bilitio.

Bellamontium, Bellomontium, Bellomontium Rogerii, *Beaumont-le-Roger in Frankr.*

Bellicadrum, Belloquadrum, Belloquarda, *Beaucaire in Frankr.*

Bellijocum, Bellojovium, *Beaujeu in Frankr.*

Bellijocensis s. Bellojoviensis Ager, *Landsch. Beaujolois das.*

Bellocassi, Bellocasses, Velocasses, Vellocasses, Veneliocassii, pop. Galliae Belg. iuxta Sequanam flumen; fere ubi n. *Rouen.*

Bellum Vadum v. Flavionavia.

Bellunum, Belunum, Berunum, urbs Feltrinorum in Gallia Transpad. ad Plavim flumen; h. *Belluno*; incolae Bellunenses, Berunenses et Beruenses.

Belo v. Baelo.

Belogradum, *Bielgorod, Belgorod in Russland.*

Belus, Beleus, in S. L. Sihor-Libnath, Palaestinae in Galilaea Super. fluvius. Ex Cendevia Lacu ertus prope Ptolemaidem in Mare Internum emittitur; cujus arena Phoeniciis mercatoribus vitri inveniendi occasionem dedisse fertur.

Benācum, urbs Insubrium in Gall. Transp. quae lacui nomen dedit, cujus vestigia nunc cernuntur in pago, *Toscolana* vulgo dicto, aliis vero vicus ibi est *Garda.*

Benacus Lacus v. Lac. Benacus.

Bendimirus v. Araxes.

Benearnia, Beneharnia, Becharnum, Bearnia, *ehem. Prov. Bearn in Frankr*; Beneharnus *e. Einw.*; adj. Beneharnensis.

Beneharnum, Benearnensium Civitas, urbs Convenarum in Gallia Aquit.; fere ubi h. *Lescar od. Lascar.*

Beneventum, Colonia Beneventana, Colonia Julia Concordia Augusta Felix, urbs Italiae in Samnitibus ad confluentem Sabati et Caloris; auspicatiore nomine ex Malevento facto. Condita est a Diomede belli Trojani tempore; colonia Romanorum eo deducta est, quam Augustus postea auxit. H. theatri atque Trajani arcus triumphalis rudera ibi videntur; nunc *Benevento* dicitur; cives Beneventani; adj. Beneventanus.

Bennaventa, Bennavenna, urbs Coritanorum in Britannia Rom.; h. *Daventry.*

Bennopolis v. Ascalingium.

Berecyntes, (Berecynthes,) Berecyntae, Asiae in Phrygia Magna populi, Maeandri fluminis, ut videtur, accolae; quorum regio Berecyntius Tractus a Plinio appellatur; urbem eorum primariam Berecyntiam vocant.

Berecynthus, mons Cretae insulae.

Berecyntus, mons Phrygiae Magnae ad Sangarium amnem, qui Cybelae sacer erat, inde Berecyntiae dictae; adj. Berecyntius et Berecyntiacus.

Berenice v. Asiongaber.

Berenice Epidires v. Arsinoë.

Berenice, ante Hesperis, Hesperides, um, urbs Africae in Cyrenaica; h. aliis. *Bengari*, *Bingasi*; aliis *Bernich.*

Berenice, Beronice, emporium Aegypti Super. ad Sinum Impurum; h. fort. *Cosseir.*

Berenice Panchrysos s. Altera, Berenice iuxta Sabas, urbs Troglodytices ad Sinum Arabicum, hod. *Salaka* vel *Atalaki.*

Berenicis, idis, sc. Regio, i. q. Cyrenaica.

Berga, urbs Macedoniae in Edonide ad Strymonem fluvium; Antiphanis patria.

Bergae Divae Gertrudis, *Gerdruidenberg in d. Niederlanden.*

Bergae S. Vinoci, *Vinoxbergen in den Niederlanden.*

Bergamensis Ager, Bergamense Territorium, *Bergamasque, Landsch. im Lomb. Venet. K.*

Bergentio v. Bregetio.

Bergidium Flavium, Bergidum, opp. Asturum in Hispania Tarrac.; h. *Villa Franca.*

Bergĭdum, Bergium, Vergium, urbs Ilergētum vel Laletanorum in Hispania Tarrac.; h. aliis *Benavarri*, aliis *Rota.*

Bergintrum, Fanum S. Mauritii, Galliae Narbon. in Centronibus opp.; h. *St. Maurice.*

Bergium, Babeberga, Papeberga, opp. Hermundurorum in Germania ad Regnesi et Moeni confluentem; h. *Bamberg*; adj. Bambergensis.

Bergŏmum, vulgo Berga-

mum, Vergâmum, urbs Orobiorum in Gallia Transpad.; h. *Bergamo*; cives Bergomātes; adj. Bergomas, Bergomatis, e, et Bergomensis.

Bergula, Bergule, Bergulae, Bergulion, urbs Thraciae ad Agrianem fluv.; h. quibusdam *Burgas*, *Burghaz*, *Borgas*.

Berinzona v. Bilitio.

Bermio, Bermion, Macedoniae fluvius, qui Berrhoeam alluit.

Bermius, montium jugum in Macedonia, Superiorem ab Inferiore sejungens.

Beroea, Beraea, Berrhoea, postea Irenopolis, urbs Macedoniae in Emathia ad Bermium montem, a Philippo Macedone condita. H. *Veria*, *Beria*; civis Beroeensis.

Bersāba, Berosaba, in S. L. Bersabee, Beer-Seba, Bersabe, urbs Palaestinae in Judaea, Abrahami et Isaaci domicilium; h. quibusdam *Bir Szabea*, aliis *Gibelin*.

Bersābe, Bersobe, urbs Palaestinae in Galilaea Inferiore.

Berunenses v. Bellunum.

Berÿtus, Berithus, Colonia Felix Julia, Colonia Julia Augusta Felix Berytus; in S. L. Berotha, Berothai, Chun, urbs Asiae in Phoenice prope Libanon montem. Fuit antiquissima, ad mare posita, CD. stadiis sec. Strabonem a Sidone remota, in regione amoenissima. Scholam iurisprudentiae dictatam celebrant posterioris aevi scriptores. An. CCCL. p. Chr. n. terrae motu maxima urbis pars concidit. Urbs h. parva ab Arabibus vocatur *Bairut* vel *Baruth*.

Besbĭcus, Besbycus, Propontidis insula prope Rhyndaci fluminis ostium.

Besidiae, Besidianum, Bisinianum, Besignanum, opp. Italiae Infer. in Bruttiis; h. *Besignano*.

Besippo, Baesippo, Hispaniae Baet. opp. maritimum. Ruinas urbis apparere putant h. ad *Trafalgar*, atque ab Hispanis *Aguas de Mecca* vocari.

Besontium v. Vesontio.

Bessi, Bessica Gens, populus ferus et rapax Thraciae boreales, Haemum incolens, cujus regio Bessica dicebatur.

Beterrae v. Baeterrae.

Bethania s. Bythonia Inferior, Beuthena Inferior, *Nieder-Beuthen an d. Oder in Schles.*; adj. Beuthenianus.

Betriacum v. Bedriacum.

Betsan, Beth-San, Beth-Sean, Baeson, postea Scythopolis, urbs Palaestinae in Samaria, in Decapoli maxima; a Gabinio Rom. munita est, nunc muris caret et dicitur *El Baisan*; incolae Scythopolitae; adj. Scythopolitanus.

Bettigus, Indiae intra Gangem montium jugum, quod per totam Indiae paeninsulam extenditur; fort. h. *Ghauts*, *Gates*, *Gattamgebirge*.

Betula, Baecula, Hispaniae Tarrac. opp. in Baeticae finibus; h. *Ubeda*.

Betulo v. Baetulo.

Beucinum, Buxonium, Bucephalēa, Bucephalia, *Bützow im Meklenb.*

Bezabde, Bizabde, Phoenica, municipium et urbs munitissima Mesopotamiae in Zabdicenorum regione, Tigri adjacens; quam Romani fortissime quidem, sed frustra contra Persas defenderunt; h. quibusdam *Dschesire*.

Biandīna, urbs Peloponnesi in Laconica ad Sin. Laconicum; h. nonnullis *Rampano*.

Bibracum v. Bragodunum.

Bibiscum v. Vibiscum.

Bibium, urbs Illyrici in Liburnia inter Seniam et Sisciam; h. aliis *Billigraz*, aliis *Carlsstadt*.

Biblīna, Thraciae regio vino nobilitata; adj. Biblinus.

Bibonium, Bibonum, civitas Germaniae ad Nicrum fluvium, Romanis socia, prope Decumatos agros; hod. *Bibelingen*.

Bibracte, Bibracte Julia, urbs Aeduorum in Gallia Lugdunensi. In ea Jul. Caesar hiberna egit; h. quibusdam *Beureet*.

Bibrax, acis, Brajum, Braviacum, opp. Remorum in Gallia Belg.; h. *Bray*, aliis *Bievre*.

Bicina, Bidiscum, Bidecum, Bichium, *Bitsch*, *Biche*, *im Oberrh. Kr.*

Bicurdium, Bicurgium,

urbs Germaniae in Hermionibus, quae Seculo VIII. iam evanuerat, in quo loco Erphesfurtum, Erfesfurtum, Erpesfurtum postea fuit; *Erfurt.*

Bidacum v. Badacum.

Bidgostia, Bromberga, *Bromberg im Preuss. Polen.*

Bidis, is, Bidos, urbs munita Siciliae, ad meridiem Syracusarum sita; h. *Giovanni di Bidini*; adj. Bidensis et Bidinus.

Bidiscum v. Bicina.

Bidossa v. Vidassus.

Bidruntum, Biduntum, Butruntum, Butunti; h. *Bitonto in Neap.*

Bielca, *Bielsk, im Russ. Polen.*

Bienna, Bipennis, Bipennium, Biella, Biellum, *Biel in Schweiz*; adj. Biennensis, Bipennensis.

Biescadius Mons, pars Carpetanum; h. *Bies-Scadi.*

Bigerra, urbs Hispaniae Tarrac. in Oretitianis, Romanorum socia, quam Carthaginensibus obsidione clausam Scipio liberavit; h. fort. *Pesopiera.*

Bilbilis, Augusta Bilbilis, urbs Celtiberorum in Hispania Tarrac. ad fluvium cognominem posita, municipium et Martialis patria. Cives ejus chalybis cudendi erant peritissimi. Ruinae ejus sunt prope *Calatayud*, ubi nunc *Bambola*; incolae Bilbilitani; adj. Bilbilitanus.

Bilbilis, Salo, Hispaniae Tarrac. fluv. in Celtiberis, qui Bilbilim praeterfluit atque Ibero jungitur; h. *Xalon.*

Bilbilis Nova, Calatajuba, *Calatayud.*

Bilecha, Bilicha, Mesopotamiae fluv. in Osroëne ortus, qui apud Nicephorium Euphrati miscetur; h. *Belek.*

Bilestinum, *Beilstein, Grafsch. Schl. im Westphäl. Kr.*

Bilitio, Bilitiona, Bilitionum, Castrum Bilitionis, Berinzona, Baltiona, Billizona, Lepontiorum in Rhaetia opp. ad Ticini in lacum Verbanum introitum; h. *Bellinzona, od. Bellenz.*

Billaeus, Billis, Bithyniae in Mariandynis fluvius. Oritur in Hypio monte atque in Pontum Euxinum emittitur.

Biminacium v. Viminacium.

Bingium, opp. Vangionum in Gallia Belg. ad Rhenum inter Mogontiam et Confluentes situm; h. *Bingen*; incolae Bingenses.

Biota Sardiniae portus; h. *Porto Bota.*

Bipontium, Bipontum, Geminus Pons, *Zweybrücken*; adj. Bipontinus.

Birgus, Barrgus, Barrojus, Hiberniae fluv.; h. *Borrow.*

Bisaltae, pop. Macedoniae, cujus regio et oppidum Bisaltia dicebatur; adj. Bisalticus.

Bisaltae, pop. Scyticus, sive a fluvio Bisalte, sive a Bisatte, Solis et Terrae filio, dictus.

Bisamnis, Liguriae fluvius, qui Apenninis ortus apud Genuam in in sinum effluit; h. *Bisagno.*

Bisanthe, serius Rhaedestus s. Rhaedestum, urbs Thraciae ad Propontidem, Samiorum colonia; h. *Rodosto od. Tejur-Taghi.*

Biscaja v. Cantabria.

Bisinianum v. Besidiae.

Bistŏnes, Bistonii, Thraciae populus inter Pangaeum et Rhodopen montes; quorum terra Bistonia dicitur; adj. Bistonius, Bistonis, idis.

Bistŏnis Lacus, Bistonum Stagnum, Bistoniae in Thracia lacus; h. quibusdam *Lagoi.*

Bisurgis v. Visurgis.

Bitaxa, Persiae in Aria opp.; h. *Badkis.*

Bithynia, Asiae Min. regio ad Pontum Euxinum et Propontidem et Bosporum Thracium sita et vicina Troadi, quae primum Bebrycia et Mygdonia, deinde a Bithyno rege Bithynia dicta est; h. nonnullis *Becsangial*; incolae Bithўni et Bithynii; adj. Bithynicus, Bithynius, Bithynus, Bithynis, idis.

Bithynis, idis, (Bathynis, Bathenis,) urbs Thraciae ad Propontidem.

Bithynium s. Bithynum, urbs Bithyniae inter Sangarium et Parthenium flumina; post Claudiopolis; Antinoi patria; h. *Castomena.*

Bituntum v. Bidruntum.

Bituricae, Bituriges v. Avaricum.

Bituricensis Ducatus s. Regio, Biturigum Provincia; *d.*

ehem. Herz. Berry, jetzt d. Dep. Cher u. Indre.

Bituriges, magnus Galliae Aquit. populus, qui dividebatur in Bituriges Cubos, quorum metropolis erat Avaricum; et in Bituriges Vibiscos s. Viviscos, quorum urbs primaria fuit Burdigala; adj. Bituricus.

Bizabde v. Bezabde.

Bizōne, urbs Moesiae Infer. Ponto Euxino adjacens. Mela et Plinio auctoribus terrae motu eversa est.

Bizya, Bizye, Byzia, Thraciae in Astica opp. et regum olim sedes; h. *Vyzia.*

Blabia, Blavetum, Portus Ludovici, *Port Louis (Port Libre) im nördl. Frankr.*

Blabira, Blubirae, Burrhonium, Blauburnium; *Blaubeuern im Würtemb.*

Blabius, Blavetus, *Fl. Blavet im nördl. Frankr.*

Blaesae, Blesae Blesum, Blesense Castrum, *Blois in Frankr.*, adj. Blesensis.

Blanda, Blandae, urbs Laletanorum in Hispania Tarrac. in agro Barcinonensi ad Larnum flumen. H. *Blanes.*

Blanda, Blandae, urbs Italiae Infer. in Lucania circa Laum fluv.; h. aliis *Maratea*, aliis *Lagoncyro.*

Blandeno, (Blandenona), urbs Galliae Cisalpinae prope Placentiam; h. vicus *Broni b. Voghera.*

Blandona, Blanona, opp. Illyrici in Liburnia; h. nonnullis *Zara Vecchia.*

Blandusiae, rectius Bandusiae, Fons, in Agri Sabini regione prope Anienem, in qua Horatii villa erat.

Blariăcum, opp. Galliae Belg. ad Sabim fluvium; h. *Blerick.*

Blascon v. Agatha.

Blauburnium v. Blabira.

Blemmina, Belemina, urbs Peloponnesi in Laconica ad Eurotam; adj. Belminaticus, Belbinites, Belbinatis.

Blemmyae, Blemyae, Blemyes, Blenae, Bleptae, monstrosi vel potius fabulosi populi Aethiopiae supra Aegyptum.

Blesae, Blesense Castru[m] v. Blaesae.

Bliterae v. Baeterrae.

Blubirae v. Blabira.

Blucium, Blubium, Luc[c]jum, urbs munita Galatiae in T[o]listobogis, Dejotari regia.

Boa, Boae, insula ad Dalm[a]tiam e regione Tragurii; h. *Bua.*

Boae v. Boea.

Boagrius, Graeciae fluv. Locris Epicnemidiis, qui Thronium urbem perfluebat atque in Mali[acum] sinum emanabat. Ibidem ur[bs] ejusdem nominis sita erat. H. *T[...] remotto* eum appellant.

Bobianum, Bojanum v. B[o]vianum.

Bobium v. Sarsina.

Bocca ad Lupiam, *Böcke Sc[hloss] im Westph. Kr.*

Bochanium v. Buccinium.

Bodami Castrum, Bodiu[m], Bodungo, *Bodmen, Bodman, al[tes] Schloss am Bodensee.*

Bodamicus Lacus v. Lac[us] Brigantinus.

Bodincomăgus, Bodincom[a]gum, Bondincomum, ser[ius] Industria; Casale, Casaliu[m], urbs Galliae Cispad. in Liguria [ad] Padum; h. *Casale.*

Bodincus, Bodingus v. P[a]dus.

Bodobriga, Bodobricum [v.] Baudobrica.

Bodotria, Boderia, Oce[ani] Britannici aestuarium inter Brita[n]niam Romanam et Barbaram; *Fyrth of Forth.*

Boea, Boae, Bojae, urbs P[e]loponnesi in Laconica ad Sinu[m] Laconicum; h. quibusdam *Vatka*; [...] ves Boeātae.

Boebēis Lacus, Boebias L[a]cus, in Thessalia prope Ossa[m] montem; h. *Bio*; adj. Boebēius.

Boeotia, Graeciae Propr. pa[rs] orientalis. Fines habuit Euripu[m], Locridem, Phocidem, Sinum Cori[n]thiacum, Megaridem et Attica[m]. Nominis origo varie traditur; [a] bove, Cadmi duce in itinere, mu[lti] derivant. Antiquiora nomina o[c]currunt Aonia, Mesapia, Ogygia [et] Cadmeis. Cadmus Thebarum co[n]ditor satis notus. Regionis situ[m] inprimis praedicant ob tria mar[ia]

...ibus adjacet. Cornel. Nep. refert ...incolis, plus illis inesse virium, ... ingenii; h. *Stramnlipa*; inco... Boeoti; adj. Boeotius, Boeoticus et Boeotus, poet.

Boja v. Gergovia Bojorum.

Bojohemum, Bojemum, Bojaemum, Bojohaemum, Bojo..., Bohemia, Boëmia, *K. Böhm*; incolae Bojohaemi, Bohemi, Boëmi; adj. Bohemicus, Boë...

Boji, Galliae Celticae populus, ... multas regiones permigrans in ... terris consedit; 1) in Gallia Lugdunensi ad Aquitaniae fines, ... Gergoviam urbem incolebat; fe... h. *Beaujolois*; 2) in Gallia ... inter Lingones, Bononiam, ... fluv. et Apenninum habi..., qui Bojorum in Gallia Lug... pars erat; 3) in Germania ...a, a Bojis in Gallia Celt. or... qui in ea regione consedit, ... ab ipsis Bojohemi nomen tra...; 4) in Vindelicia, cum a Mar...is in Bojohemo victus sedi... pulsus esset, inter Danubi... largum et Norici fines sedes ..., Bajodurum condebat, ex ... regio Bojoariae nomen ca...

Bojoaria, Bojaria, Bajoa..., Bavaria, *K. Baiern in Deutschl.* ... Bavaricus.

Bojohinum, Boviasmum, ...bienum, Marobodum, Mar...mannorum in Bojohaemo oppidum; *Prag*; v. etiam Marobodum.

Bojodurum, Bojorum Traje..., Boj. Castrum, Civitas ...na, urbs Norici Ripensis ad ... Danubii confluentes, a Ba... Castris Aeno disjuncta; h. *...stadt b. Passau*.

Bojorum Ager, Burbonen...sis Regio, Borbonensis Pro...vincia, *ehem. Prov. le Bourbonois*, ... *d. Dep. Allier*.

Bojus Ager, Longobardia, ...bardia, *d. Lombardei in Ober-...*

...ejum, Graeciae opp. in Dori... vetere s. Doriensium regione; h. ...

...la, Bolae, Bolanorum ...idum, Volae, Aequorum ... in Latio; h. *Vola*; cives Bolani, Volani; adj. Bolanus, Volanus.

Bolagasus v. Volgesia.

Bolbitēne, urbs Aegypti in Delta ad Bolbitinum Ostium, quod ab ea nomen traxit; h. *Rosette od. Raschid*.

Bolbitinum s. Bolbiticum Ostium, Bolbiticus sc. alveus, secundum Nili ostium in Delta inter Canopicum et Sebenniticum Ostium.

Bolerium v. Belerium.

Boleum, Bolaeum, Bovillum, *Boglio*, *Bouil in Piem*; adj. Boleanus, Boliensis.

Bolonia v. Bononia.

Bolzanum v. Bauxanum.

Bomium, urbs Britanniae Rom. in Ordovicibus.

Bonae Fortunae Insula, Indiae extra Gangem ins. in Sinu Gangetico; h. fort. *Gross-Andaman*.

Bondiocomum v. Bodincomagus.

Bonna, Castra Bonnesia, Arx Ubiorum, Bonna ad Rhenum, Galliae Belgicae castellum; h. *Bonn*.

Bononia, Bononiense Oppidum, Bononia in Francia, Bononia cogn. Oceani, Morinorum Portus Britannious, Bolonia; h. *Boulogne*; v. etiam *Gesoriacum*.

Bononia, Bononiensis Colonia, Bononia Pinguis, urbs Bojorum in Gallia Cispad. Colonia eo deducta est a V. DLXIII. Manlio Vulsone et Fulvio Nobiliore Css. Dicta etiam est Felsina, sec. Plinium. Quodsi eadem urbs est, a. V. DLVI. antiquum adhuc nomen habuit et Bononia intra ann. DLVI et DLXIII nominata est, vel a Romanis vel a Gallis. Auxit eam Augustus sub belli Actiaci initium novis coloniis. Sita erat non procul a Mutina. H. *Bologna*; adj. Bononiensis, e.

Bononiense Territorium, Bononiensis Ager, *d. Päpstl. Deleg. Bologna*.

Bononiensis Amnis v. Rhenus.

Borbetomăgus, Borbitomagus Borgetomagus, Brotomagus, Augusta Vangiŏnum, Civitas Vangionum

Garmatia, Gormetia, Vangio, Vangionum Vormatia, Wormatia, opp. Vangionum in Gallia Belg., Rheno adjacens; h. *Worms.*

Borbonium Anselmium v. Gergovia Boj.

Borbonium Arcimbaldi v. Aquae Bormonis.

Boreale, Arctoum, Septemtrionale Mare, Septemtrionalis Oceanus, *das Nordmeer, d. Nordocean.*

Boreas, Boreon, mons Peloponnesi in Arcadia, in quo Eurotas fontes habet.

Borēon s. Borion Promontorium, in Cyrenaica inter Briorum Littus et Syrtim Magnam; h. *Cabo di Teiones.*

Borēum Promontorium, in Hibernia; h. *Nord-Cap.*

Boringia s. Boringis, Maris Baltici insula cum urbe cognomine; h. *Bornholm.*

Bormianae Thermae, in Valle Tellina prope Bormium; *d. Wormser Bad.*

Bormium, *Bormi, Worms, im Lomb. Venet. K.*; adj. Bormiensis.

Borsippa, Borsippenorum Urbs, Borsippus, Barsita, Byrsia, urbs Asiae Maj. in Babylonia ad Euphratem; h. *Semavat.*

Borussia, Prussia, *d. K. Preussen;* Borussi, Prussi *d. Einw.* Borussicus *u.* Prussicus adj.

Borysthĕnes, serius Danapris, Sarmatiae Europaeae fluv., qui in Neuris ortus et cum Hypani conjunctus lacum (h. *Liman*) ingreditur atque in Pontum Euxinum effunditur. H. nota sunt ejus ostia prope *Oczakow;* n. *Dniper* vocatur; adj. Borysthenius (poet.).

Borysthenĭdae, Borysthenitae, Olbiopolitae, populus Sarmatiae Europ. ad Borysthenis ostia habitans.

Borythĕnis, idis, urbs Sarmatiae Europ., ubi Borystheni Hypanis admiscetur, propius tamen ad Hypanim jacebat. A Milesiis condita fertur, unde Miletopolis dicta est. Nomen Olbia antiquius faciunt. H. quaerunt, ubi urbes *Oczakow* et *Kinburn* conspiciuntur et quidam eam *Kudak* appellant.

Bosnia, Bosna, Bosin… *Türk. Prov. Bosnien*; Bosni, *d.* …

Bostra, orum, Bostra, Colonia Postra, in S. L… zra, Bazra, Bosor, opp. … biae Petraeae, olim Edomit… metropolis; h. *Bosra, Bosseret,* … *seret;* adj. Bostrēnus, Bostraeu…

Bosporani, Bospori Cim… accolae, qui partim erant Bo… Asiatici, quorum caput erat … nagoria; partim Bospor. Euro… cum urbe primaria Panticapae…

Bospŏrus, urbs Chersonesi … ricae ad oram Bospori Cimme…

Bospŏrus, Bosporus C… merius, Fretum Bospora… in Sarmatia Europaea fretum … Chersonesum Tauricam et Sind… quo Palus Maeotis Ponto E… jungitur; h. *Il Stretto di* … *Meerenge v. Caffa od. Feodosi…*

Bospŏrus Thracius s. … porus Mysius, fretum … Asiam Minorem et Thraciam, … Propontidem et Pontum Eu… committit; h. *Il Stretto di Co… tinopoli.*

Botrys, Botrus, urbs … in Phoenice. Ab Ithobulo, T… rum rege, condita fertur et … tur h. esse *Patrone od. Batro…*

Bovianum, Bobianum, … janum, urbs Italiae in Samni… Pentris ad Apenninorum radic… prope fontes Tiferni; h. *Bo…* adj. Bovianius.

Boviasmum v. Bojobinum…

Bovillae, Bobellae, urb… tii ad viam Appiam, prope A… num Lacum; ad quam Milo int… Clodium; h. *Marino;* adj. Bov…

Bovillae, opp. Latii non… cul ab Arpino; h. *Bauca;* adj… villanus.

Braboniăcum, *Brough… England.*

Bracara, Augusta Brac… Augusta Bracarum, Brac… augusta, Colonia Brac… Augusta, Brachara, Brac… ra, urbs Hispaniae Tarrac. in … laicis Bracariis s. Bracaribus; *Praga in Portugal.*

Brachmanae, Brachma… um, Brachmani (Magi), … Indiae intra Gangem in Em… montibus.

Bradanus, Italiae Infer. fluvius. [illegible] in Apenninis, Lucaniam a [illegible]ia divit atque inter Genusium [illegible]etapontum in Sinum Tarenti[illegible] infertur; h. *Bradano*.

[illegible]ragantia, Brigantia, *Bra*[illegible] *Port.*; adj. Brigantinus.

[illegible]godunum, Bibracum, [illegible]acum, urbs Vindeliciae; h. [illegible]; aliis *Pfullendorf*.

[illegible]godunum, Bragodurum, [illegible] castrum; h. nonnullis: *Alt*[illegible]

[illegible]um v. Bibrax.

[illegible]ammenium, Bremenium, [illegible]orum in Britannia Rom. [illegible] *Bramton*.

[illegible]esia, Brannesia, Urbs [illegible] Urbs Vetus Holsatiae, [illegible]rg *in Holstein*.

[illegible]angonia, Branogenium, [illegible]nium, Vigornia, urbs [illegible]orum in Britannia Rom. ad [illegible] fluv.; h. *Worchester*; adj. [illegible]iensis.

[illegible]anodunum, urbs Icenorum [illegible]nnia Rom. prope Metaris [illegible]um; h. *Brancastre*.

[illegible]ia, Brasiae, urbs Pelo[illegible] in Eleutherolaconibus; h. [illegible] *Rheontes*.

[illegible]assovia, Corona, Stepha[illegible]olis, *Brassow od. Cronstadt in* [illegible].

[illegible]atuspantium, Bellovacorum [illegible] Belg. opp.; h. fort. vicus [illegible]

[illegible]rauron, rarius Brauronia, Graeciae in Attica. Nomen [illegible] Braurone heroe; alii Σῆμον [illegible] vocant, alii in XII urbibus [illegible]erant. Situm statuunt in[illegible]um et Marathonem. Incla[illegible]ulacro Dianae, quod a Tau[illegible]giens Iphigenia ibi reposuit, [illegible] Pausania, idemque refert, post [illegible] id fuisse avectum. H. *Ura*[illegible] *Uranna*.

[illegible]aviacum v. Bibrax.

[illegible]avum, Burgi, Murbogorum [illegible]spania Tarrac. opp.; h. *Burgos*.

[illegible]ecech a v. Brisacum.

[illegible]ecislaburgum v. Posonium.

[illegible]ega, Briga, Altae Ripae, [illegible] *d. Oder. in Schles.*

[illegible]genses Thermae, *Brieg* [illegible] *Schweiz m. warm. Quellen.*

[illegible]egentium v. Brigantium.

Bregetio, Braegetium, Bregitio, Bergentio, urbs Araviscorum in Pannonia Infer. ad Danubium e regione Celemantiae; h. nonnullis vicus *Szöny b. Comorn.*

Bremenium v. Brammenium.

Bremetonācum, Bremeturācum, urbs Brigantum in Britannia Rom.

Brenda v. Brundusium.

Brenni v. Breuni.

Brennoburgum, Brandeburgium, Brandeburgum, *Stadt u. Land Brandenb.*

Brennus Mons, Rhaeticus sc. Mons, Alpes Pyrenaeae, Mons Pyriceus, Rhaetiae montes in Breunis s. Breucis; h. d. *Brenner in Tyrol.*

Brenta v. Brivenes.

Brentesia v. Medoacus Major.

Breones s. Briones v. Breuni.

Brestia, Brestum, *Brest im nördl. Frankr.*

Breuci, Pannoniae Infer. pop. Savum accolens.

Breucomăgum, Brocomagus, opp. Triboccorum in Gallia Belg. non longe ab Argentina; h. *Brumat, Brumpt.*

Breuni, Breuci, Brenni, Breones, Briones, pop. Rhaetiae prope Brennum Montem et Brennae Vallem; fere ubi h. *d. Thal Bregna.*

Breunia Vallis, *Thal Bollenza od. Bolenzer Thal in d. Schweiz.*

Breuthe, urbs Peloponnesi in Arcadia; h. *Karithene.*

Breviodurum, Audemari Pons, urbs Galliae Lugdun. in Lexoviis; h. *Pont-Audemer.*

Brexia, Brexiana Urbs, Brixia, Galliae Transp. colonia et municipium in Cenomannis; h. *Brescia*; incolae Brixiani Galli; adj. Brixianus et Brixiensis.

Brexillum, Brexillus v. Brixillum.

Bridobŏrum, Brivodūrum, Bribodurum, Briaria, urbs Senonum in Gallia Lugdun. ad Ligerim; h. *Briare.*

Brigaecium, Brigaecum, Brigecum, urbs Brigaecinorum in Hispania Tarrac., h. fort. *Benavente.*

Brigantes, pop. Britanniae Rom. maximus, inde ab Itunae Aestuario usque ad Abi Aestuarium sedens.

Brigantes, Hiberniae pop., ubi h. *Prov. Leinster.*

Brigantinus Lacus v. Lac. Brigantinus.

Brigantium, Brigantia, Bregentium, Bregentia, urbs Vindeliciae ad orientalem Brigantini Lacus ripam et Brigantiae in hunc lacum ostium; h. *Bregenz;* cives Brigantii; adj. Brigantinus.

Brigantia v. Bragantia.

Brigantii, Brixantii, pop. Vindeliciae, ad orientalem Brigantini Lacus ripam habitans.

Brigantium, sc. in Alpibus, Brigantia, Virgantia, urbs Caturigum in Gallia Narbon. ad Cottiarum Alpium radices; *Briançon;* adj. Brigantinus.

Brigantium, Flavium Brigantium, Brigantinus Portus, Coronium, Artabrorum vel Lucensium in Hispania Terrac. opp. maritimum; h. *Corunna.*

Brigecum v. Brigaecum.

Brisăcum, Brisiăcum, Brisacus Mons, Brecech a, *Breisach, Alt-Breisach in Baden.;* adj. Brisiacensis.

Brisgoia, Brisgovia, Brisgavia, Brisigavia, *das Breisgau zu Bad. gehörig;* Brisigavi *d. Einw.;* adj. Brisgoviensis.

Britanni, Brittŏnes, Britones, Bretani, Brettani, incolae Britanniae insulae s. Britanniae Magnae; h. *Engländer u. Schottländer.*

Britannia, in monumentis etiam Brittania, Britannia Magna, insula Oceani Septentrionalis, omnium, quae Europae adjacent, maxima. Nominis causa incerta est. Quidam a Britŏne, rege Britanniae, dictam volunt, cum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam navigantibus primum conspicerentur. Alii nomen deducunt a *B*rit i. e. coloratum, et tania i. e. regio, quasi pictorum fucatorumque hominum regio. Caesar interiorem partem ab iis incoli dicit, quos in ipsa insula natos memoriae proditum sit; maritimam ab iis, qui praedae causa ex Belgis transierint. Ita Britannos et Gallos ejusdem originis esse putant. Terra ante Caesarem incognita fuit; insulam tamen esse cogn... Phoenices eam adiisse ob st... commercium nonnulli existim... Quod post I. Caesarem ab Aug... tentatum fuit, Claudius vere p... cit, Britanniae gentes domuit, ...ges cepit, partem ejus subegit ...que in provinciae formam red... h. *England u. Schottland od. Gr...britannien.*

Britannia Barbara, Cale...nia, pars borealis Albionis insu... h, fere *Schottland;* adj. Caledon...

Britannia Minor v. Are...rica.

Britannia Romana, Brit...nia Propria, Britannia M...jor, a Romanis subacta, vallis ...nimentisque a Barbara disju... Britannia; maximam partem *England.*

Britannia Secunda s. A...stralis Cambria, Camb... Britannia, Vallia; h. *d. F... Wallis.*

Britannodunum, Cast... Britonum, *Dumbriton od. Dum...ton in Schottland.*

Brittones, Britones v. B...tanni.

Briūla, Priulla, urbs A... Min. in Lydia; cives Briulitae.

Brivaſsarae, Oesiae s. Oe...ensis Pons, Pontisara, *Pont... in Frankr.*

Brivātes, Brivas, Gesob...vate, Osismiorum in Gallia Ce...ca portus; h. nonnullis *Brivain... Bretagne.*

Brivenes, is, Brenta, *Br... im Würtemb.*

Brivodurum v. Bridoborum...

Brixantae, Brixentes, Rh...tiae pop. prope Atagin fluv., ci... Brexiam.

Brixantii v. Brigantii.

Brixellum, Brexillum, Br...xillus, Anamanorum vel Bojor... opp. in Gallia Cispad. ad Padu... h. *Bersello, Bresello.*

Brixia, Brixiana Urbs ... Brexia.

Brixia, Brixina, Brixinu... *Brixen in Tirol;* adj. Brixiensis.

Brotomagus v. Borbetomag...

Bructĕri, pop. potens et fe... Germaniae in utraque Amisiae r... habitans; fere ubi h. *Münster*

...münster*. Erant vel Majores, in... Visurgim et Amisiam, vel Mi...ores, inter Amisiam et Isalam.

Bructĕrus Mons v. Melibocus.

Bruga, Pons Arulae, *Brugg. d. Brück in d. Schweiz.*

Brugae, *Brügge*, *Bruges in d. Niederlanden*; adj. Brugensis.

Brundisia, Brundusia, ...*undrut*, *od. Porentruy in der Schweiz.*

Brundusium, Brundisium, Brundisina Colonia, poet. ...enda, Italiae Infer. in Calabria ...bs maritima. Nomen derivant vel ...Brento, Herculis filio, vel a for... capitis cervini (βρέντιον Messa...is est caput cervinum), quam por... referat. A Cretensibus duce ...eseo occupatam, quibus post ...n Iapyge Siculi accesserint, nar... Strabo. Contra Justinus Aeto... Diomede duce, conditores pro...cit. Portus habuit commodos, ...o aditu clausos. Trajectus inde ...t in Graeciam, longior quidem, ...m ab Hydrunte, at certior. Co...niam Romanorum Torquato et ...mpronio Coss. *a.* V. c. DIX de...ctam volunt. Ibi Virgilius diem ...it. Portus hodie obductus est. *Brindisi*; cives Brundisini; adj. ...undusinus, Brundisinus et Brun...sianus.

Bruttii, populus extremam ...aeciae Magnae paeninsulam, in... Siciliam et Sinum Tarentinum, ...olens, quem Romani in Cismon...nos Bruttios versus occidentem ...penninorum; et Transmontanos in ...ente Apenninorum, dividebant.

Bruttium Prom. v. Leuco...tra Prom.

Bruttius Ager, Brutiorum ...egio, Bruttium, Brutia, Ita...e Infer. regio, maribus et Lao ...barique fluviis terminata; h. *Ca...bria Citra et Oltra*; adj. Bruttia...us et Bruttius.

Bruxellae, Bruxella, Bru...telae, *Brüssel*, *Bruxelles in den Niederl.*; adj. Bruxellensis.

Bubalia, Budalia, Vedulia, ...p. Pannoniae Infer. ad Savum, ...ii Imper. natalibus clarum.

Bubastis, is, Bubaste, Bu...stus, urbs Aegypti Infer. in ...ubastite Nomo prope Nili alveum, qui a Pelusio in austrum tendit, templo Dianae Bubastis nobilis. H. *Basta*; aliis *Benalhassar*.

Bubienum v. Bojobinum.

Buca, opp. Italiae Infer. in Frentanis; h. *Termoli*, aliis *Marozzo*.

Bucephăla, Bucephalus, urbs Indiae intra Gangem ad Hydaspem in Pori regno, ab Alexandro in memoriam equi, in praelio contra Porum interfecti, condita; h. aliis *Lahor*, aliis *Multan*.

Bucephalea v. Beucinum.

Bucephălos, Bucephala, Bucephalum Promontorium, Peloponnesi in Argolide prom.

Buces, Buges, Sarmatiae Europ. fluvius, qui Maeotida Paludem ingreditur; h. *Gniolé-more*.

Buchonia v. Bacenis Silva.

Buda, Sicambria, *Ofen, in Ungarn*.

Buda Vetus v. Acincum.

Budissa, Budissina, *Büdissin*, *Bautzen in der Lausitz*; adj. Budissinensis.

Budorgis, Budorĭgum, urbs Lygiorum in Germania; h. *Lascowitz*.

Budŏris, Germaniae in Tenchteris opp. ad Rhenum; h. vicus *Portz*.

Budruntum, Butuntum v. Bidruntum.

Buges fl. v. Buces.

Bulgares, Bulgari, pop. Moesiae Infer. a Scythis ortus.

Bulgaria, Vulgaria, *d. Bulgarei, Bulgarien*; *Prov. in d. Europ. Türkei*; conf. Moesia Infer.; adj. Bulgaricus.

Bulis, idis, urbs Graeciae in Phocide ad Sinum Corinthiacum sita, ubi templa erant Bacchi et Dianae; incolae Bulenses.

Bulla, Bulla Regia, Bullaria, urbs Africae in Numidia Massylorum; h. fort. *Bejie*; incolae Bullenses.

Bullaeum, opp. Silurum in Britannia Rom.; h. *Buallt*.

Bulliones, Byllíones, Bullini, populus in ora Illyridis Graecae circa Bullidem sedens.

Bullis, is, Bullis, idis, Byllis, Bullidensis Colonia, urbs Illyrici maritima ad Aoum fl.; cives Bul-

denses, Bullidenses et Byllidenses; adj. Bullinus.

Bullonium, Bullionium, Bullio, *Bouillon im Luxemb.*; adj. Bulloniensis.

Bumadus, Bumellus, Bumēlus, Assyriae fluv. in Armenia Majore ortus, qui Lyco jungitur; h. *Hazir.*

Bura, Buris, is, vicus Achajae una cum Helice terrae motu eversus, sed instauratus templisque Aphrodites et Iridis ornatus est.

Burbo Arcimbaldi v. Aquae Bormonis.

Burbonium Ancelli s. Anselii v. Gergovia.

Burchania, Burchāna, Burchanis, Fabaria, insula Germaniae Infer. ad ostium Amisii, quam Drusus expugnavit; h. *Borkum.*

Burdegăla, Burdigala, Civitas Biturigum Vibiscorum, urbs Galliae Aquit. in Biturigibus Vibiscis ad Garumnam, commerciis idonea atque opulenta, nec non generoso vino abundans et litterarum studiis florens. H. *Bordeaux*; incolae Burdegalenses; adj. Burdegalensis, Burdigalensis et Burdegalus.

Burgundia, *Burgogne od. Burgund, gr. Landsch. in Frankr.*; adj. Burgundicus.

Burgundiŏnes, Burgundi, pop. Germaniae septentrionalis ad utramque Viadri ripam habitans, Vindelorum pars, qui Galliam invasit, ejusque orientalem partem occupavit.

Burrhonium v. Blabira.

Busiris, is, Isea, Isopolis, Isidis Oppidum, Aegypti Infer. in Delta opp. In eo Busiris rex, hospites suos immolans et ab Hercule interfectus, sedem habuit, templo magnifico ornatum fuit, atque a Diocletiano deletum est. H. *Abusir, Busir Bana.* Praeterea urbes quatuor cognomines in Aegypto fuerunt; adj. Busiriticus.

Buthrŏtum, Buthrotus, urbs Epiri in Thesprotia. Nomen a conditore datum, vel ab Heleno, quod ibi bos in sacrificio percussus, cum aufugisset, cecidit et periit. Sita fuit in loco paeninsulae simili. Postero tempore facta est colonia Romanorum. Erat ibi Hect… monumentum. H. *Butrinto*; … Buthrotii.

Butrium Umbrorum, … maritima Galliae Cispad. supra … vennam; h. *Butrio.*

Butus, Butos, Buto, … primaria Nomi Phthenotae in … gypto Infer. ad Lacum Butic… cum Apollinis, Dianae et Lat… templis, quae ibi oraculum … buit celebre; h. *Kom-Kasir,* … *El-Bueib.*

Buxentum, Graecis … xus, untis, urbs Italiae Infer. … Lucania ad Etruscum Mare. Nom… accepisse tradunt a byxo arbo… quae copiosa ibi proveniebat. C… loniam eo deduxerat Micyth… Messanae in Sicilia princeps, olym… LXXVII, 2. Post Romanorum c… lonia fuit a V. c. DLVIII. Pro… Veliam ponit Ptolemaeus, iux… Palinurum Strabo. H. putatur *Po… castro,* ubi veteris urbis vestigia v… dentur.

Buxonium, Busovium … Beucinum.

Byblos, Byblus, quod nome… posteriores Biblus scribunt, in … L. Gebal. Antiquissima fuit Pho… nicum urbs, adeoque a Saturno co… dita esse putabatur, inter Sidona … Theuprosopon in loco edito pro… mare sita atque olim Cinyrae r… gia. Inclaruit Adonidis atque Asta… tes cultu. In hodierno nomine v… riant; Franci eam *Gibele*, incol… *Esbele* vocant. Cives Byblii.

Bycus v. Hypanis.

Byllionesv. Bulliones.

Byllis v. Bullis.

Byrsa, Byrza, Botra, a… Carthaginis.

Bythonia Inferior v. Beth… nia.

Bythonia Superior v. Be… thena Sup.

Byzacium, Byzacena Pr… vincia, pars Africae Propria… Syrti Minore, Zeugitana, Numid… et Libya Palude terminata. E… feracissima, ita ut agri centupli… ferrent fructus. H. pars borea… terrae *Tunis*; incolae Byzacii … Byzaceni; adj. Byzacenus et Byz… cius.

Byzacia, Byzacina, urbs Byzacii interioris prope Uzeciam, quae regioni nomen dedit; h. fort. *Beghni*; adj. Byzaciensis.

Byzantium, urbs Thraciae ad Bosporum, antea Lygos dicta, post Byzantium a Byza conditore. Conditores praeterea fuerunt Athenienses, Megarenses, Milesii, Spartani, qui sine dubio diversis temporibus colonos eo miserunt. Sub Severo et Antonino dicta est Antonia, sub Constantino Magno Anthusa, sed deinde Constantinopolis nomine inclaruit, ita ut Nova Roma diceretur. De situ, natura, commoditate plura habet Polybius. H. ab Arabibus *Constanthinah*, a Turcis *Istambol*, a Graecis πόλις, alias vulgo *Constantinopel* vocatur. Civis Byzantinus et Constantinopolites; adj. Byzantinus, Byzantius, Bizantiacus (poet.) et Constantinopolitanus.

Byzantius Ager i. q. Romania, *Rumelien*.

Byzia v. Bizya.

Byzia, fluv. Thraciae prope urbem cognominem.

C.

Cabalăca, Chabäla, Asiae in Albania opp. ad Caucasi radices et Caspio Mari propinquum; h. *Cab-[illegible]*.

Cabaliacensis Ducatus, Caballicus s. Cabellicus Ager, h. *Chablais in Savoyen*.

Caballīnum, Cabillonum, Caballodunum, Cabellio, Cabillio, Cabyllinum, opp. Aeduorum in Gallia Lugdun. ad Ararim, ubi rei frumentariae commercique causa saepe Romani negotiabantur; nec non Impp. Rom. naves in eo flumine habebant; incolae Cabillones; adj. Cabillonensis; *Chalon sur Saone*, ubi amphitheatri Romani rudera conspiciuntur.

Caballio, Cabellio, Civitas Cabellicorum, urbs Cavarum in Gallia Narbon. ad Druentiam fl.; h. *Cavaillon*.

Cabar-Susis, urbs Africae Propr. in Byzacio; h. fort. *Susa*.

Cabīra, orum, urbs Africae Min. in Ponto Cappad., ad Halyn fluv. in Armeniae Min. finibus. Mithridatis erat regia, qui apud eam a Lucullo victus est. Eadem primas aquarias molas habuit. Hanc urbem amplificavit Pompejus atque Diopolin vocavit; succedente tempore eam Pythodoris, Ponti regina, magis ornavit et Sebaste Armeniae Minoris, dici coepta est; h. *Si-was*.

Cabīrus, mons Phrygiae Epicteti, Idae ramus, ut videtur, cujus accolae Cabiri appellantur.

Cabyle v. Calybe.

Cabyllinum v. Caballinum.

Cacus v. Caunus.

Cacy̆rum, urbs Siciliae, non multum a Syracusis distans; h. *Cassaro*; cives Cacyrini.

Cadi, opp. Phrygiae Epicteti in Lydiae et Mysiae finibus; h. fort. *Kedous*; incolae Cadueni.

Cadmēa sc. Arx, Thebarum in Boeotia arx urbi vicina et heroum Thebanorum sepulturae locus; adj. Cadmēius, Cadmēus, Cadmeis, idis, poet.

Cadmus, mons Phrygiae Majoris in Cariae finibus, in quo Lycus fontes habet.

Cadōmum, Cadomus, Cadetum; *Caën im westl. Frankr.*

Cadurci, cognom. Eleutheri, pars Cadurcorum in Gallia Aquit., quorum urbs princeps Albiga fuit.

Cadurci, pop. Galliae Aquit., in utraque Oldi flum. ripa, cum metropoli Divona.

Cadurcorum Regio, Cadurca Terra, Cadurcensis Ager s. Tractus; *d. chem. Prov. Quercy*, h. *Dep. Lot.*

Cadurcum v. Divona.

Caecilia Castra v. Castra Caecilia.

Caecīna, Italiae in Etruria opp. inter Volsiniensem Lacum et Arnum fluvium.

Caecŭbum, Caecubus Ager, regio Latii Novi prope Fundos et Campaniae fines, inter Tarracinam et Cajetam, vinetis generosissimi vini feracibus abundans, a Caecu-

bo, propinqua urbe, nominatus; h. prope *Gaëta;* adj. Caecubus.

Caelius, Caelius Mons, urbs Vindeliciae inter Guntiam et Campodunum; h. aliis *Kellmünz*, aliis *Türkheim;* adj. Caelimontanus.

Caene, Caenopolis v. Taenarium.

Caenīna, Caeninensium Oppidum, Italiae Propr. in Sabinis urbs in monte posita; h. *St. Angelo*, al. *Monticelli;* incolae Caeninenses; adj. Caeninus.

Caenomāni, Cenomani, Cenomanni, Galliae Transpad. populus, Cenomanorum in Gallia Lugd. colonia, qui DC. a. C. n. an. circa Sebinum Lacum, Cremonam et Mantuam consederunt.

Caepiana v. Cepiana.

Caepionis Monumentum s. Turris (πύργος sec. Strabonem), insula Hispan. Caet. in sinistra Caetis ripa, ubi in mare exit. Hic est ille Q. Servil. Caepio, qui de Lusitanis, Viriatho duce, rebellantibus, triumphavit atque illud monumentum ad inhibendam Lusitanorum piraticam exstruxisse videtur. H. ibi urbs est *Chipiona.*

Caere, n. indecl., et Caeres, ītis et ētis, f. Caeritum Municipium, Italiae in Etruria urbs splendida, Mecentii regia, prope quam balnea erant nobilia, dicta Caeretana s. Caeretanae Aquae. Haec quondam a Pelasgis condita atque Agylla nominata est, et post ab Etruscis, eam incolentibus, Caere. Eadem etiam Sacrarium Populi Romani vocata est, quod res divinae Romanorum ibi asservabantur. Quoniam ejus incolae jure civitatis quidem ornati erant, suffragii vero jure in comitiis carebant, in tabulas Caerites referri dicebantur, quos Censores notae causa suffragiis privabant. Hinc factum est, ut, cum aliquem ignominia dignum significare vellent, Caerite cera eum dignum esse dicerent. H. *Cervetere od. Cervetro;* incolae Caerētes et Cerītes; adj. Caeres, ētis, et Ceretanus.

Caeretanus, Caeretanus s. Caeritis Amnis, Etruriae fluvius, qui Caere oppidum alluit; h. *Eri.*

Caesaraugusta, Caesarea Augusta, Colonia Caesarea Augusta, prius Salduba, urb Hispaniae Tarrac. in Edetanis a Iberum fl. posita. Ante Augus tempora ignobilis fuisse videtu clarior postea facta est colonia c deducta. H. *Saragossa;* adj. Caesar augustanus.

Caesarēa, ins. ad oram Gallia Celticae in Mari Britannico; h *Jersey.*

Caesarēa ad Argaeum v Mazaca.

Caesarēa Armeniae v. Neo caesarea.

Caesarēa Cappadociae v Mazaca.

Caesarēa, Colonia Caesarea, urbs Mauretaniae Caesariensi cum portu et insula ante portum prius Iol dicta, sed a Juba, Ptolemaei patre, cujus erat regia, Caesarea vocata est in honorem Augusti, post a Claudio coloniae jure donata. In hodierno nomine discrepant; alii *Algier*, alii *Scr-Sil*, alii *Vacur* vocant.

Caesarea Lutra, Caesaro-Luthera, Caesaropolis, *Kaiserslautern*, *Lautern.*

Caesarēa, Caesarea Palaestinae, Caesarea Stratonis, Colonia Prima Flavia, Palaestinae in Judaea opp. cum portu idoneo non procul a Carmelo monte, antea Pyrgos s. Turris Stratonis dictum ab Herode M. amplificatum et belle aedificatum in honorem Augusti postea metropolis Palaestinae Primae et procuratoris sedes; nunc vicus *Caisar od. Kaisarieh;* incolae Caesarienses Coloni.

Caesarēa Panĕas, adis, Paneas, Caesarēa Philippi, urbs Palaestinae in Paneade ad radices Panii montis et Jordanis fontes. A Philippo, Herodis M. filio, in Tiberii honorem dicta est Caesare ab Agrippa in honorem Neron Neronias, ejusque ruinae h. voca tur *Canias od. Calinas;* civis Caes riensis Philippolita.

Caesarēa Pisidiae v. Anti chia ad Pisidiam.

Caesarēa, urbs Syriae ad E phratem.

Caesareopolis, *Kaisersmar od. Käsmark in Ungarn.*

Caesaris Burgum, Caesaroburgus, Caroburgum, Caroburgus, *Cherbourg im nordw. Frankr.*

Caesaris Insula, Caesaris Verda, Insula Rheni, *Kaiserswerth im Grossh. Niederrhein.*

Caesaris Tribunal s. Praetorium, Forum Tiberii, Tiberii Tribunal, urbs Helvetiae in Tigurino Pago; h. *Kaiserstuhl im Cant. Aargau.*

Caesaris Turris, Italiae Infer. in Apulia Peucetia prope Barium.

Caesarodūnum, Galliae Celt. in Turonibus opp. ad Ligerim, quod etiam postea Turonum, Turonium, Turoni, Metropolis, Civitas Turonum dictum est; h. *Tours*; adj. Turonensis, Turonicus.

Caesaromagus v. Bellovacum.

Caesaromăgus, Caromacus, urbs Trinobantum in Britannia Rom.; h. fort. *Chelmsford*, nonnullis *Curghstede.*

Caesaropolis v. Caesarea Lutra.

Caesarotium, Gisortium, *Gisors in Frankr.*

Caesēna, Caesaena, Curva Caesena, urbs Galliae Cispad. inter Sapim et Rubiconem fluvios, quam Senones condidisse feruntur; h. *Cesena*; cives Caesenātes; adj. Caesenatius.

Caesia Silva, Germaniae in Sicambris et Istaevonibus silva; h. *der Heserwald b. Wesel.*

Caetobrix, icis, Cetobrīga, Cetobrica, Catobriga, Setubalia, urbs Hispaniae Lusit. maritima prope Ulisipponem; h. *Setubal od. St. Ubes, Yves.*

Caicus, Caicus Teuthranteus, Caycus, Mysiae Maj. fluvius. Fontes habet in Temno monte prope Teuthraniam urbem, Pergamum praeterlabitur atque inter Elaeam et Pitanen decurrit atque in Sinum Elaeaticum effunditur. H. aliis *Girmasti*, aliis *Mandragorai.*

Caino, Chinonium, *Chinon in Frankr.*

Caji Marii Ager, Campus Marii, Camaria, *Ins. Camargue b. d. Rhone.*

Cairus Magna, Cairum, Caira, *Cairo, Gross-Cairo, Kahira, Alcair, in Aegypten*; adj. Cairensis.

Cajēta, Aeēta, opp. Italiae in Campania cum portu, quod a Cajete, nutrice Aeneae ibi sepultae, nomen traxisse fertur.

Calăbri, pop. Italiae Infer. inter Sinum Tarentinum et Mare Adriaticum. Regio Calabria dicta etiam Japygia ab Japype, Daedali filio, et Messapia, a Graecorum duce, Messapo, qui Anthedone ex Boeotia huc devenit et nomen huic terrae imposuit. Calabrorum nomine dicti quoque sunt Salentini s. Sallentini. H. ubi *Terra di Otranto*; Incola Calăber, abri; adj. Calaber, bra, brum, Calaber, bris, bre, Calabricus et Calabrinus.

Calacta, Calacte, Cale Acte, urbs Siciliae maritima post Halaesam; h. *S. Marco od. Caeronia*; incolae Calactini.

Calagorris, Galliae Narbon. opp. in Volcis Tectosagibus ad Garumnam; h. *Carzeres.*

Calagūris, Calagorina, Calaguris Nascica, Calaguris Julia, urbs Vasconum in Hispania Tarrac. ad Iberum; Quintiliani patria. Eadem, a Pompejo Sertoriano bello obsessa, maxima fame vexabatur. H. *Calahorra*; cives Calaguritani cogn. Nascici; adj. Calaguritanus.

Calagūris Fibularia, Calagurris Fibularensis, Loharra, urbs Ilergetum in Hispania Tarrac., quae fortasse a fibularum opificio nomen adepta est; h. *Loharre*; cives Calaguritani et Calaguritani Fibularenses.

Calăma, Colonia Calamensis, opp. Africae in Numidia Massylorum in Mauretaniae Caesar. finibus; h. *Calama in Algier*, aliis *Caalat el Wad*; adj. Calamensis.

Calămos, Phoenices opp. inter Tripolin et Byblum; h. vilis vicus *Kalemon.*

Calaris v. Caralis.

Calăta, Calacia, urbs Calatinorum in Siciliae ora septentrionali; h. *Galati.*

Calāta, Calata Hieronis, urbs Siciliae; h. *Calatagirone.*

Calātha, ins. Maris Siculi prope Gaulum. Scribitur et Galata-

Terram ejus scorpiones necare narrant; h. *Galita.*

Calatia, Calatiae, Italiae in Campania opp. ad Vulturnum fluv.; h. *Cajazzo;* incolae Calatini; adj. Calatinus.

Calaurĭa, Calaurēa, Irēne, Hyperēia, Possidonia et Anthedonia, ins. Maris Aegaei ante Troezenen Peloponnesi. Nomen a Calauro, Neptuni filio, petunt. Circuitum ejus XXX. stadiorum faciunt. Sacra olim fuit Latonae vel Apollini; accepitque post pro Delo Neptunus, cujus templum ibi tam sanctum erat, ut ne missi quidem ab Antipatro milites Demosthenem inde extrahere conarentur. H. aliis *Sidra,* aliis *Poro od. Poros.*

Calcua v. Caleva.

Cale, Calle, Portus Cale, Portus Calensis, Hispaniae Tarrac. urbs in Bracaris ad Durii ostium, in cuius agro mite et generosum nascebatur vinum; fere ubi h. *Oporto, Porto in Portugal.*

Cale, es, Cales, is, Cales, ium, Municipium Calenum, Calenum, urbs Campaniae, non multum a Casilino distans; h. *Calvi;* incolae Caleni; adj. Calenus.

Caledonia, Calidonia v. Britannia Barbara; adj. Caledonius.

Caledonii, Calidonii, Caledŏnes, Calidonii, Ducaledonii, gens primaria Britanniae Barbarae, quae vel a Germanis vel a Celtis originem trahebat, atque ad septentrionem Grampii montis sedebat.

Caledonius Oceanus, Caledonium Mare, Ducaledonius Sinus, Scoticum Mare, mare supra Britanniam Barb. et Hiberniam cum insulis adjacentibus; h. *d. Schottländ. od. Caledonische Meer.*

Cales, etis, Asiae Min. in Bithynia emporium, fluvii cognominis ostio adjacens.

Calĕtes, um, Caleti, Galleti, pop. Galliae Celt. et Belg. in utraque Sequanae ripa atque ejus ostio habitans; fere ubi h. *Caux u. Calvados.*

Calĕtum, Calesium, Caletanus Portus, *Calais in Frankr.;* adj. Caletanus et Caletensis.

Calēva, Calleva, Galleva, Calcua, urbs Atrebatiorum in Britannia Rom. ad Tamesin; h. *Wallingford.*

Calicadnus v. Calycadnus.

Calinda, Calymna, Calynda, urbs Cariae in Peraea Rhodiorum prope Caunum; h. *Lagule;* incolae Calindenses.

Calindici Montes, in Caria, urbi Calindae vicini.

Calisia, Calissium, Calissum v. Canisia.

Callaeci, Callaïci, melius quam Gallaeci, pop. Hispaniae Tarracon., qui dividebantur in Callaecos Bracarios et Callaecos Lucenses.

Callaecia, Callaica Regio, extrema Hispaniae Tarrac. versus occidentem regio, Durio flumine ab Hispania Lusit. disjuncta; h. *Gallizien;* adj. Callaecus et Callaicus.

Callătis, is et idis, urbs Moesiae Infer. ad Pontum Euxinum cum portu. Minus recte Calatis scribitur. Alii Heracleotarum, alii Megarensium coloniam faciunt, alii denique Milesiorum; h. *Caliaca;* cives Callatiani.

Calliăros, urbs Graeciae in Locris Epicnemidiis.

Callicolōne, Pulchra Colona, collis Troadis in Asia Min., Simoenti fluv. propinquus et XL stadiis ab Ilio remotus.

Callicula Mons, Campaniae interioris mons Falerno Agro et Casilino urbi vicinus, quem quidam h. *Cajanello* dicunt.

Callidrŏmos, montis Oetae pars ejusque summum fastigium ad Thermopylas, Locrorum Epicnemidiorum finis borealis; v. etiam Oeta et Thermopylae.

Callĭfae, Italiae Infer. in Hirpinis opp.; h. *Carife.*

Callinicum, Callinicopolis, urbs Asiae in Mesopotamia ad Euphratem prope Nicephorium, quam Seleucum Callinicum condidisse perhibent.

Calliŏpe, urbs Parthiae in Apavortene.

Callipolis, Callium, Aetoliae in Graecia oppidum.

Callipolis, urbs Italiae Infer. in Calabria ad Tarentinum Sinum, cum portu minus commodo; post

Axa dicta, quam Mela Grajam Urbem vocat; h. *Gallipoli.*

Callipolis v. Naxus.

Callipolis, opp. Chersonesi Thraciae, ubi Hellespontus et Propontis junguntur; h. *Gallipoli, Kelibeli.*

Callirrhŏë, es, Enneacrunos, fons Atticae ad Hymetti radices in oriente Athenarum.

Callirrhŏë, fontes medicae salubritatis Palaestinae in Peraea, quibus Herodes aegrotans usus est.

Calliste v. Thera.

Calmaria, *Calmar in Göthaland in Schw.*; adj. Calmariensis.

Calmontium, *Chaumont in Savoyen.*

Calmontium s. Calvimontium Bassiniae, Calvus Mons Bassiniae, *Chaumont en Bassigni in Frankr.*

Calonēsus, Colonesus, Pulchra Insula, *ins. Belle-Isle b. Bretagne.*

Calor, Italiae Infer. in Lucania fluv., qui Silarum excipit atque in Paestanum Sinum effunditur.

Calor, Italiae in Samnio fluvius, qui apud Beneventum Sabato miscetur; h. *il Calore.*

Calpas, Asiae Min. in Bithynia fluv., inter Chalcedonem et Heracleam in Pontum Euxinum exiens.

Calpas, Calpe, portus ad calpae ostium, in quem Argonautae invecti esse traduntur; h. nonnullis *Kerbeh.*

Calpe, Calpia, Colonia Julia Calpe, urbs Hispaniae Baet. ad Fretum Gaditanum in isthmo sub monte cognomine sita et prius Heraclea nominata.

Calpe, Hispaniae Baet. prom. s. columna Herculis ad Fretum, oppositam habens in Africa Abylam, alteram columnam Herculis. Dictam eam putant, quia tanquam situla in mare a continenti promineat. H. *Gebel Tarick* s. *Gibel Tarif,* a Maurorum duce Tarif, qui an. DCCXIV in eo scopulo urbem et castellum condidit. Disputatur vero, utrum in monte urbs cognominis steterit; quod jure negatur, sed ea haud procul sita fuit. Nam quod Carteiam et Calpen unam eandemque esse urbem quidam putant, id fit contra Strabonem, qui utramque urbem distinguit. Calpe, si de monte sermo est, h. est *Gibraltar.*

Calpis, Asiae in Caria fluvius; h. *Carrathassan.*

Calunia, Verovicum, Varvicum, urbs Britanniae Rom. ad Aufonam fluvium; h. *Warwick.*

Calvimontium, Calvus Mons, *Chaumont im Isle de France.*

Calvimontium Bassiniae v. Calmontium.

Calycadnus, Calicadnus, Calydnus, Ciliciae Tracheae fluvius. Fontes habet in Isauria in Tauro monte, Seleuciam praeterlabitur atque inter Sarpedonem prom. et Celenderim urbem in mare egreditur; h. *Saleph.*

Calўbe, Cabyle, urbs Thraciae, Macedonum colonia; h. quibusdam *Cabylan.*

Calydnae sc. Insulae, Calydna, parvae Aegaei Maris insulae ad Troadis oram; adj. Calydnius.

Calўdon, ōnis, urbs Graeciae in Aetolia ad Evenum fluvium. Nomen traxit a Calydone, Endymionis s. Aetoli filio. Fuit urbs Aetoliae praecipua cum Pleurone. Serius decidit ad tenuitatem, Augusti, ut videtur culpa, qui, ut Nicopolim suam colonis amplificaret et ornaret, totam Aetoliam spoliavit. Inclaruit apro Calydonio. Regio dicitur Calydonia, Calydon, et Calydonius Ager. H. aliis *Ayton,* aliis *Galata*; adj. Calydoniacus, Calydonius et Calydonis, (idis, poet).

Calymna v. Calinda.

Calymna, Calymnia, ins. Aegaei Maris ad Cariam, una ex sporadibus, cujus mel inprimis laudatur; h. *Calmine*; incolae *Calymniates*; adj. Calymnius.

Camachia v. Camechia.

Camalodūnum, Camulodunum, Camulodunensis Colonia, urbs Britanniae Rom. in Trinobantibus ad Dabronam fl., quo Claudius Imper. primam veteranorum militum coloniam deducendam curavit; h. *Maldon od. Malden.*

Camarācum, Camaracensium Civitas, Cameracum, opp. Nerviorum in Gallia Belg.; h. *Cambray.*

Cammerick im nördl. Frankr.; adj. Cameracensis.

Camaria v. Caji Marii Ager.

Camarica, Victoria, urbs Cantabrorum in Hispania Tarrac.; h. *Vittoria.*

Camarina, Camerinum, Cameria, urbs Siciliae in australi ejus ora ad Hyppais fluv. ostium posita; Syracusanorum colonia; h. *Camerana.*

Camarīna s. Camerina Palus, in Sicilia juxta Camarinam urbem. Cujus aquae cum foetore suo pestem afferrent, consuluerunt Apollinem, expediretne ipsis Camarinam exsiccare. Respondit Deus, Camarinam non esse movendam. Neglecto tamen oraculo paludem siccarunt, per quam mox ingressis hostibus contemti oraculi poenas dederunt. Hinc natum est proverbium: Camarinam movere, i. e. malum sibi excitare. H. *Lago di Camarana.*

Camars v. Clusium.

Camberiacum v. Lemincum.

Cambes, Campete, urbs Rauracorum in Gallia Belg.; h. vicus *Krembs.*

Cambodūnum, urbs Brigantum in Britannia Rom.; h. quibusdam vicus *Gretlan.*

Cambodūnum, Campodunum, Campidunum, Campidona, opp. Estionum in Vindelicia ad Hilariam fluvium; h. *Kempten*; adj. Campodunensis.

Cambodūnum, urbs Isarcorum in Vindelicia ad Ambram fluv.; h. *Weilheim.*

Cambortcum, Camboritum, Cami Vadum, Cantabrigia, urbs Icenorum in Britannia Rom.; h. *Cambridge*; adj. Cantabrigiensis.

Cambretonium, Icenorum in Britannia Rom. opp.; h. *Bretenham.*

Cambria, Cambro Britannia, Vallia, *Fürstenth. Wales in England*; v. etiam Britannia Secunda s. Australis.

Cambunii Montes, Macedonius Mons, in Thessalia montes, qui meridionales Macedoniae fines constituunt; v. etiam Olympus.

Cambȳsae Aerarium, Cambusis, is, opp. Aethiopiae supra Aegyptum ad Nili ripam, a reliquiis exercitus Cambysis, cum opibus ejus se servantis, condita; fort. h. *Mocho.*

Cambȳsene, Armeniae Maj. regio inter Araxem et Cyrum fluvios; h. fort *d. Türk. Georgien.*

Cambȳses, Asiae in Albania fluv., qui in Caucaso ortus in Caspium Mare effunditur; h. quibusdam *Zari.*

Camechia, Camachia, Asiae in Albania opp. inter Albanum et Cyrum fluvios; h. *Shamaki.*

Camenecia, Camenēcum Podoliae, Camienicum, *Kaminiez in Russ. Pol.*

Cameracensis Ager, *ehemal. Landsch. Cambresis im nördl. Frankr.*

Cameria, Camerium, urbs Italiae Propr. in Sabina, Albae colonia, inter Antemnas et Collatiam posita, quae mature a Romanis deleta est.

Camerīnum, Italiae Propr. in Umbria opp. et colonia ad Apennīnorum radices; h. *Camerino*; incolae Camertes, ium; subst. et adj. Camers; adj. Camertinus.

Cami Vadum v. Cambericum.

Camĭcus, urbs Siciliae inter Heracleam Minoam et Agrigentum. Habuit in illa Cocălus sedem regiam, ibique Minos a filiabus ejus ferventi aqua necatus est; h. *Siculiano*; incolae Camici.

Camīros, Camirus, Rhodi ins. opp. Patria fuit Pisandri poetae. Multa hod. rudera extant, ubi nunc *Camino*, aliis h. *Ferachio.*

Camīrus, Cyrba, Pytna, serius Hiera, Hierapytna, Hiera Petra (Sacrum Saxum), urbs in australi Cretae ins. ora, Idae monti propinqua; h. *Gierapietra od. Girapetra.*

Camoenarum Lucus, Latii prope Portam Capenam Romae nemus cum Egeriae Nymphae fonte.

Campania, regio Italiae Infer., Lucania, Samnio, Latio Novo et Mari Tyrrheno terminata. Terra erat fertilissima et amoenissima, in qua, ut Plinius ait, summum Liberi patris et Cereris erat certamen; unde etiam Regio Felix appellabatur; h. *Terra di Lavoro in Neap.*

— Campania Felix, Laborinus Campus s. Ager, Terra Laboris; adj. Campānus, Campanicus.

Campania, Campania Gallica s. Gallorum, Campania Francica, Campania Franco-Gallica; *Champagne, ehem. Franz. Prov.*

Campania Romana v. Latium.

Campanus Ager, regio Campaniae circa Capuam e regione Stellatis Agri.

Campānus Pons, in Campania, inter Sinuessam et Urbanam, super Savonem ducens.

Campi Aleii v. Aleius Campus.

Campi Canini, Rhaetiae in Lepontiis regio circa Bilitionem; ubi h. *Graubünden.*

Campi Phlegraei, Campus Phlaegraeus, Leborias, Campaniae regio inter Bajas, Cumas et Misenum, in qua pluribus locis fontes erant calidi, ignes ejiciebantur atque sulphur nascebatur. Ibi Gigantes habitasse tradunt. H. vallis *Solfaterra.*

Campi Raudii, in Gallia Transpad., quos alii ad Sessitem, alii ad Ticinum fl., alii ad Vercellas, alii denique apud Veronam et Athesin quaerunt, qui Marii de Cimbris et Teutonibus victoria celebrantur.

Campidona, Campidunum v. Cambodunum.

Campodunum v. Cambodunum.

Campus Diomedis, Campi Diomedis, planus in Apulia campus circa Cannas, ubi Diomedes Troja redux consedisse dicitur, et caesi in Cannensi pugna Romani sepulti sunt.

Campus Lapideus, Campi Lapidei, Littus Lapideum, Galliae Narbon. tractus prop. Arelaten, qui per septem fere horarum iter extenditur. Quidam, rejectis fabulosis de Hercule nugis, hujus ostenti causas ex natura petunt. Multa alia exempla ejusmodi lapidum, in Francogallia non semel delapsorum, memorantur. H. *la Crau.*

Campus Marii v. Camaria.

Campus Pomptinus, Pomptinum, campus Volscorum in Latio et praedium in illo agro, inter Privernum et Suessam Pometiam sito.

Campus Spartarius, planities in ora Hispaniae Tarrac. circa Carthaginem Novam sita.

Campus Stellatis v. Stellas.

Cana, Cunae, urbs Asiae Min. in Aeolide ad mare; h. *Coloni.*

Cana, Arabiae Felicis emporium ad promont. cognomine prope Dioscoridis Insulam; h. *Kaschem.*

Cana, Canum, Cantaropolis, Canstadium, urbs Harudum, in Germania ad Nicrum fluv., Romanorum belli sedes, ubi etiamnum antiquitates Romanae inveniuntur; h. *Canstadt.*

Canadium, Cenadium, Chonadia, Genadium, Daciae opp. ad Marisum fl.; h. *Chonad, Chanad.*

Canariae Insulae v. Fortunatae Insulae.

Canastrum s. Canastraeum Promontorium, Macedoniae prom. in apice Pallēnes paeninsulae ad aditum Toronaei Sinus; h. *Capo Canistro*, aliis *Crio*, aliis *Kassandra.*

Candidum Promontorium, Africae Propr. in Zeugitana prom., quod cum Apollinis Promont. Hipponensem Sinum facit; aliis *Ras-el-Abiadh*, aliis *Cap Blanc.*

Candollĭca, Candalica, Canabia, urbs Istriae cum portu ad Sinum Flanaticum; h. *Fiume od. St. Veit am Flaum.*

Canduum, Candoum, opp. Gambriviorum in Germania ad Salam; h. *Weissenfels*, Leucopetra; aliis *Camburg.*

Canisia, Calissium, Calissum, urbs Germaniae in Lygiis s. Lugiis; h. *Kalisch*; adj. Calisiensis.

Cannae, vicus Italiae Infer. in Apulia Daunia ad Aufidum fl., circa quem Hannibal CCXVI an. a. C. n. exercitui Romanorum, ducibus Paulo Aemilio et Terentio Varrone Coss., ingentem cladem attulit; h. ruinae ejus *Canne* vocantur; adj. Cannensis.

Caninefates, Cannenufates, populus Galliae Belg., sec. plurimorum sententiam in occidente Insulae Batavorum sedens.

Canōpus, Canobus, urbs

Aegypti Infer. inter Alexandriam et ostium Canopicum. Hanc Spartani Trojani belli temporibus aedificare coeperunt, nomenque a Canopo, Menelai navis gubernatore ibi mortuo, invenit. Erat ibi Serapidis et Canopi templum, celebrabantur festi conventus, ubi magna hominum copia cantabat, tripudiabat atque in deversoriis luxui et voluptatibus indulgebat. Ejus luxuria in proverbium abiit. H. vicus *Abukir*, aliis *Bekier*; cives Canopītae; adj. Canopaeus, Canopius, Canopicus, Canopitanus, Canopitis, e.

Cantăbri, pop. Hispaniae Tarrac. inter Vascones, Cantabricum Mare et Asturum Regionem habitans; ubi h. *Biscaja*.

Cantabria, Biscaja, Cantabrorum Terra, in Hispan. Tarrac.; *Biscaja*; adj. Cantăber, bra, brum, Cantabricus.

Cantabrigia v. Camboricum.

Cantaropolis v. Cana.

Cantia et Cantii v. Cantium.

Cantioebis, urbs Nariscorum in Germania; h. aliis *Amberg*, aliis *Hambach*.

Cantium, Cantia, regio australis Britanniae Rom. ad Fretum Gallicum; h. *Kent*; incolae Cantii, quos Caesar primum subegit.

Cantium, Britanniae Rom. prom. prope Thamesis fl. ostium; h. *Cap Paperness*.

Cantuaria v. Durovernum.

Canusium, Italiae Infer. opp. in Apulis mediis ad Aufidum, quod a Diomede conditum esse tradunt. Ei aquarum penuria laboranti Herodes sophista subvenit. In idem Romani post Cannense praelium confugerunt. Incolae Canusini et Canusii; adj. Canusinus. H. *Canosa*, ubi triumphalis arcus, amphitheatri etc. rudera inveniuntur.

Capedūnum, urbs Pannoniae Infer. in Scordiscis ad Danubium; nonnullis h. *Kapfenstein*.

Capēna, Colonia Capenas, Capenatium Municipium, urbs Italiae in Etruria ad fluvium Capenatem, inter Vejos et Tiberim; h. *Civitella*; incolae Capenātes; adj. Capenas et Capenus (poet.).

Capes v. Capsa.

Capha v. Theodosia.

Caphareus, Zylophagus, promont. Euboeae ins. Periculosum fuit navigantibus ob scopulos et perpetuos ventorum flatus. Infames fuerunt hi scopuli Graecorum Troja redeuntium naufragio. Idem ibi fecit classis Persarum. H. *Cabo dell Oros*, *Capo Figero*, *C. Chimi*.

Capīsa, Capissa, urbs Persiae ad Cophen fl. in Paropamisadis, unde regio Capissene dicitur. Cyrus eam evertit. H. aliis *Candahar*, aliis *Chatzan*.

Capitīna Civitas, Capitium, Capytium, opp. Siciliae mediterraneae; h. *Capizzi*.

Capitolinus Clivus, Capitolium, Tarpejus Mons, collis in octava Romae Regione.

Capitolium, Jovis in Monte Tarpejo templum Romae, ubi n. est *Campi-Doglio*, juxta erat Arx et Rupes Tarpeja. Adj. Capitolinus; Capitolini sc. homines, qui ludos Capitolinos edebant.

Cappadŏces, Cappodociae populus. A Persis subactis Cyrus regem dedit Pharnacem, post in Romanorum ditionem redacti sunt, qui Archelaum accusatum Romam abduxerunt.

Cappadocia, Asiae Min. provincia, quae a Tauro usque ad Pontum Euxinum atque ab Halye ad Euphratem extendebatur. Sub Persarum imperio in duas Satrapias divisa, atque sub Alexandri M. successoribus in duo regna partita est, in Cappadociam Magnam et Cappad. ad Pontum s. Ponticam. H. pars *Caramaniae*. Incola Cappadox; adj. Cappadŏcus et Cappadocius.

Cappădox, Cappadociae fl., qui eam a Galatia disterminabat, in Halyn exibat, et Cappadociae nomen indidisse fertur. Ejusdem nominis alius in Amano monte fontes habere dicitur, qui Euphrati jungitur.

Capraria, Africae ins. ad occidentalem Mauretaniae Tingit. oram, una ex Fortunatis; h. videtur esse *Palma*.

Capraria, ins. Balearis Maj. ad meridiem posita; h. *Cabrera*.

Capraria, Caprasia, ins. Tyrrheni Maris inter Ilvam et Corsi-

cam, cujus nomen a capris ducitur, ideoque a Graecis Aegilon appellatur; h. *Capraja*.

Caprasia, Caprasiae, urbs Italiae Infer. in Agro Bruttio ad Crathin fluvium posita.

Capreae, Capria, ins. Tyrrheni Maris ad Campaniae oram contra Surrentum urbem. Olim Teleboae illam tenuerunt, post Neapolitani, quibus ereptam Augustus sibi vindicavit. Fuit amoenissima, circumcirca montibus clausa, in eaque Tiberius septem ultimos vitae annos luxuriosissime transegit; h. *Capri*, ubi n. Arcis Tiberii ruinae vicentur.

Caprus, Capri Portus, in Macedonia, inter Atho montem et Strymona fluvium. h. *Syura*.

Caprus, Zabas s. Zabatus Minor, Assyriae fluv., qui in meridie Lyci s. Zabati Majoris fluit atque Tigri miscetur; h. *d. kleine Zab*.

Capsa, Colonia Capsa, urbs Africae in Numidia Massylorum. Jugurthae fuit regia, eaque a Mario expugnata est; h. *Kafza*; incolae Capsenses.

Capua, Campaniae metropolis ad Vulturnum fluv. et radices Tifatae montis. Strabo a capite nomen traxisse dicit, Livius a Capye, Samnitium duce, vel, quod vero propius putat, a campestri agro derivat, cui adsentitur etiam Plinius. Vetus nomen fuit Vulturnum. Antiquissima fuit urbs, quam cum Nola XLVIII annis ante Romam conditam esse scribunt. Ejus amplitudinem et opes praedicat Livius, notatque luxuriam ejus et subsecutam superbiam; his vero deliciis Hannibalis exercitum mollivit et perdidit, unde Capuam Hannibali Cannas fuisse vere et argute dictum esse notat Florus. Ob defectum ad Hannibalem a Romanis iterum capta et aliis privata est commodis publicis, quod factum est an. V. DXLI, sed jus pristinum recuperavit a J. Caesare Cos. Coloniam eo deduxerunt Brutus, Sulla, et inprimis J. Caesar et Augustus, unde Colonia Julia Felix Augusta Capua. In sinistra Vulturni ripa h. ejusdem nominis urbs exstat, sed ruinae variae et insignes testantur, veteris locum quaerendum esse, ubi nunc *S. Maria di Capua* s. *Maria dell Grazie*. Incolae Campani apud probos auctores et sequiore tempore analogiae convenientius Capuani, qui a Graecis Καπυανοὶ dicuntur, et Campani ad regionis incolas pertinere videtur, etsi et Campanus apud bonos auctores strictiori sensu pro Capuanus s. Capuensis occurrit.

Caput Finis Terrae v. Artabrum Promont.

Caput Oeni, *das Engadin od. Innthal in Graubünden*.

Caput Viride v. Arsinarium Promont.

Caracotinum, opp. Caletum in Gallia Belg. ad Sequanae ostium; h. *Havre de Grace*. Portus Gratiae, Franciscopolis; al. *Crotoy*.

Carălis, Carala, Calaris, Carales plur., urbs in ora australi Sardiniae ad Sinum Caralitanum cum portu. A Carthaginiensibus condita dicitur, a Romanis jure civitatis donata est; h. *Cagliari*; incolae Caralitani Civium Romanorum.

Carambăcis, Carambĭce, Sarmatiae Europ. fluv., qui in Riphaeis montibus ortus in Sinum Granvicum egreditur; h. *Dwina* — Duina.

Carambis, Carambicum Promontorium, Asiae Min. in Paphlagonia prom., ex adversum prom. Κριοῦ Μέτωπον in Chersoneso Taurica. Utrumque Pontum Euxinum ita coarctabat, ut veluti in duo maria divideretur. H. *Keremp*, aliis *Capo Pisello*.

Carambis, urbs Paphlagoniae in promontorio cognomine.

Carambŭcis, Obius, *Ob od. Bija, Fl. im Asiat. Russland*.

Carantŏnus, Galliae Aquit. in Santonibus fluv., qui in Mare Aquitanicum, e regione Uliari insulae, emittitur; h. *Charente*.

Caranusca, Saranusca, urbs Galliae Belg. inter Treviros et Mediomatricos; h. aliis *Garsch*, aliis *Saarburg* - Saraeburgum, Sarae Castrum.

Carcăso, Carcasum, Carcassio, Carcasso, urbs Volcarum Tectosagum in Gallia Narbon.

ad Atacem fl., iure Latii donata; h. *Carcassone*; adj. Carcassonensis.

Carcaciocerta i. q. Amida.

Carchemis v. Circesium.

Carcine, Carcinitis, idis, urbs Sarmatiae Europ. ad ostium Hypacaris fluv. et sinum ab ea nominatum; ubi h. *Goeslewe* s. *Gjuslewe*.

Carcinites Sinus, inter Sarmatiam Europ. et Chersonesum Tauricam.

Cardania v. Cerretania.

Cardia, Cardianorum Urbs, urbs Chersonesi Thraciae prope Melae fluv. ostium, quae a Lysimacho deleta est, qui in propinquo Lysimachiam aedificabat; rursus effloruit et h. *Caridia* vocatur; cives Cardiani; adj. Cardianus.

Cardiuchii, Carduchi Montes v. Gordiaeus Mons.

Carduchi, Cardueni, Cordyaei s. Gordiaei, pop. Armeniae Maj. in Carduchis montibus inter Tigrim et Arsissam Lacum; h. fort. *die Kurden*.

Caria, Asiae Min. regio ad Aegaeum et Mediterraneum Mare sita. Nomen deducunt a Care, quem auguria ex avibus invenisse refert Plinius. In constituendis finibus variatur; nunc est *Alidinella-* Alidinia- *u. Mentech-Seli*; incola Car; adj. Caricus, Carēnus.

Carini, Germaniae septentrionalis pop., ubi h. Prov. *Neumark*, aliis Pomerani.

Carinthia, *Herz. Kärnthen in Oestr.* Carinthus *e. Einw.*; adj. Carinthicus.

Caristum, Carystum, urbs Statiellatum in Liguria inter Genuam et Dertonam; h. *Curso*.

Carleolum v. Lugovallum.

Carmāna, opp. Persiae in Carmania Vera prope fines Carmaniae Desertae; h. *Kerman od. Sirdschan*.

Carmana, Carminna, Carnina, Indici Maris ins. ad oram Caramaniae.

Carmania, prov. Persiae inter Gedrosiam, Parthiam, Persidem, Sinum Persicum et Mare Indicum. Serius occurrit Carmania Major. Olim eam subegit Ninus, post Persarum satrapis paruit, serius Parthis subjecta fuisse videtur. Ferax fuit vinum aliarumque rerum. H. *Kerman*; *a. d. Küste, Moghistan*. Erat duplex, Carm. Deserta, h. *Kerkh*, locus vastus et ingens, et Carm. Propria s. Vera; h. *Kerman*; incolae Carmani et Carmanii.

Carmel, (Carmelus), urbs Palaestinae in tribu Juda; civis Carmelita, m., Carmelitis, f.

Carmēlum Promontorium in Galilaea Infer., Carmeli Montis culmen ad mare usque porrecti, inter Ptolemaida et Sycaminum, in quo Carmeli dei altare stetit, quem Vespasianus consulebat.

Carmēlus, mons Palaestinae in tribu Juda ad occidentalem Asphaltitae Lacus ripam situs. In eo Saulus post victoriam de Amalecitis triumphalem arcum exstruit, et prope eum Cambyses, Persarum rex, vitam posuit.

Carmēlus, Galilaeae Infer. montium tractus Libano annexus, qui CXX stadiis Ptolemaidi ad meridiem attollitur, ac Kischoni fluvii ostio propinquus est. Ferax erat et silvosus, antris etiam securitatem praestantibus abundabat; hodieque *Carmel*.

Carminna v. Carmana.

Carnalis i. q. Caralis.

Carnarius Sinus v. Flanaticus Sinus.

Carni, Gallia Cisalp. pop. ad radices Carnicarum Alpium, qui Venetorum regionis partem occupavit, Carniam inde dictam; adj. Carnicus.

Carnia, Carniŏla, Carniolia, Crania, *Krain, Herz. in Oestreich*.

Carnioburg, Cranioburgum urbs Carnorum in Gallia Transpad. ad Savum; *Krainburg*.

Carnotēna Civitas, Carnotum v. Autricum.

Carnovia, Carnuvia, *Jägerndorf, Karnow in Schlesien*; adj. Carnoviensis.

Carnuntum, Carnutum, Carnus, untis, Pannoniae Infer. ad Danubium urbs amplae magnitudinis, inter Vindobonam et Posonium sita, quae sub Imperatoribus inprimis inclaruit. In ea Marc. Aurelius tribus annis vixit, et prope eam Licinius et Severus Imperatores dicti sunt. H. *St. Petronell*; alii *Haim*

burg-Hamburgum Austriae - esse putant.

Carnūtae, Carnutes, Carnuti, Galliae Lugdun. inter Ligerim et Sequanam populus; ubi *Orleanois, Blois u. Beauce.*

Carnutes v. Autricum.

Caroburgum, Caroburgus v. Caesaris Burgus.

Carocelia Vallis, Mauriannensis Vallis, *Thal Maurienne in Savoyen.*

Carocotīnum, urbs Galliae Belgicae in Ambianis ad Somenae ostium; h. *Crotois.*

Carodunum, Cracovia, Cracau *a. d. Weichsel.*

Carpasia, Carpasium, Carpasea, urbs Cypri ins. cum portu contra Eleusam in Cilicia; h. *Carpasso*, quibusdam *Jalussa.*

Carpātes, Alpes Bastarnicae, Sarmatici Montes, Carpates Montes, Carpatici Montes, Daciae montes, eam a Sarmatia Europ. disterminantes; h. *die Carpathen, Carpack, Krapack.*

Carpathium Mare, Carpathium Pelagus, Asiaticum Mare, pars Maris Interni inter Carpathum et Rhodum insulas; h. Mer v. *Scarpanto.*

Carpăthus, Crapathus, Insula Maris inf., media inter Rhodum et Cretam, unde Carpathium Mare nomen traxit. Olim dicta est Porphyris. Alta est, habetque circuitum CC. stadiorum. Continebat olim IV. urbes, ibique regnavit Proteus; Minos post classiariis eam tenuit. Jolcus Argivus coloniam eo deduxit. Lepores olim eam vastarunt; h. *Scarpanto od. Koje*; incolae Carpathii.

Carpentoracte, Carpentoractum, urbs Cavarum in Gallia Narbon. Jul. Caesar coloniam eo deduxit. H. *Carpentras*, ubi ruinae triumphalis arcus Domitii Ahenobarbi, ibi Allobroges et Arvernos superantis, conspiciuntur.

Carpessus v. Carteja.

Carpetania, regio Hispaniae Tarrac., quam Carpetani incolebant; fere ubi h. *Prov. Madrit*; adj. Carpetanus.

Carpi, Carpiani, Germaniae Transvistulanae s. Sarmatiae Europ. pop. inter Peucinos et Bastarnas, qui primo habitavit, ubi h. *Podolien*, sed sedibus plus semel mutatis a Diocletiano in Pannoniam collocatus est.

Carpis, Carpi, urbs Africae Propr. in Zeugitana; h. nonnullis *Gürbos*; adj. Carpitanus.

Carra, urbs Arabiae Felicis; quibusdam h. *Kara*, Arabibus *Ilharan el Korein.*

Carra, fl. Mesopotamiae Carras alluens ibique Chaborae se jungens.

Carraca, *Guadalaxara in Span.* v. et. Arriaca.

Carrāca, urbs Etruriae; h. *Carraca*; adj. Carracensis.

Carrāca, Carravacium, urbs Euganeorum in Gallia Transpad.; h. vicus *Caravaggio, zw. Brescia u. Mailand.*

Carrae, Colonia Carrenorum, Metropolis Colonia Carrenorum, Charrhan, in S. S. Charan et Haran, urbs Asiae in Mesopotamia. Abrahami pater in Canaan migrans ibi diem obiit. Apud eam Crassus a Parthis fusus in illam confugit, atque Armeniae montana petens apud Sinnacam a Surena occisus est; incolae Carrēni et Carraei.

Carrea v. Pollentia.

Carrodunum, *Hradek in Ungarn.*

Carrodūnum, opp. Lygiorum in Germania orientali; aliis *Radom*, aliis *Zarnowice.*

Carrodūnum, urbs Vindeliciae ad Aenum; h. *Krainburg*; v. etiam Carnioburgum.

Carrodūnum, (Carnodunum,) Carturnia, urbs Pannoniae Super. inter Murum et Savum fluv.; h. nonnullis *Czakotorn.*

Carseŏli, opp. Italiae Med. in Aequis, quod a. V. c. CCCCLIV colonia Romana factum est. An. MDCXLV detecta est ejusque rudera h. nominantur *Civita Clarentia, h. Arsoli*; incolae Carseolani; adj. Carseolanus.

Carsūlae, urbs Italiae Propr. in Umbria inter Tudertum et Spoletium, quam h. vicum *Casigliano* esse dicunt; incolae Carsulani; adj. Carsulanus.

Cartăma, Cartima, urbs Bastulorum Poenorum in Hispania Baet.; h. fort. *Cartama.*

Carteja, Althaea, urbs Olcadum in Hispania Tarrac.; h. *Orgaz.*

Carteja, Cartegia, Carpessus, Crantia, Hispaniae Baet. opp. ad Fretum Gaditanum, quod Herculem aedificasse tradunt. In ejus agro auri argentique erant fodinae. Quam cum Carthaginienses occupassent, his a Scipione expulsis, in coloniam Libertinorum redacta est; h. fere ubi *San Roque*, nonnullis *Rocadillo.*

Cartenna, Cartinna, Cartennae, urbs maritima in Mauretania Caes. inter Caesaream et Portum Magnum; Augusti colonia, unde Colonia Augusti Legio Secunda, i. e. colonia militum legionis secundae, appellata est; n. *Tenez*, aliis *Masagran*, *Mostagan*; incolae Cartennenses et Cartennitani; adj. Cartennitanus.

Cartennus, fluv. Mauretaniae Caesar., qui inter Cartennam et Arsenariam in mare effunditur.

Carthaea, urbs Cei, Cycladum insulae; adj. Carthaeus et poët. Carthaeius.

Carthaginienses, Poeni, Puni, incolae Carthaginis partisque orae septentrionalis Africae, qui maximam in remotissimas terras mercaturam fecerunt, Siciliae partem occuparunt, unde bello Punico primo ejecti sunt, Sardiniam et Hispaniam; bello Punico secundo graviter afflictati, atque tertio plane victi et oppressi sunt.

Carthaginiensis Regio, ager Carthaginis urbis, cuius pars meridionalis Byzacena, septentrionalis Zeugitana dicebatur; h. *Tunis.*

Cuma, Cyme, Cymae, urbs Asiae in Aeolide. A Myrina Amazone institutam narrant; alii Cymen, Amazonum ducem, conditorem faciunt, unde etiam Amazonium quidam appellant. Utrum ante vel post Trojanum bellum condita sit, in incerto est. Aeoliarum urbium maximam et optimam praedicant portumque ejus commemorant. In claris civibus eminent Hesiodus et Ephorus, Isocratis discipulus. H. creditur *Foja Nuova*; sec. al. *Nemourt*, al. *Castri*; cives Cumaei.

Cumae, Cume, Cyme, es, Cymaea Urbs, Italiae in Campania oppidum. Originem traxit a Chalcide Euboica, unde Virgilio Chalcidica Arx dicitur. Strabo Cumas omnium Sicularum et Italicarum a Graecis deductarum coloniarum antiquissimam dicit et nomen a *κῦμα* derivat. Post a Graecis captam urbem tenuerunt Campani, a. V. CCCXXXV. Sita erat in edito colle et munita: opulentia ejus praedicatur. Civitas Cumanis data, sed primo sine suffragio, deinde municipes facti sunt. Ab iis Sibyllae cognomen Cumanae fuit et Ciceronis praedio Cumano. A Neapolitanis eversa in ruinis jacet, locus tamen nomen *Cuma* servat. Incolae Cumani; adj. Cumanus, Cumaeus et Cymaeus.

Cumānus Sinus, in Campania, ab urbe Cumis nominatus; h. *il Golfo di Napoli.*

Cumbria, *Cumberland, Grafsch. in England*

Cunetio, Cunetia, Marg... berga, urbs Atrebatiorum in Britannia Rom.; h. *Marlborough, Mar... leberg.*

Cuneum Promont., St. Mariae Prom., Hispaniae Lusit. in Cuneo Agro prom.; h. *Cabo di St. Maria in Portugal.*

Cuneus Ager, extrema Hispaniae Lusit. regio australis ad Mare Atlanticum, inter Anam fl. ... Promont. Sacrum; h. *Algarve - Algarbia.*

Cupra, urbs Italiae Propr. in Picentibus, quae maritima s. littorea vocatur, ut discernatur a montana quae itidem in Piceno sita erat. Habuit templum Junonis, quod Hadrianus restituit. H. al. *Benedetto* al. *Ripa Transona*; incolae Cuprenses; adj. Cuprensis.

Curdistania, Curdia, *Curdistan, Landsch. in Asien.*

Curensis Amnis, Currens Flumen, Sabinae fl., qui Cure praeterfluebat atque Tiberi miscetur; h. *Correse.*

Cures, ium, Curis, is, Italiae Propr. in Sabina opp. primarium Tito Fatio et Numa Pompilio alumnis nobile. H. al. *Vescovio*, al. vicu... *Correse.* Incola Cures, ētis, Quiris, itis, Curetes, Quirites; adj. Curensis.

Curētes et Curetis v. Creta.

Curia, Curia Rhaetorum urbs Saruentium in Rhaetia; h. *Chur.*

Curicta, Cyractica, ins. Illyric in Sinu Flanatico, cujus urbs pri...

ria Curictum s, Curicum (*Veglia*) itur; h, *Veglia*.

Curium, Curias, adis, urbs pri ins. portu instructa prope mont. cognomine, Argivorum onia; h. al. *Piscopia*, al. *Andimo*; ola Curicus et Curias, f.

Curonia, Curlandia, *Prov. rland in Russland*; incolae Curo; adj. Curonensis, Curonicus.

Curonensis s. Curonicus cus, Curlandiae Sinus, *d. rische Haff in Ostpreussen*.

Curonensis Paeninsula, *d. rische Nehrung od. Niederung zw. Ostsee u. d. Cur. Haff*.

Cursus Achillis v. Achilleos romos.

Curta, urbs Araviscorum in Pannia Infer. Danubio adjacens; h. ibusd. *Curtakoes*.

Cutiae v. Cottiae.

Cutiliae, Cutilia, urbs Italiae Sabinis, quam Oenotrii condidisferuntur, In ea Vespasianus e viexcessit; h. quibusdam *Contiglia*, al. *Città Ducale*.

Cutiliensis Laous, Cutiliae acus, in Sabina apud Cutiliam bem, cujus aquae nervis ventricuque salubres habebantur. In eom insulam esse silvosam narrant, ae commoveatur et natet.

Cutina, urbs Vestinorum in Itaa, quam Brutus Cos. cepit.

Cyăne, es, fons Siciliae apud racusas, qui in Anapum influit; rivus *Pisma*.

Cyaneae Insulae, contra hracium Bosporum sitae. Asiatica djacebat Chalcedoni, Europaea Byantio. Symplegades etiam vocantur. u poetis maxime Argonautarum ransitus celebratur, quo facto conliterunt. Angusto intervallo a continenti absunt et petrae potius sunt, quam insulae, quas nautae *le Pavoare*, incolae *Jarcaces* appellant.

Cyaneus, Glaucus, Colchidis luv., qui Phasidi jungitur; h. *Cicaio*, al. *Abascie*.

Cybĕla, orum, Cybele, es, urbs Phrygiae. Ab ea vel monte Cybele nomen traxit.

Cybĕle, es, mons Phrygiae Magnae; adj. Cybelēius.

Cybistra, orum, urbs Cappadociae Magnae in Tyanitide ad Argaei montis radices, apud quam Cicero castra habuit; h. *Busterch*.

Cyclădes, Aegaei Maris insulae. Circa Delum in orbem sitae sunt, unde et nomen traxerunt. In eorum numero singularumque nominibus discrepant auctores. Ab initio numerabantur XII, quibus post aliae accesserunt. Item eorum spatium extendunt, Inter primos harum insularum incolas in universum referendi sunt Phoenices et Cares: post Graeci plerasque occuparunt, atque in his primum Athenienses, deinde Lacedaemonii. H. quibusd. *Isoli dell' Archipelajo*.

Cyclōpes, Siciliae populus circa Aetnam, qui unum sec. fabulas in fronte oculum habebat, Vulcanique comes erat; adj. Cyclopĭus, Cyclopeus, Cyclopicus.

Cyclōpum Scopuli, Cyclopea Saxa, tria saxa ad orientalem Siciliae oram; non longe a Catana distantia; h. *Faraglioni*.

Cydămus, urbs Africae in Regione Syrtica; h. *Ghedamez*.

Cydna, urbs Macedoniae in Pieria prope Aliacmonem fluv. et mare. Eandem esse putant, quae Pydna vulgo vocatur, unde etiam Pydnaeus. Postea Citrum dicta est. Apud illam a. V. DLXXXV. Perseus, rex Macedonum, a Paulo Aemilio Cs. devictus est; h, *Citros*.

Cydnus, Asiae Min. in Cilicia Campestri fluvius, qui in Tauro monte fontes habet, Tarsum interfluit atque apud Rhegma in mare effunditur. Notus est Alexandri M. vitae periculo, qui in perfrigida ejus aqua se lavaturus paene interisset, atque etiam epulis, quibus ad ejus ostium Cleopatra Antonium excepit. H. al. *Kara-Su*, al. *Baradan*.

Cydonia, Cydonea, Cydon, ōnis, urbs Cretae ins. Antea dicta est Apollonia. Cydoniae nomen derivatur a Cydone, Apollinis filio. Minōem conditorem faciunt atque a Samiis amplificatam esse tradunt. Sita erat ad mare et Laconicam spectabat, habebatque portum clausum. Opulenta fuit atque incolae solertia in aptandis arcubus inclaruerunt; hinc Cydonia spicula, arundo. Nota sunt quoque mala Cydonia. H. putatur esse *Canea*; incolae Cy-

dones, Cydonii et Cydonaci; adj. Cydoneus, Cydonius, Cydonites, ae, c.

Cydoneātae, Cydōnes, pop. in septentrionali Cretae ora prope Cydoniam.

Cyllēne, mons Peloponnesi, quem altissimum in Arcadia esse praedicant, atque in ejus memorabilibus referunt, quod merulas undique albas habeat. Magis inclaruit Mercurii natalibus, qui inde Cyllenius dicitur. In ejus cacumine templum erat Mercurii Cyllenii. H. al. *Zyria*, al. Cyllene; adj. Cyllenēus, Cyllenius, Cyllenus, Cyllenis, idis.

Cymae v. Cumae.

Cymaeus Sinus, Joniae sinus inter duas paeninsulas; h. *Meerb. v. Sandali.*

Cynos Cephălae, Cynocephali Tumuli, Thessaliae in Phthiotide colles, ubi Romani, T. Quintio Flaminio duce, Philippum II. Macedoniae regem profligarunt.

Cynosarges, is, locus Athenis vicinus, in quo Herculis templum et gymnasium erat, ubi Antisthenes aliique Cynici docebant.

Cynosūra, Cynosurae, Cynosuris, ĭdis, locus Laconicae; incolae Cynosurenses.

Cynthia v. Delos.

Cynthus, mons Deli ins., Apollinis et Dianae natalibus clarus. In ejus fastigio castellum et ad radices templum marmore exstructum erat; eum quidam h. *Castro* vocant; adj. Cynthius.

Cyparissae, Cyparissa, Cyparissia, Cyparissiae, Cyparissaea, urbs Messeniae in ora Sinus Cyparissii, non procul Pylo et Aulone, in cujus vicinia Neda amnis Eleorum et Messeniorum fines dirimebat: Apollinis et Dianae templis ornata erat; h. *Arcadia.*

Cyparissus, urbs Phocidis prope Delphos in Parnasso monte.

Cyprus, extrema atque maxima nobiliorum Interni Maris insularum Asiaticae partis, contra Ciliciam Tracheam posita. Antiqua nomina fuerunt Acamanthis, Cerastis, Aspelia, Amathusia, Macaria et alia. Cypri nomen deducunt a Cypro, filia Cinyrae vel Bibli et Veneris; alii a flore Cypro, quem optimum odoris suavitate ibi provenire adfirmat Plinius. Cinyram ab illo tamen diversum Cypri regem facit Homerus Agamemnonis aequalem. Longio[r] erat haec insula, quam latior, atqu[e] tota multis promontoriis cincta. Lau[-] datur ejus fertilitas et silvaru[m] abundantia, nec minus hodie ea d[e] causa celebratur, quamvis segnit[ie] gentis infamis. In claris civibus si[bi] vindicat Homerum. H. *Cypre*, Ital[is] *Cypro*, Turcis *Kibris*; incolae Cypri[i;] adj. Cypreus, Cyprius, Cypricu[s,] Cypriăcus, Cypris, is et idis, f.

Cypsĕla, orum, Cypsella, a[e,] urbs Thraciae ad Hebrum; h. *Ipsala*, al. *Chapsylar.*

Cyra, orum, Cyreschata, C[y-] ropolis, urbs Persiae in Sogdia[na] a Cyro ad Jaxartem et Oxioru[m] Montium declivitatem condita; Alexandro, graviter ibi vulnerat[o,] deleta est; ejus ruinae fere ubi *Taschkent.*

Cyrenaĭca, Cyrenaea, reg[io] Africae ad Mare Internum sita, la[te] Marmaricam comprehendit, strict[e] urbis Cyrenes agrum; interdum lum tractum complectitur, qui quinque urbibus Pentapolis s. Pe[n-] tapolitana, puta Libyae, appellat[ur.] Olim libera fuit, post victa Aegy[p-] tiis paruit, denique Ptolemaei Api[o-] nis testamento Romanis accessit. *Barca* occidentalis; incolae Cyrena[ei,] Cyrenaici, Cyrenenses.

Cyrēne, es, Cyrenae, urbs Africae in Cyrenaica, provinciae caput, atque una ex iis, quae Pentapolin efficiunt. Sita erat in campo; ferax frugum et ingeniorum fuit, in quibus praeter alios Callimachus, Aristippus, Cyrenaicae sectae conditor, Carneades philosophus, Eratosthenes geographus erant. Illam Romani, seditione civium facta, everterunt; ab iisdem instaurata est. H. *Cairon*, *Curen*, *Grenne*, *Kurin*; adj. Cyrenaeus, Cyrenaicus, Cyrenensis.

Cyrnos, Cyrnus v. Corsica.

Cyropolis ad Iaxartem v. Cyra.

Cyropolis, Cyreschăta, opp. Gelarum in Media Atropatene ad oram Caspii Maris; h. al. *Siamach* *Sammachi*, al. *Rescht*, al. *Kurah*; incolae Cyropolitae et Cyreschatēni

rrhestĭca, Cyrestica, hestice, rectius quam Cyrr-ı, regio Syriae septentrionalis, ıter Euphratem, Commagenen, idem et Orontem; h. *in Pasch.* o.

rrhus, Cyrro, Cyrrus, ıs, urbs amplae magnitudinis put Cyrrhesticae, quae regioni n indidit. Non confundenda Cyrrho Macedoniae, a qua iestica Minerva dicitur, quod a urbe templum Minervae Ale-ri M. jussu exstructum est. In-item cultus migravit in Syriam, templum Cyrrhesticae Minervae orat Strabo. Nostra ab altera doniae nomen traxisse videtur. la natus erat Cassius Avidius, contra Marcum Antoninum re-it. Ruinas ejus h. quidam nominant, al. *Quars.*

rus, Cyrrhus, Cyrnus, o, Asiae fluv. In Coraxicis ibus inter Armeniam et Iberiam in planitiem incidit, quae in-rmeniam et Colchidem est, tum Albaniam fluit, multos amnes abiles excipit, atque XII. ostiis pium Mare effunditur. H. *Kur, ri.*

rus, Mediae fluv., qui Atro-en perfluit atque in Hyrcanum egreditur.

rus, Corus, Persiae fluv. in tacene. A Cyro rege pro Agra-sic appellatus est. In Sinum icum se exonerat; h. *Pisindon.*

ta, Cytae, urbs Colchidis ioris prope Phasidem fluv. Nata uit Medea; h. fort. *Kutais*; adj. eus et Cytaeis, idis f.

ytaea, Cytaeum, opp. Cher-si Tauricae mari propinquum; jus ruinae vocantur *Soudag.*

ytaeum, Cithaeum, opp. ae ins. inter Apolloniam et Pan-um, prope Cnossum; h. *Sethia,* ı-Settia.

ythēra, orum, serius Cythe-ae, ins. ad Peloponnesum Cre-versus. Antea Porphyris dicta est. Nomen Cytherae a Cythero, Phoenicis filio, deducunt. Phoenices olim tenuerunt, post Argivorum fuit ditionis, deinde Lacedaemoniorum, quibus eripuerunt Athenienses, incolis alio translatis. Tulit olim urbem cognominem cum portu, locusque, ubi urbis rudera reperiuntur, appellatur *Pajopolis.* Incolas pecuniae cupidos et industrios ipsamque terram fertilem laudant. Sacra fuit Veneri, quae templum a Phoenicibus ibi conditum habuit, ubi hod. castrum vile Venetorum cernitur; nunc ins. *Cerigo;* adj. Cythereias, ădis, Cytherēcus, Cytherēis, Cytherēus, Cytheriacus; Cytherēia et Cytherēa i. e. Venus.

Cythnus, ins. Cycladum in Mari Aegaeo, olim Ophiusa et Dryopis dicta; inclaruit Cydia pictore. Ob aquas calidas creditur esse h. *Thermia*; aliis *Calchi.*

Cythnus, urbs insulae cognominis; h. *Thermia;* cives Cythnii.

Cytōrus, Cytoros, Cytorum, urbs Paphlagoniae. Condidit eam Cytisorus, Phryxi filius. Portu erat instructa, et Sinopensium olim emporium. H. *Kutros, Kütros, Kotru, Gydras;* al. *Castello.*

Cytōrus, mons Paphlagoniae; adj. Cytoriacus et Cytorius,

Cyzĭcum, urbs Asiae in Mysia Min. ad Propontidem. Alia antiquitus gessit nomina, hoc ei imposuit Cyzicus, qui e Thessalia Doliones adduxerat, atque hinc Dolionum rex vocatur. Sita fuit ad duos pontes, quibus insula continenti jungebatur. Mithridatis obsidionem fortiter sustinuit, qua per Lucullum liberata est. Exigua ejus restant vestigia, in quibus amphitheatrum; stetit prope *Antaki*; alii *Chizico*, al. *Mirabilia* locum vocant; incolae Cyzicēni; adj. Cyzicenus.

Cyzĭcus, Dolionis Insula, Propontidis ins. ad oram Mysiae Min., quam Alexander pontibus duobus continenti junxit; h. *Chizico.*

D.

Daae, Dahae, Dai, unus ex celeberrimis Scythiae populis, in quorum sede discrepant auctores, plerique eum inter Oxum fl. et Hyrcaniam ponunt. Sec. Strabonem erant vel Aparni vel Pisculi vel Xanthii; h. al. *die Usbeckischen Tatarn*, al. ubi *Chorasan od. Dagkistan*.

Dablis, Dablae, Dahles, um, Asiae in Bithynia oppidum.

Dabrōna, Hiberniae fluv.; h. *Blackwater*; al. *More*.

Dachinabades, regio Indiae intra Gangem; h. fere *Golconda in Decan*.

Dacia, Europae regio, cujus fines erant Pannonia Infer. et Jazyges Metanistae, Carpates M. et Danubius. A. p. C. CVI. a Trajano in provinciae formam redacta est. Dividitur in Daciam Alpensem, Mediterraneam et Ripensem. H. *Siebenbürgen*, *Moldau*, *Wallachei u. d. Buckowine*; incolae Daci - nunc Transsilvani, Moldavi, Walachi; adj. Dacus, Dacius, Dacicus.

Dacia Trajani, Dacia Provincia; h. fere *das Bannat Temeswar*.

Daedăla, orum, **Daddala,** orum, locus munitus in Caria ad Sinum Glaucum, ubi Daedalum morsu serpentis interiisse narrant.

Dahae et Dai v. Daae.

Daix, icis, **Oarus,** fl. Scythiae intra Imaum. In Norossis montibus ortus Jaxartae fluv. immittitur; h. *Iaik s. Ural*.

Dalmatia, Delmatia, Illyrici regio ad Superum Mare sita, quae a Titio usque ad Trinium amnem protenditur, atque a Pannonia et Moesia Super. Bebiis et Scodro M. sejungitur. Montosa erat atque aurifodinas continebat. Dividebatur in Maritimam et Mediterraneam; h. *das Kön. Dalmatien u. d. nordw. Albanien*. Incolae Dalmătae, Delmatae, Dalmatii, Delmates; adj. Dalmaticus, Delmaticus, Dalmatensis.

Dalmium, Delmium, Delminium, Dalminum, Delmatarum Urbs, in Dalmatia ad Naronem, opp. inter Heronam et Aequu[m] quod Scipio Nasica expugnavit [et] evertit a U. DXCVIII; h. *Delmi[nio] in Bosnien*; al. *Cenna*.

Damalis, urbs maritima Bith[y]niae inter Chalcedonem et Chry[so]polim. Ibi Jo tranatasse, et Dam[a]lis, Charetis Atheniensis uxor sep[ul]ta esse dicitur.

Damascus, Damascenor[um] Oppidum, Damascenorum M[e]tropolis, in S. L. Dammes[k], urbs primaria Coelesyriae ad Chr[y]sorrhoam fluv. in Damascene reg[io]ne. Sita est in planitie vel valle am[oe]nissima et fertilissima prunor[um] et myxorum, quam Chrysorrh[oas] multis canalibus irrigat. Fuit an[ti]quissima ac multis templis aedifici[is]que magnificis splendida.

Damiata, Damiatis, Dimi[a]tha, *Damiette*, *Damiat*, *in Nied[er]ägypten am Nil*; adj. Damiatinus.

Damnonium s. Ocrinu[m] Prom., Britanniae Rom. in Damn[o]niis s. Dumnoniis prom. ad Africu[m] h. *Cap Lezard*.

Danai, posteri Danai, filii [Be]li, qui, cum Aegypto fratre de [re]gno decertans, ab hoc pulsus Arg[os] fugit ibique consedit, unde Da[nai] apud Ciceronem sunt Argivi, ap[ud] poetas Graeci, qui ab eodem eti[am] Danaidae nominantur; adj. Dana[us].

Danapris v. Borysthenes.

Danaster v. Tyras.

Dania, *d. Kön. Dänemark*; Da[ni], Danigenae; *d. Dänen*; adj. Danic[us] v. etiam Chersonesus Cimbrica.

Danica Silva, *Dänischw[old] Landsch. in Schleswig*.

Danicum Fretum v. Fret. D[a]nicum.

Dantiscum v. Gedanum.

Danubius, maximus Europ[ae] fluvius tribus fontibus circa Ab[no]bam montem in Germania ort[us] hanc a Vindelicia et Norico seju[n]git, Pannoniam permanat, Daci[am] a Moesia utraque dividit, et p[ost]quam sexaginta fluminibus, magn[am] partem navigabilibus, receptis, s[ec.] veterum sententiam, septem ost[iis] in Pontum Euxinum emittitur. A

um ejus nomen Matoas fuit, ubi nferiora pervenit, sec. Ptol. in- b urbe Axiopoli, Ister vocatur; *onau*; adj. Danubianus.

anum, urbs Brigantum in Bri- ia Rom.; fort. h. *Doncaster*.

aphne, es, Daphnae Pelu- a, Taphne, Taphnae etc. ellum in finibus Aegypti In- ad Pelusiacum s. Bubasticum Nili m; h. *Safnas, Saphnas*.

aphne, urbs Syriae in Seleucide Orontem. Ibi Daphne Apollinis lexus fugiens in laurum conver- est. Loci amoenitas, aquarum a, coelique temperies luxuriae m praebuit, unde natum pro- ium: Daphnicis moribus agere. e eundem locum erat Daph- is Lucus s. lauretum LXXX. iorum in circuitu, Apollini et ae sacrum, cujus nulla nunc igia extant, in eoque Apollinis hnaei fanum. H. *Brit - el - Mas, - el - Maa.*

aphnus, urbs mari propinqua idis, prius Phocidis, inter Si- Opuntium et Oram Epicnemi- am.

Drapsa, Adrapsa, urbs Per- in Bactriana; h. quibusd. *Ba- l.*

Dardania, regio Troadis, quae tea Mysiae accessit; incolae Dar- i et Dardanii; adj. Dardanius, dănus, Dardanis.

Dardania, Dardănus, Dar- num, Dardanium, urbs Dar- iae ad Rhodii fl. in Hellepontum um, a Dardano, Teucri genero, dita. In hac Sylla cum Mithri- e pacem confecit.

Dardania, Moesiae Super. regio belo et Scodro montibus, Pela- ia et Agrianis terminata; h. *d. udsch. Skopia od. Uskub in Servien*; colae Dardani.

Dardania, urbs Hispaniae Tar- in Cantabris ad Nervam fl. sita; *Orduna*.

Dardănus, mons Hispaniae Tar- c., Dardaniae vicinus; h. *Penna di rduna*.

Darvernum, Davernum, urovernum, Cantuaria, urbs antiorum in Britannia Rom.; h. *Canterbury*; adj. Durovernensis et Cantuariensis.

Dascўlos, Dascylēum, Das- cylĭum, urbs Bithyniae ad Pro- pontidem, prope Dascilitidem s. Das- cilim lacum; h. quidam *Diaschilo od. Diasquillo*, alii *Montagne* dicunt.

Dassarētae, Dissaritae, Dassaretii, Illyridis Graecae pop. ad occidentales Macedoniae fines, inter Parthinos, Penestas et Apsum fluv. habitans, cujus regio Dassare- tia dicebatur; h. *im Osten von Al- banien*.

Datum, Datos f., urbs Thra- ciae australis, inter Nessi ostium et Neapolim ad Pangaeum Montem; h. *Cavalla*; adj. Datenus.

Daulis, idis, Daulia, Dau- lium, Dauliorum Urbs, Phoci- dis ad Parnasi radices opp. in mon- te positum, inter Chaeroneam et Delphos, notum fabula de Philomela, Procne et Tereo. Minervae templum habuit; h. vicus *Daulia od. Daulla*; incolae Daulii; adj. Daulius, Dau- lias, ădis, et Daulis, idis.

Daunia s. Dauni Regnum, Daunias, adis, poet., Ital. Infer. regio inter Frentonem et Aufidum fluvios. Fuit pars Japygiae s. Apu- liae, ex tribus illis, quae eam con- stituebant. Strabo Japygiae incolas fuisse narrat Sallentinos, Calabros, Peucetios, Daunios, post Calabros omnem regionem ab incolis dictam esse Apuliam. In constituendis ho- rum populorum terminis auctores valde fluctuant. H. fere ubi *Terra di Bari* et *Capitanata*; adj. Daunius, Dauniăcus.

Daventria, Devonturum, *Deventer in d. Niederlanden*.

Dea Augusta v. Augusta Dea.

Dea Vocontiorum v. Augu- sta Dea.

Deborus v. Doberus.

Decapolis, Decapolitana Regio, Decapolitanus Tra- ctus, regio Palaestinae ad boream, et sita ad occasum Hippi monti; sub Romanorum ditione Coelesyriae ad- jecta est; incolae Decapolitani.

Decelīa, urbs Atticae, circiter CXX stadiis Athenis ad boream distans, prope Cephissi fontes, quam Cecrops condidisse fertur. Hanc Spartani auctore Alcibiade munive-

runt; h. al. *Biala-Castro*, al. *Vigla* dicitur; adj. Decelensis.

Decetia, Decitia, Galliae Lugdun. ad Ligerim opp.; h. *Dezise*.

Decem Pagi, Decempāgi, urbs Mediomatricorum in Gallia Belg., inter Tabernas et Divodurum posita; h. *Dieuze*.

Deciātes, Deceates, Deciatii, Galliae Narbon. populus, juxta maritimam oram inter Forum Julii et Varum fluv. circa Deciatum sedens.

Deciātum, Deceatum, Decietum, opp. Galliae Narb., finitimum Liguriae et Varo flumini, sec. Melam inter Antipolim et Nicaeam; h. *Desitze*.

Decii Ara, locus in occidentali Moesiae Infer. parte. Ibi Decius Imper. cum filio, contra Gothos pugnans, cecidit.

Dei s. Deorum Facies v. Euprosopon.

Delas, Sillas, Silla, Assyriae fluvius. In Zagro monte ortus Artemitam permanat et prope Ctesiphontem Tigridi jungitur; h. *Diala*.

Delium, Boeotiae oppidulum in ora maritima inter Aulidem et Asopi ostium situm, cum Apollinis templo, ad exemplum Delii exstructo, et Latonae atque Dianae statuis; h. *Dramisi*.

Delmatae v. Dalmatae.

Delminium v. Dalmium.

Delus, Delos, Graeciae ins., quae Cycladum media habetur. Dicta est olim Cynthia, Ortygia, Asteria, Lagia etc. Delus appellata est vel a genitura, vel a vaticiniis, vel quod post diluvium Ogygium, cum tenebris alia laterent, ipsa prima apparuerit, sole collustrata. Sita fuit ad Rhenēam, quo incolae defunctos transportare solebant. Apollinis et Dianae natalibus inclaruit splendidoque Apollinis templo, in quo artificiosa ara, ex cornibus compacta, inter septem mundi miracula referebatur. Ibi Apollo colebatur missis in Delum legationibus, ludis, quos quinto quoque anno agebant. In ea Graeci commune aerarium deponebant. Etsi arida erat et saxosa, tamen commoditas portus et sinus mercatum adjuvabant. Habuit plures urbes. Hodie antiqui splendoris multa reperiuntur vestigia, et tot tantique marmoris acervi, ut novae urbi temploque sufficere videantur. Notandus porro mons Cynthus. Olim Cares tenuerunt, post Athenienses. A Persis incolae benevole tractati sunt. In bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus submoti Adramytteum in Asia concesserunt, paulo post tamen reducti. A Romanis, qui insulam Mithridati eripuerunt, a. U. DLXXXVII Atheniensibus tradita est; quo facto insulani in Achajam commigrarunt. Cum Rhenea vocatur h. *Dili*, *Dilos*, nautis *Sdilli*; incolae Delii; adj. Deliacus, Delius; Delus, poet.

Delphi, opp. Graeciae in Phocide. Olim παρνάσια νάπη, Parnasia Vallis, a Parnaso, monte vicino dictum est, tum Pytho, denique Delphi, quod alii ab Apolline, in delphinem mutato, alii a Delpho, Apollinis filio, ducunt. Situm erat in australi Parnasi parte, in cujus vertice fanum et urbs fuit, non muris sed praecipitiis defensa, Cephisso flumine praeterfluente. Oraculo inclaruit, quod commune generis humani vocat Livius, et ludis Pythicis. In eodem Amphictyones vere tempore, ut Anthelae autumni, de publicis rebus deliberaturi, conventus agebant; h. *Castri*; cives Delphi; adj. Delphicus, Delphiticus; Delphis, idis, f.

Delphi, Delphium, Delft, Delfum, *Delft, in Südholland.*

Delphinātus, Delfinatus, *ehem. Prov. Dauphiné in Frankr.* Delphinates, um, *die Einw.*

Delphini, Delphinos, Delphini Portus, urbs Liguriae; h. *Porto Fino im H. Genua.*

Delta, n., Aegypti Infer. pars inter Phathneticum et Bolbitinum Nili ostium, dictum a triangulari forma, quam a Nilo accipit; h. *Insel Delta*, al. *Mahelek.*

Delta v. Patlene.

Demetrias, ădis, urbs Pelasgiotidis in Thessalia ad Pagasaeum Sinum in Magnesiae finibus. Demetrii Poliorcētae opus erat atque Macedoniae regum sedes; h. quibusdam *Dimitriada.*

Demetrium, Demetrion, opp. Thessaliae in Magnesia, sec. al. i

[Ph]thiotide ad sinum Maliacum; h. [Zi]ctria quidam vocant.

Deobriga, urbs Autrigŏnum in [Hi]spania Tarrac. prope Iberum; h. [Mi]randa de Ebro.

Deodătum, Theodata, *Dotis* [o]. *Tata in Ungarn.*

Deorum Currus, Θεῶν Ὄχημα, [Af]ricae occidentalis montes altissi[mi]; fort. h. *Sierra Leona.*

Deorum Insulae, Hispaniae [Ta]rrac. e regione Promont. Artabri, [si]., quarum sec. Plin. sex, sec. Ptol. [i]tem duae sunt; h. putantur esse [d.] *kl. Bayonischen Inseln.*

Deorum Portus, Divini Por[t]us, plur., Mauretaniae Caes. urbs [por]tu instructa, inter Sigam et Car[te]nnas posita; h. al. *Arzeu*; al. *Marz-[e]-kibir.*

Derbe, es, Derbae, urbs Asiae [M]in. in Lycaonia et Isauriae fini[bu]s ad Anti-Tauri radices, sedes [An]tipatri, tyranni et Ciceronis ami[ci]; h. *Deribia*; incola Derbes, ētis.

Derbīces, Derbiccae, Der[bi]ci, Derbissi, Dercebii, Der[bi]i, pop. Persiae in Margiana [Hyr]caniae finitimus, in utraque Oxi [ri]pa habitans.

Derris, Derrhis, prom. Mace[don]iae in Sithonia ad Toronaeum [si]num; h. *Cap Drepano.*

Dertōna, Dertona Colo[ni]a, Dertona Julia, Derthon, [D]erton, urbs Liguriae; h. *Torto[na]*; adj. Dertonensis.

Dertōsa, Municipium Der[t]osa, Colonia Julia Augu[s]ta Dertosa, Julia Illergavo[n]ia Dertosa, Hispaniae Tarrac. [op]p. ad Iberum, mari vicinum; h. *[T]ortosa.*

Deserta Bojorum, Pannoniae Super. regio, a Travo fluv. usque ad Cetium montem pertinens. Nomen a Bojis habet, qui in Bojohemum migraverant.

Deucaledonius Oceanus, rectius Ducaledonius, v. Caledonium Mare.

Deuriŏpos, regio Macedoniae in Paeonia inter Axium et Erigonem fluvios; incolae Deuriopi.

Deva, Deuna, Cestria, Cornaviorum in Britannia Rom. urbs primaria; h. *Chester.*

Develtum, Deultum, Develtus Colonia, Colonia Flavia Pacensis Deultum, opp. Thraciae prope Pontum Euxinum; h. *Zagora od. Develto.*

Devona v. Divona.

Devonturum v. Daventria.

Dia v. Dea Augusta.

Dia v. Naxus.

Dia v. Dium.

Dia, Standia, insula in Cretico Mari, vicina Cretae septentrionali orae; h. *Standia.*

Diamuna fl. v. Jomanes.

Dianium, Graecis Artemisia, ins. Tyrrheni Maris prope Igilium et contra Cosanum littus in Etruria; h. *Giannuti.*

Dianium, Aphrodisium, Hemeroscopion, opp. Hispaniae Tarrac. in Contestanis positum ad Dianium Prom., quod Massiliensium opus esse narrant; h. *Denia*; cives Dianenses.

Dianium, Artemisium, Ferraria, Hispaniae Tarrac. promont. ad Sucronensem Sinum e regione Ebusi insulae; h. *Cap Martin*, incolis *Artemus* dictum.

Diarrhytus v. Hippo-Diarrhytus.

Dibio v. Divio.

Dicaea, Dicaeae, Dicaeopolis, urbs Bistonum in Thracia prope Bistonidem lacum; h. *Bauron.*

Dicaearchia v. Puteoli.

Dictaeum Antrum, specus in orientali Cretae parte atque, ut probabile est, in Dicte Monte, Jovi sacratus, in quo Rhea filium suum celasse Saturnum fabulantur.

Dictamnum, Dictynna, urbs Cretae ins. ad caurum sita, prope Dictamnum Prom. Ab ea dictamnus s. dictamnum nomen invenit, herba vulneribus sanandis utilissima; h. *Dictamo.*

Dictamnum, Dictynnaeus Mons, prom. Cretae ins. ad caurum situm. A Dictynna Nympha, quae ibi colebatur, nomen adeptum est. Circa idem Dianae Dictynnae templum erat.

Dicte, Dictaeus Mons, in orientali Cretae parte, Jovi sacer; h. *Lasthi, Lassiti.*

Dictynna v. Dictamnum.

Didattium, Dola, Dolum,

urbs Galliae Belgicae in Sequanis ad Alduabim fl.; h. *Dole*.

Didyma, Sidyma, Sidymorum Civitas, urbs Lyciae, Crago vicina; incolae Didymi.

Didyme, Didymae, una ex Aeoliis Insulis ad Siciliam, a figura dicta fertur; quippe in duas rupes s. colles distincta. Vitium frugumque fuit feracissima. Ignis vestigia in faucibus apparent. H. *Salini*, *Saline*.

Didymotychos, urbs Thraciae ad Hebrum fluv.; h. *Demotica*, *Dimotika*.

Digentia, parvus Sabinae fluvius, qui Horatii villam alluebat atque in Anienem exibat; h. al. *Licenza*, al. *Rio del Sole*.

Diglito s. Diglath v. Tigris.

Diluro v. Eluro.

Dindymus Mons, Mysiae Min. prope Cyzicum mons, Rheae sacer, unde etiam Dindymene vocatur, cujus ibi templum erat, ab Argonautis exstructum.

Dindymus s. Dindyma, orum, mons altissimus Galatiae in Phrygiae finibus apud Pessinuntem, Cybelae sacratus.

Diocaesarea, urbs Cappadociae Magnae in Garsauria; h. *Tisaria*.

Diocaesarea, Ciliciae Tracheae opp. prope Calycadnum fluvium.

Dioclea, Doclea, metropolis Docleatarum in Dalmatia, Diocletiani natalibus clara; h. al. *Medon*, al. *Antibarum*; cives Docleatae.

Diolcus, Graeciae regio, quae angusto tramite Helladem Peloponneso annectit, Megarensium tractus. Nomen accepit ἀπὸ τῶν ὁλκῶν i. e. a machinis, quibus trahebant naves inter Cenchreas et Lechaeum portum. H. nominari solet *Hexamili* s. *Examiglia*.

Diomedea, Diomedia, Diomedis Insula, Trimetus, Teutria, maxima insularum Diomedearum; quarum Strabo duas, Ptolom. quinque memorat; in Mari Supero contra littus Apulum sita. Celebratur tumulo et delubro Diomedis, et maxime Diomedis avibus, quas erodios dicunt; in eadem Julia, Augusti neptis, diem obiit; h. *St. Domingo*; nunc tres numerantur, quae omnes *Isole di Tremiti* nominantur.

Dion, Dium, Colonia Di[...]sis, Colonia Julia Aug[...] Diensis, Diensis Urbs, [...] Macedoniae in Pieria ad Sinum T[...]maicum; h. *Katrina*.

Dion, Dium, Macedonia[e] Chalcidice urbs, mari vicina, [...] Athonis radices.

Dionysopolis, urbs Phr[...] Magnae prope Juliopolim; h. [...] incolae Dionysiopolitae.

Dionysopolis v. Cruni.

Dioryctos, Dioryctus, [...] est Acarnaniae trium stadiorum [lon]gitudine, ubi Leucadia insula [...] accolarum aut fluctibus mari[...] a continenti abscissa est.

Dioscorias, adis, Dioscu[...]serius Sebastopolis et So[...]polis, urbs Colchidis in flexu [...]tico Ponti Euxini, in Heniochi[...] men ejus fluxit a Dioscuris, q[...] Argonautarum expeditione Po[...] ingressi sunt, atque a pluribu[s] jus urbis conditores feruntur. [...] aliquando tam celebris fuit, u[...]mosthenes, teste Plinio, tre[...] nationes dissimillimis linguis i[...] descendisse prodiderit, quod fr[...]tis commercii causa factum es[t] *Iskuriah*, *Isgaur*; al. *Savalop*[...]

Dioscoridis Insula, Eryt[...] Maris magna insula ad Arabia[m] al. *Socotora*, al. *Mazira* s. *Maz*[...]

Diospolis, Diospolis Par[...] Jovis Oppidum, urbs N[...] Diospolitae in Thebaide ad occi[den]talem Nili ripam; h. vicus *How* *Hou*.

Diospolis v. Cabira.

Diospolis v. Laodicea ad L[...]cum.

Diospolis v. Lydda.

Diospolis Magna v. The[...] in Aeg.

Diospolis Parva v. Diospo[...]

Dirce, fons Boeotiae prope T[he]bas, qui in Ismenum influeb[at]. Nomen reperit a Dirce, Lyci, Th[e]barum regis, conjuge. Ad eum [...] dari aedes positae erant; adj. [...]caeus.

Diritodis, idis, Teredon, [...] urbs Babyloniae. Ibi Alexandri [...]sis appellebatur. H. in ruinis j[...] prope *Balsoram*.

Dium, Dia, urbs Euboeae [...] maritima ad caurum sita; h. *Ag*[...]

Dium v. Dion.

Divini Portus v. Deorum Portus.

Divio, Diviodunum, Diviosense Castrum, Dibio, urbs ...nita Lingonum in Gallia Belg.; ...; adj. Divionensis, Dibionenses.

Divodūrum, Divodurum Mediomatricorum, Mediomatri... Meti, Metti, Mettis, is, ...etae, Mettae, Metensis ...bs etc. Mediomatricorum caput ...Gallia Belgica Mosellae adjacens; *Metz*; cives Metenses, Mettenses, ...; adj. Mettensis.

Divōna, Devona, Devonna, ...bona, rectius quam Bibona, ...Cadurcum, Cadurcus, Ca...rci, metropolis Cadurcorum in ...ia Aquitan.; h. *Cahors*, ubi ...phitheatri Romani rudera viden...; adj. Cadurcus et Cadurcensis.

Dobērus, Debōrus, urbs Ma...oniae in Paeonia, ad boream ...lae sita; h. *Devret-Hissar*, al. ...*a*, *Dibri*.

Dodōne, Dodona, passim Do...a, urbs Epiri. Alii ponunt in ...protide, alii in Molosside, quod ... sub Thesprotorum potestate ..., post ad Molossos venit, qui ...eter alios Epirum olim tenebant. ...rias nominis causas adferunt, qua... probabilior ducta est a Dodo... Epiri fluvio. Hanc urbem con...disse videtur Deucalion, cum post ...luvium e Thessalia eo venisset. Ibi ... querceto ad Tomarum montem ce...berrimum Jovis templum erat, cum ...tiquissimo Graeciae oraculo, un... Jupiter nominatus est Dodonaeus. ...eter oraculum memoranda haec ...bs est aere Dodonaeo. Stabant ...mpe duae columnae vicinae, in ...rum altera erat pelvis aerea, in ...tera pensile pueri simulacrum, ma...u flagellum aereum tenentis, quod ...nto impulsum pelvim feriebat et ...ongum tinnitum edebat. Hinc Do...donaeum aes de garrulo homine. Quidam ejus situm h. ignorari di...unt, al. *Heloni-Mon*, al. *Prosky...nis* vocant; incola Dodonigena, poet.; adj. Dodonaeus, Dodonius et Dodonis, f.

Dolchinium v. Olcinium.

Doliche v. Icaria.

Dolīche, Dolicha, urbs Thessaliae in Pelasgiotide, quae cum Azoro et Pythio Tripolitanam Regionem complectebatur; h. *Techala*.

Doliŏnes, populus Mysiae circa Cyzicum, inter Rhyndacum et Aesepum fluvios.

Doliŏnis, Doliona, Mysiae regio Aesepo propinqua; adj. Dolionius.

Doliŏnis, idis, i. q. Cyzicum.

Dolŏpes, um, populus Dolopiae in Thessalia vel potius Epiro, in Pindi montis ad Africum declivitate; adj. Dolopēius, Dolopēis, idis.

Domitiopolis, Dometiopolis, urbs Ciliciae Tracheae in Seleutide prope Isauriae fines.

Dora Baltea v. Duria Major.

Dora Riparia v. Duria Minor.

Doris, idis, regio Cariae inter Sinum Ceramicum et Sinum Doridis, quam Cares incolebant ante, quam Dores ex Hellade ibi consederant; incolae Dores.

Doris, idis, Helladis regio, Phocide, Oeta monte, Aetolia et Locris Ozolis terminata. In ea Cephissi fontes sunt; incolae Dores, um, Dorienses; adj. Doricus, Doriensis, Doris, idis; Dorius, Dorus, poet.

Doriscus, Thraciae castellum non procul Hebri ostio, et juxta illud magnus campus, itidem Doriscus appellatus, in quo Xerxes copias suas mensus est sic, ut myriadem in unum locum cogeret, quem circulo circumscripsit ac septo ad circuli modum cinxit, quo alias deinceps myriadas metiretur. H. videtur esse *Tusla*, al. *Dyme*.

Dornovaria v. Durnovaria.

Dorostěrum, Dorostorum, Durosterum, Durosteron, Dorostolus, Dorostena, urbs Moesiae Infer. ad Istrum, in qua legionis XI. Claudiae erat statio; h. *Silistria*.

Dorověrnia v. Darvernum.

Dorsum Tridentinum, *d. Berg Dos b. Trient*.

Dorus fl. v. Echedorus.

Dorylaeum, Doryleium, Dorylaeium, opp. Phrygiae Epicteti ad Bathyn fluv.; h. *Eski-Shehr*; cives Dorylaei, Dorylenses; adj. Dorylaeus.

Dovonia v. Dubris.

Drangiana, Drangina, Persiae regio, sita inter Paropamisum et Sariphos montes, Ariam, Paratacenen, Carmaniam et Arachosiam; h. *Prov. Sedschestan*, *Sistan*.

Dravus, Drabus, Draus, Duras, Norici fluvius. In Rhaetiae finibus ortus Pannoniam Super. permanat, eam ab Inferiore dividit et prope Cornacum in Danubium effunditur; h. *Drave*, *Drav*, *Drau*.

Drepăne, Drepanum, post a Constantino M. ex matris nomine **Helenopolis** dicta, urbs Bithyniae Propontidi adjacens.

Drepane v. Corcyra.

Drepănum, Drepana, orum, opp. in occidentali Siciliae ora, ad promont. cognomine positum, quod Hamilcar bello Punico primo aedificare coepit. Nomen adeptum esse videtur a situ, quod in falcis modum incurvatum erat. Ibi Anchises e vita excessit. H. *Drapani*; cives Drepanitani; adj. Drepanitanus et Drepanensis.

Drepănum Prom. v. Rhion Prom.

Drepanum Promont., in occidentali Siciliae parte, ad orientem Aegatum ins. situm; h. *Cap Trapani*.

Drepanum Promont., in orientali Siciliae parte, inter Tauromenium et Messanam; h. *Capo di Alessio*.

Drilo, Drilon, Drinus Albus, Drinius, Illyrici fluv. in australibus Dalmatiae finibus. Duo sunt, quorum alter s. Albus in Scardo monte fontes habet et h. *Drino Bianco* vocatur, alter autem s. Niger e Lychnido lacu emanans h. *Drino Negro* dicitur et Albo junctus apud Lissum in Mare Superum excurrit.

Drocum, Drocae, Druodorum, Durocasses, Durocassae, Durocassium, Druĭdum Fanum, opp. Eburovicum in Gallia Celtica; h. *Dreux*.

Dromos Achilleos v. Achilleos Dromos; h. *Rossa Dscharigatsch*.

Druentia, Druentius, fluv. Galliae Lugdun. Oritur ad Alpium Cottiarum radices atque infra Avenionem in Rhodanum funditur; Hunc Hannibal trajecit et Romani in eo navigabant. H. *Durance*.

Druidum Fanum v. Drocum.

Drusiana Fossa v. Fossa Drusiana.

Drusias, adis, opp. vel castellum Palaestinae in Samaria ab Herode M. in Drusi, Liviae, Augusti conjugis, filii, honorem exstructum.

Drusomagus, urbs Vindeliciae; h. al. *Druisheim*, al. *Memmingen*, *Drüsen* in Rhaetia.

Drymaea, Drymae, Drymia, Drymos, urbs Phocidis prope Cephissum. Cereris templum habebat eique Thesmophoria ibi celebrabantur; h. *Dadi*.

Dryŏpes, um, Doridis in Graecia Propr. pop., juxta dextram Cephissi ripam sedens, qui partim in Epirum, partim in Boeotiam migrarunt.

Dryopolis v. Alcimoenum.

Dubis, Dubius v. Alduabis.

Dubris, is, **Dubrae, Dubrae Portus, Ad Portum Dubris,** Cantiorum in Britannia Rom. opp. ad Fretum Britannicum cum portu. Arx ejus iam Julii Caesaris tempore bene munita erat.

Ducaledonius Sinus v. Caledonium Mare.

Dulcinium v. Olcinium.

Dulichium, Dulichia, Dulichna, Oxēa, insula Echinadum in Mari Jonio contra Acarnaniam, ad euronotum Ithacae, una earum, quas Ulysses imperio regebat; h. al. *Neochori*, al. *Cacava*; incola Dulicheus et Dulichiōtes; adj. Dulichius et Dulichinus.

Dumna, ins. supra Britanniam Barb., quam alii Orcadibus, alii Aemodis annumerant. H. *Hoy*, ...

Dunelmum, Durnelmum, Duremum, *Durham in Engl.*; adj. Dunelmensis.

Dunkeranum v. Eblana.

Dunum, Menapiorum in Hibernia opp.; h. *Down*, *Down Patrick*; adj. Dunensis.

Dura, Duria v. Marcodurum.

Duranius, Duranus. Durantia, Drona, Dronon ia, fluv. Galliae Aquit. Oritur in Arvernis ad radices Cebennae Montis atque infra Burdegalam in Garumnam emittitur; h. *Dordogne*.

Duras v. Dravus.

Duregum v. Tigurum.

Duremum v. Dunelmum.

Duria, Duria Major, Dor...

[Du]ria, Galliae Transp. in Salassis [fluv.], qui in Alpibus Grajis fontes [habet], Augustam Praetoriam atque [Ep]orediam praeterlabitur et contra [In]dustriam in Padum effunditur; h. [Do]ria.

[D]uria Minor, Dora Riparia, [Gal]liae Transp. fluvius. Oritur pro[pe] Ocelum in Alpibus Cottiis et [pro]pe Augustam Taurinorum Pado [mi]scetur; h. *Toria.*

[D]uricortora v. Durocortorum.

[D]uringia, Duringa v. Thu[ringia].

[D]urius, Dorius, Hispaniae [Tarrac]. fluvius. In Celtiberis fon[tes h]abet, Numantiam et Sergan[tiam] praeterlabitur, ac tum Lusita[niam] ab Hispania, Tarrac. sejungit [et] in Mare Atlanticum evolvitur. [Aq]uarum mole Tajum superat, at[que a]urum vehere quidam narrant; [h. D]uero, *Duro.*

[Du]rnomăgus, urbs Ubiorum in [Gall.] Belg. inter Coloniam Agrip[pina]m et Novesium; h. *Dormagen.*

[Du]rnovaria, Durnovarium, [Du]rnovaria, Durnium, Dar[nov]arda, Dorcestria, urbs Du[rotrig]um in Britannia Rom. h. *Dor-[chester]*.

[Du]robrīvae, Coritanorum in [Brita]nnia Rom. ad Aufonam fluv.; [a]l. *Brigh-Casterton*, al. *Caster.*

[D]urobrīvis, Durobrēvae, [Rh]offi, opp. Cantiorum in Britan[nia] Romana, inter Durovernum et [Lon]dinium; h. *Rochester*; adj. Rhof[fens]is s. Roffensis.

[D]urocăsses, Durocassae, [Dur]ocasses, Durocassium v. [...]um.

[D]urocatalauni v. Catalauni.

[D]urocobrīvae, Durocobri[vis], urbs Catyeuchlanorum in Bri[tann]ia Rom., inter Magiovinum et [Ver]ulamium; vulgo *Harford*, *Hart-[for]d*; al. *Great Berk*, *Hamsted*, al. [Dun]*stable*; adj. Hartfordiensis.

Durocornovium v. Corinium.

Durocortŏrum, Durocortorum Remorum s. Rhemorum, Duricortora, Civitas Remorum, post Remi, metropolis Remorum in Gallia Belg., inter Augustam Suessionum et Catalaunos sita, florentissima atque artis oratoriae magistris clara; h. *Reims*; adj. Remensis.

Durolītum, opp. Trinobantum in Britannia Rom., ad septentrionem Londinii; h. al. *Leiton*, al. prope *Rumford*, al. *Oldford.*

Durostadium v. Batavodurum.

Durosterum, Durostorum, v. Dorosterum.

Durovernum v. Darvernum.

Dyme, Dymae, ante Palea, urbs Peloponnesi in Achaja; mari vicina atque ad euronotum Araxi sita. Philippo, Macedonum regi, se dedidit, post a Romanis, duce Sulpicio, expugnata, eoque a Pompejo M. colonia missa est; h. *Kaminitza*, *Chaminitza*; incolae Dymaei; adj. Dymaeus.

Dyme, urbs Thraciae, propinqua Hebro flumini, inter Trajanopolim et Plotinopolim.

Dyrrachium, Illyridis Graecae opp., portu commodissimo celebratum. Antiquius nomen fuit Epidamnus, ab Epidamno, regionis illius rege, ejusque conditore. Fuerunt, qui vetus nomen in auspicatius commutatum esse dicerent. Post debellatum Persea Macedoniae contributa atque inde Epiro Novae adscripta ejusque metropolis facta est. Trajectu e Brundusio Italiae in Graeciam maxime innotuit. Terrae motu intercidit a. CCCXLV. H. ibi est *Durazzo*; incolae Dyrrachīni; adj. Dyrrachinus.

Dyscelădus, Maris Superi ins. ignobilis, quam quidam h. *Pago* nominant; alii Issae ins. cognomen esse dicunt.

Easo v. Oeaso.

Eberobritum v. Eburobritium.

Eblāna, urbs Hiberniae in Eblaniis, Mari Hibernico adjacens; h. *Dundalk* - Dunkeranum; al. *Dublin*.

Ebŏra, Liberalitas Julia, Liberalitas Julia Ebora etc. urbs Hispaniae Lus. inter Tagum et Anam, quae jure Latii gaudebat; h. *Evora*.

Ebŏra, castellum Hispaniae Baet. in Turdetanis ad Baetin; h. quibusdam *San Lucar de Berrameda*.

Ebŏra, urbs Hispaniae Tarrac. in Callaicis ad Tamari ostium; h. *Obre*; al. *Muros*.

Eborăcum, Colonia Eboracensis, Colonia Eboracum Leg. VI Victrix, Eboracum Leg. VI Victrix, Brigantum in Britannia Rom. urbs magna et splendida, in qua Leg. VI Victrix stationem habebat, eademque municipium erat. Ibi Septimius Severus et Constantius Chlorus vitam posuerunt; h. *York*.

Eborica, Eborĭcae v. Mediolanum Galliae.

Eborōdūnum, Eburodunum, Eburunum, Metropolis Ebor odunum, Castrum Ebredunense, opp. Caturigum in Gallia Narbon. in ardua rupe exstructum, quam Druentia alluit; h. *Embrun* - Ebredunum, Emborodunum, Embrodunum Caturigum.

Ebrodūnum, Eburodunum, Eborodunum, urbs Galliae Belg. in Pago Urbigeno Helvetiorum ad Obrim; h. *Yverdon od. Iferten*.

Ebūdes, Ebudae, Hebudes, Hebudae, Hebrĭdes, ins. Britanniae Barb. in Caledonio Mari sitae, quarum alii XXX alii V tantum numerant; h. *d. Hebridischen Inseln*.

Eburobritium, Eberobrium, opp. Hispaniae Lusit. inter Tagum et Mundam fluvios, h. *Alcobaza* - Alcobatia.

Eburodunensis Lacus v. Neocomensis Lacus.

Eburōnes, um, pop. Galliae Belg. juxta utramque Mosae ripam, quorum caput Atuatuca erat. Sedes eorum occupabant Tungri, quos quidam et Eburones unum esse populum statuunt.

Ebŭrum, opp. Quadorum in Germania Magna ad Marum fluv. h. *Olmütz* - Olmutium; alii Philecian eodem loco positam fuisse putant.

Ebrunum v. Eborodunum.

Ebŭsus, Ebusia, Eboa..., Ebysos, Ebyssos, Pityusa Major, Interni Maris ins. ad Hispaniam Tarrac., major Ophiusa, altera Pityusarum Insularum. Div... pecoris, ficuum et sacchari fuisse d... citur; *Jviça*, *Iviza*; adj. Ebusius ... Ebusitanus.

Ebŭsus, Ebusium, Ebusu... Phoenissa, quod Poenorum er... colonia, urbs quondam primaria i... sulae cognominis; h. *Iviça*.

Ecbatăna, orum, Ecbatana, ae, Ecbatana Medorum s. Mediae, caput Mediae, sedes regum Medorum, et inde a Cyro etiam Persarum, a Dejocle, Medorum rege, condita atque a Seleuco ampl... ficata est; h. *Amadan*, *Hamedan*.

Echedōrus, Dorus, Macedonia... fluvius. In Crestoniis ortus Mygd... niam permanat et in Thermaicu... Sinum effluit; h. *Granea* quida... vocant.

Echinădes, Echīnae, Oxea... ins. Maris Jonii. Sitae sunt ad A... toliae et Acarnaniae oram atque Ach... loi ostium. In eorum numero di... crepant auctores, quorum alii qui... que, alii novem numerant. Parv... erant, steriles et nautis inaccessa... Putantur h. esse *Curzolari*.

Echīnus, Thessaliae in Phthi... dite opp. ad Maliacum Sinum; ... *Echinon*, *Echina*.

Edessa, Aedessa, Edĕs... urbs Macedoniae in Emathia. Quo... dam regum sedes et sepulcroru... locus; h. *Edessa*, al. *Vodena*; ad... Edessaeus.

Edessa, Edessa Calyrrho... Edesa, Metropolis Coloni... Edessenorum, Antiochia, M... sopotamiae opp. in Osroëne ad Sci... tum fluviolum, quod Nimrodus co... didisse fertur, idemque a Traja... exercitu eversum est, post a Justi... no, cum terrae motu corruisset s... culo V denuo aedificatum atqu... Justinopolis appellatum. In hac u... be Caracalla Imper. diem obiit. I... colae Edesseni; adj. Edessenus. ...

Orfa, *Urfa*. *Er - Roha*. *Rakka*, ubi antiquitatis multa vestigia apparent.

Edēta, urbs Hispaniae Tarrac. prope Turiam fluvium; h. *Liria*, *Leria*, ubi Romanae antiquitates videntur.

Edetania, Sedetania, Hispaniae Tarrac. regio orientalis, quae [illegible] Strabonem a Carthagine Nova usque ad Sucronem fluvium extenditur; h. fere pars *Valentiae* et *Arragoniae*; incolae Edetani, Hedetani, Sedetani; adj. Sedetanus.

Edinum, Edinodunum. Alata Castra.

Edissa, Edissae, (Odysseae), [illegible] cum portu in Sicilia versus occidentem Prom. Odyssei et Syracusarum.

Edoni, Edones, pop. Thraciae in Edonide, mari propinquus et juxta utramque Angitae fluminis ripam habitans; adj. Edonus, Edonius et Edonis, idis, i. q. Thracius.

Edulius Mons, Hispaniae Tarrac. montes a Pyrenaeis incipientes, qui Vasconum regionem orientalem secant atque prope Caesaream Augustam porriguntur; h. quidam *Jaca*, *Jacca* vocant.

Egeriae Lucus, in Latio prope Romam et Ariciam nemus et fons, Almoni fluvio propinquus.

Eggyna v. Engyinum.

Egidōra, Aegidora, Epidora, Eidora, Eidera, *Eider*, *Fl. in Schleswig u. Holstein.*

Egilium v. Igilium.

Egnatia, Gnatia, urbs Italiae Infer. in Peucetia, mari propinqua, inter Barium et Brundusium. Haec ad radices montis sita decurrentibus aquis saepe devastabatur. H. *Torre d'Agnazzo*, al. *Giovenazzo*.

Eila, Eilana v. Elana.

Eilei, (Ilea), locus Argolidis inter Troezenen et Hermionen, ubi arae erant Cereri atque Proserpinae sacratae; h. *Eleo*.

Eion, ŏnis, Macedoniae in Edonia opp. ad Strymonis ostium, quod portus erat Amphipolis; h. *Contessa*; al. *Rendina*, al. *Pondino*.

Eisacus v. Atagis.

Elaea, Elea, urbs Aeolidis prope Caici ostium, ante Cidaenis dicta. Conditorem habuit Mnesthea et Athenienses, qui illum ad Trojam secuti sunt. Fuit ibi Pergamenorum regum portus et navale. Ejus ager Elaïtis dicebatur, quem Caicus perfluebat. H. *Jalea*, vel *l'Alea*, al. *Ayasman*; cives Elaeenses.

Elaeus v. Eleus.

Elaiticus Sinus, ad oram Aeolidis ad occidentem Elaea, Adramytteni Sinus pars australis.

Elāna, Eilana, Eila, Aelana, Aila, in S. L. Elath, urbs Arabiae Petraeae ad Elaniticum Sinum posita. Ibi Salomo navalia habuit, atque inde mercatorias naves in Ophiram regionem misit. H. *Ailah*, *Aile*; cives Elāni.

Elaniticus, Aelaniticus Sinus, Aelanites Sinus, interior pars Sinus Arabici orientem versus; h. al. *Bahr - el - Akaba*, al. *Golf von Ailah*.

Elaphonnesus v. Proconnesus.

Elarona v. Iluro.

Elata, Elatas, fluv. Bithyniae, qui prope Diospolin in Pontum Euxinum exit; adj. Elataeus.

Elatēa, Elatia, Phocidis ad Cephissum fluv. opp., post Delphos maximum ejus terrae. Templum habebat Aesculapii. A Persis eversum, atque a Philippo ante praelium ad Chaeroneam expugnatum est; Romanos, duce T. Flaminio ipsum obsidentes, repulit. H. quidam *Elefta*, al. vicum *Elata* esse dicunt; incolae Elateenses.

Elath v. Elana.

Elatrīa, Elatīa, urbs Epiri in Thesprotia, Cocyti fontibus propinqua. H. in ruinis jacet, quae nomen antiquum retinere dicuntur.

Elăver, ĕris, Elaris, Elauris, Galliae Aquit. amnis. Fontes habet in Cebenna Monte, Gergoviam praeterfluit atque infra Noviodunum Ligeri miscetur; h. *l'Allier*.

Elcebus v. Helcebus.

Elĕa, Ella, Helia, Velĭa, Velea, Veliae, Hyela, urbs Italiae Infer. in Lucania ad fluv. Haletem. Phocaeensium erat opus, clarosque cives tulit Zenonem, Pythagoreum, Parmenidem, aliosque. H. *Castello a Mare della Bruca*; cives Eleātes, is, Veliensis et Velinus; adj. Eleaticus.

Elĕa, Hales, etis, Heles, Lu-

caniae fluvius, qui in Sinum Eleatem excurrit; h. *Pisciotta*, al. *Halente*.

Electra, Peloponnesi in Messene oppidulum; h. *Lept*, *Lapt*.

Electra, parvus Messenes fluv., qui urbem cognominem praeterfluit atque in Sinum Cyparissium emanat.

Electrĭdes, um, Germanici Maris insula, cujus situs ad Sinum Venedicum et Curonensem Lacum esse videtur, unde Romani succinum acceperunt, quod ab Aestiis colligebatur.

Electris, idis, Febra, ins. Italiae Infer. in Sinu Tarentino prope Tarentum; fere ubi h. *Monte Sardo*.

Elegium, urbs Norici Ripensis; h. *Erlach;* al. prope *Strengberg*.

Elēi, incolae Elidis, quam vide.

Elephantĭne, Elephantis, idis, Elefantine, es, Nili insula in Thebaide, ad africum Syenes, in qua urbs erat ejusdem nominis, clara Cnephidis templo et Nili mensore. H. *Elephantine*, *Geziret - Assuan od. Geziret el Sag*.

Elĕphas, antis, mons Aethiopiae supra Aegyptum, Avalitae Sinus orae vicinus; h. *Felles od. Baba Filek*.

Elĕus, Elaeus, untis, urbs Chersonesi Thraciae ad Hellespontum, vicina Sesto. Ibi sepulcrum erat Protesilai, ab Hectore occisi, ab eaque Alexander in Asiam trajecit. H. videtur esse *Critea*.

Eleūsa, Elaeusa, Elaeussa, Sebaste, ins. ad oram Ciliciae Tracheae Calycadni fluvii ostii versus orientem, cujus urbs princeps erat Sebaste. H. quibusdam *Sevesta*.

Eleusis, Eleusin, inis, Eleusine, urbs Atticae prope Athenas ad Sinum Saronicum, contra Salamina insulam. Nomen traxit ab Eleuso, Triptolemi patre, qui Cererem, filiam quaerentem, liberalissime hospitio excepit. Celebrem illam fecerunt inprimis fanum Cereris et sacra Eleusinia, Cereris mysteria. Hodie urbs ad vici tenuitatem delapsa est et vocatur *Lessina od. Lepsina*; adj. Eleusinius et Eleusinus.

Eleusis, inis, opp. Aegypti Infer. prope Canopicum Nili ostium apud Nicopolim, non procul Alexandria, quae a Caesare, ibi Ptolemaeum superante, etiam Juliopoli vocatur.

Eleuthera Cilicia, regio Ciliciae orientalis inter Amanum et Taurum montes versus Cataoniam et Syriam.

Eleutĕrae, urbs Atticae, Boeotiae finibus propinqua, ad Cithaeronis montis radices, cum Bacchi templo; incolae Eleutherenses.

Eleuthĕro - Cilĭces, incolae Ciliciae Eleutherae, Romanis semper inimici, quorum urbem Pindenissum expugnabat Cicero.

Eleuthĕro - Lacōnes, incolae in Laconicae ora maritima, quorum octodecim urbibus Augustus immunitatem dedit; h. *Mainotten in d. Landsch. Maina in Morea*.

Elia v. Heba.

Eliberi v. Illiberis.

Eliberri v. Illiberi.

Elice v. Helice.

Elienses, Elii v. Elis.

Elis, ĭdis, Eleorum Regio, Peloponnesi terra, Achaja, Arcadia, Messene terminata atque ab Araxo prom. usque ad Nedam flumen porrecta. Frugum erat ferax Jovisque tutelae inprimis commendata. Templum ejus continebat celeberrimum atque ludi ab Hercule instaurati quarto quoque anno Jovi apud Olympiam fiebant. H. *Belvedere*, incolae Elēi, Elii et Elienses; adj. Elēus.

Elis, is, Elis, idis, urbs princeps Elidis. Homeri tempore nondum stetit, sed post Persicum demum bellum ex vicis et pagis coaluit. Erat sine muris, quoniam sancta et inviolabilis habebatur. Fluebat per eam Peneus praeter gymnasium. H. ibi cernitur *Belvedere*, Graecis *Calloſcopium*; al. est ibi vicus *Kallivia*, al. ruinae *Palaeopoli* prope *Restouni*; incolae Elii; adj. Elius, Elidensis, Elidēus, Elias, adis, f.

Ellopia, oppidulum in Euboeae Ins. parte septentrionali, prope quam erant aquae calidae, Ellopiae dictae; incolae Ellopenses, ium.

Elmatia v. Salmatica.

Elōne, Limone, urbs Thessaliae in Perrhaebia ad Olympi radices prope Peneum.

Hesperidum Horti, hos plures in Cyrenaica non procul Berenice esse dicunt in nemore sacro, Lathoni fluvio vicinos, illosque Virgilius in Mauretaniam prope Atlantem ponit.

Hesperidum Portus, in Cyrenaica portus, qui Lathonem fluv. excipiebat.

Hesperis, Hesperia, Hesperides, urbs Cyrenaicae, serius Berenice dicta, a Berenice Ptolomaei uxore. Sita fuit juxta Tritonidem Lacum et Boreum ad Syrtis fauces; v. Berenice Cyren.

Hestiaea, urbs Graeciae in Doride.

Hestiaea, Istiaca, Orĕus, urbs maritima Euboeae, propinqua Maliaco Sinui; h. *Oreo;* incolae Istiaeenses et Oretae.

Hetricŭlum, opp. in Agro Bruttio prope Argentanum; h. *Lataraco.*

Hetruria v. Etruria.

Hexamilium v. Lysimachia.

Hexapylos, pars Neapolis Syracusarum, ut videtur; sec. al. porta Neapolis.

Hiberia e. q. Iberia ad Caucasum; incolae Hibēri.

Hiberia e. q. Hispania, incolae Hibēri.

Hibernia, Juverna, Juvernia, Juverna, Jerne, medio aevo Scotia Major, Hibernia Scotorum Insula, Britanniae ad occasum solis opposita insula, quam Britannos et Hispanos frequentasse tradunt. Primum Graecis per Phoenices innotuisse videtur. Adortus eam primo est Agricola. H. *Irland;* incolae Hiberni; adj. Hibernicus.

Hibernicum Mare s. Fretum Hibernicus Oceanus, inter Britanniam et Hiberniam mare; h. *St. Georgencanal od. d. Irländische Meer.*

Hibis v. Ibis.

Hiĕra, una trium Aegatum Insularum, quae h. *Marettimo* dicitur.

Hiĕra, Thermissa, Therasia, Vulcania, Vulcani Insula, quam Strabo etiam Vulcani Templum vocat, quae propterea quod Vulcano sacra fuit, Hiera vocatur, Aeoliarum Insularum una Siciliae propinqua. In ea fabrilem artem Vulcanus exercere credebatur; h. *Volcano;* incola Hieronesites et Hieronesius.

Hiĕra Germe, Germe, Germae, urbs primaria Hellesponti in Mysia Min. ad Rhyndacum, CC a Cyzico stadiis distans; h. *Ghermusti.*

Hiĕra, antea, Pytna, Hierapytna, Hiera Petra, Camirus Cyrba, urbs maritima Cretae in ora australi, vicina Idae monti; h. *Gierapietra, Girapetra.*

Hierabriga, urbs Hispaniae Lusitan. inter Olisiponem et Scalabim.

Hieraconpolis, Accipitrum Urbs, in Thebaide s. Aegypto Super. urbs ad ortum Nili sita, in qua accipitres colebantur.

Hierăcum s. Accipitrum Insula, Sinus Arabici ins. ad Arabiae Felicis oram, inter Polybii et Socratis Insulam.

Hierăcum Insulae e. q. Accipitrum Ins.

Hierae Odoi e. q. Exampaeus.
Hierapolis v. Bambyce.
Hierapolis, urbs Phrygiae Magnae prope Menandri ripas, pluribus templis thermisque ornata, memorabilis etiam antro sub Apollinis templo, quod mortiferos vapores exhalabat; h. *Pambuk - Kalessi od. Bamburkeser;* cives Hierapolitae.
Hierapytna v. Hiera Cretae.
Hierăsus, Gerăsus, Gerasus, Gerazus, fl. Daciae, qui in Bastarnicis Alpibus ortus in Istrum evolvitur; h. *der Pruth.*
Hierichus Nova, urbs Judaeae non procul Hierichunte posita.
Hierĭcus, Hierichus, untis, Hiericho, us, Ericos, in S. L. Jericho, Palmarum Civitas, opp. Judaeae a Jordane LX et Hierosolymis CL stadiis distans, nobile palmetis et balsami viridariis; a Josua eversum Davides instauravit; quinque castellis erat munitum, idque Herodes M. ornavit; a Vespasiano deletum Adrianus refecit. H. vicus est tenuis *Rihah, Rikha, Racha,* dictus; adj. Jerichuntinus et Jerichontinus.
Hierocaesarea, urbs Lydiae prope Aeolidis fines sita; h. quibusd. *Aich;* incolae Hierocaesarienses.
Hierŏmax, ăcis, Hieromiace, es, fluv. Palaestinae in Decapolitana regione, qui Gadoram praeterfluit atque infra Lacum Genesareth in Jordanem effunditur; h. *Germuk,* al. *Scheria Manadra,* al. *Wadi Awarid.*
Hieron Oros, Sacer Mons, Teches, Asiae in Ponto mons inter Arzem et Trapezuntem situs, Moschicorum Montium latus; h. *Tekmann.*
Hieronēsus, Interni Maris ins. inter Siciliam et Africam sita.
Hieropolis v. Augusta Tiberii.
Hieros, Troadis fluv. ex Ida monte prolapsus.
Hierosolўma, orum, Hierosolyma, ae, Hierosolima, ae, Hierusalem, Hierusolima, in S. L. Jerusalem, Jebus, Salem, Davidis Urbs, Oppidum Munitum, Sacer Mons; Aelia Capitolina, Aelia Capitolia, Aelia etc, metropolis Judaeae; antiquissima et clarissima urbium Orientis, quae a pluribus gentibus expugnata et haud semel funditus eversa est. Posita erat in quinque collibus, qui Zion, Acra, Moria, Ophel et Bezetha dicebantur, triplici muro et CLXIII turribus septa erat et XXXIII stadiorum circuitum habebat; h. *Jerusalem, Solimun,* Turcis *Kods - Cherif od. El - Kods;* incolae Hierosolymitae. Hierosolymitani, Hierosolymi, Jebusitae; adj. Hierosolymitanus, Hierosolymus et Hierosolymarius.
Hierosolymitana Solitudo, Hierichuntina Solitudo deserta in Judaea loca, inter Hierosolyma et Jericho, latrociniis infamata, ubi mons Quarantania attollitur; h. *Wüste Juda.*
Hilăra, Hilaria, Vindeliciae fluv., qui in Alpibus fontes habens Danubio miscetur; h. *Iler.*
Hildesia v. Ascalingium.
Hilicanum v. Alicanum.
Himella, Sabinorum fl. parvus, qui Casperiam alluit atque in Tiberim infunditur; h. *Aja.*
Hīmĕra Siciliae fluv., qui in duas divisus partes una salsam vehit aquam, altera dulcem et utraque in Nebrode monte fontes habet. Verum non gemini sunt alvei unius fluvii, sed diversi fluvii, quorum alter *Fiume Salso*, versus meridiem in Mare Internum exit, alter, *Fiume Grande od. di Termini,* aquilonem versus prope Himeram fluit atque in Tyrrhenum Mare effunditur; olim uterque Himera dictus.
Himĕra, urbs Siciliae prope fluvii cognominis ostium, Syracusanorum opus, quae a Carthaginiensibus destructa in Thermis revixit, unde etiam Aquae s. Thermae Himerenses et Thermae appellatur atque colonia ab Augusto eo deducta Colonia Augusta Himeareorum Thermit. vocabatur; h. *Termini.*
Hippacra, Hippacrae, opp. Africae Propr. in Zeugitana; cives Hippacritae.
Hippagrĕta, Hipponăcra, urbs Africae Propr. in Zeugitana inter Uticam et Carthaginem, ab Agathocle, Syracusanorum tyranno, portu instructa.
Hipparis, fluv. Siciliae; h. quibusd. *Carina.*
Hippia, e. q. Phalanna.
Hippĭci Montes, in Sarmatia

Asiat. siti, pars borealis Ceraunio-rum montium.

Hippius v. Hypius.

Hippo v. Vibo.

Hippo, ōnis, urbs Hispaniae Tarrac. in Carpetanis.

Hippo Diarrhȳtus, Hippo Zarȳtus, Hippo Zarrhytus, Hipponensis Colonia, urbs Africae Propr. in Zeugitana, inter Uticam et Thabracam ad mare posita. Cognomen Diarrhyti accepit ab aquarum irriguis. Ab ea Hipponensis Sinus appellatus est. Ante sub Carthaginiensium, postea sub Romanorum erat imperio; h. *Bizerta*; adj. Hipponensis et Hippozariensis.

Hippo Regius, Colonia Gemella Iulia Hipponensis Pia Augusta, Hippona, urbs Numidiae maritima. Ita dicta est, quod regum ibi sedes erat praecipua. Ex ejus ruinis postea *Bonam* urbem ortam esse putant. Inclaruit maxime Augustini episcopatu.

Hippocrēne, fons in Boeotia ad Heliconis radices, Musis sacer et Pegasi ungula exortus, unde Persius eum Fontem Caballinum dicit.

Hippodrŏmos, Hypodromus, opp. Africae apud Aethiopes Hesperios situm.

Hippŏla, urbs maritima Peloponnesi in Eleuthero-Laconibus, XXX stadiis a Taenaro remota; h. *Maina*.

Hippolāus, Sarmatiae Europ. promont. inter Hypanis et Borysthenis ostium.

Hipponia e. q. Hippo Regius.

Hipponagra v. Hippagreta.

Hipponēsus, urbs Cariae ad Sinum Ceramicum sita.

Hipponium v. Vibo.

Hipponnēsos, Sinus Ceramici inf., Cariae littori propinqua.

Hippophăgi, Persidis pop. inter Rapsios et Suzaeos habitans.

Hippŏrum, Agri Bruttii urbs maritima inter Locros et Zephyrium; h. quibusd. *Felo*.

Hippos, opp. Palaestinae in Decapoli ad Lacus Gennesareth ripam; h. *Szamera* dici volunt; cives Hippēni.

Hippūris, is, et Hippuris, idis, ins. Maris Cretici prope Anaphen et Astypaleam; h. *Fidulse*.

Hippus, urbs Joniae propinqua Maeandri ostio; h. *Gippo*.

Hipsus, Ipsus, opp. Phrygiae Maj. Innotuit pugna a Seleuco et Antigono ibi pugnata.

Hira, prius Alexandria, urbs Chaldaeae, Mandarorum regia; h. *Mesjed Ali*, *Iman Ali*.

Hira, Messeniae opp., quod Agamemnon cum sex aliis Achilli dotem promisit.

Hirpini, pop. Italiae in Samnio, originem a Samnitibus trahens atque inter Campaniam et Apuliam ad Appenninorum radices sedens; h. ubi *Terra di Lavoro*; adj. Hirpinus.

Hispălis, Hispal, Ispalis, Colonia Romulensis, Colonia Romulea, Turdetanorum in Hispania Baet. urbs antiqua et mercatura insignis, Herculis, ut tradunt, vel Phoenicum opus. Caesar eam post praelium Mundense recuperavit. H. *Sevilla*; adj. Hispalensis.

Hispani, Iberi, Spani, Hispaniae incolae, qui genus cum Celtis, Pyrenaeos superantibus, miscuerunt, unde Celtiberi dicti sunt et maximus Iberiorum populorum fuerunt, qui sub Romanorum imperio a Praetore vel Proconsule regebantur.

Hispania, Iberia, Ispania Spania, apud poetas Hesperia Hesperia Ultima, Celtiberia Cuniculosa, Europae terr occidentalis, inter Pyrenaeos Montes, Atlanticum, Mediterraneum e Cantabricum Mare posita. Olim a Ibero fluvio Iberia, a Graecis atqu antiquissimis Italis Hesperia, ejusqu pars media a Celtis, eam occupantibus, Celtiberia nominata est. Du centis fere a. C. n. annis in Citeriorem et Ulteriorem, sub Augusto i Hispaniam Baeticam, Lusitanicam Lusitaniam, et Tarraconensem dividebatur. H. *Spanien*; adj. Hispănus, Hispanicus, Hispaniensis, Ibe cus et Iberiăcus, poet.

Hispanum Fretum f. q. Gad tanum Fretum.

Hispellum, urbs Italiae Med in Umbria, non procul Asisio, qua etiam Flavia Constans et Coloni Julia Hispellum dicebatur. In

natus erat Propertius. H. *Spello*; incolae Hispellates et Hispellenses.

Hister, tri, i. q. Danubius.

Histonium, Istonium, opp. Frentanorum in Italia Infer. prope Trinii ostium; h. *Vasto d'Ammone* - Giastum Ammonium, Vastonium.

Histria v. Istria.

Histriopolis v. Istropolis.

Holmia, Holmoe, Holmus, Holmi, urbs Ciliciae Tracheae, Calycadni ostio vicina; incolae Holmienses, ium.

Homerītae, populus in australi Arabiae Felicis parte, inter Chatramotitas et Sabaeos sedens.

Homerīum, delubrum Homero a Smyrnaeis, quem civem suum esse confirmabant, in urbe sua dedicatum.

Homŏle, es, mons Thessaliae in Phthiotide; adj. Homolōis, idis.

Homōna, Homanada, orum, rectius Homonada, urbs Asiae Min. in Lycaonia, finibus Isauriae propinqua; h. quibusd. *Ermenak*.

Honorias, adis, Bithyniae regio, a Theodosio II in honorem avunculi Honorii ita appellata.

Hora e. q. Ora.

Hormiae e. q. Formiae.

Horrea Margi, Orrĕa, Oromago, locus Moesiae Super. inter Viminacium et Serdicam ad Margum amnem situs; h. quibusd. *Morava Hissar*.

Horreum, urbs Epiri in Molossis, finibus Thessaliae vicina.

Hortana e. q. Ortona.

Hostilia, Hostiglia, vicus Veronensium in Gallia Transpad. ad Padum situs; h. *Hostiglia*; al. *Hostia*.

Hunnicus Pagus, Hunnorum Tractus, Sauromatum Regio, montium in Germania jugum asperum ac silvosum, Vogesorum latus, quod ab Hunnis, Sarmatia profectis, nomen invenit; h. *Hundsrück*.

Hunnum, Britanniae Rom. castellum, vallo Romanorum vicinum; h. quibusd. *Scaven-Shale*.

Hyampēa s. Hyampeus v. Parnasus.

Hyampolis, urbs Phocidis, posita in angustiis, quibus Phocis ex Thessalia et Locris Epicnemidiis aditur; h. *Jamboli*.

Hyampolis, urbs Phocidis in Parnasso posita.

Hyantes, um, Boeotiae populus a Cadmo in Phocidem depulsus, ubi Hyampolim condebat; adj. Hyantēus et Hiantĭus.

Hybla, mons Siciliae, propinquus Hyblae Parvae, et floribus apibus jucundis ferax.

Hybla, Hybla Major, urbs Siciliae inter australem Aetnae declivitatem et Symaethum fluvium in Agro Catanensi sita; h. al. *Giaretta*, al. *Paterno*; incolae Hyblenses et Hyblaei.

Hybla Minor, Hera, Heraea, urb Siciliae inter Agrigentum et Acras ad cognominis fluvii fontes sita; h. *Ragusa*.

Hybla Parva v. Megara.

Hydaspes, Hydaspis, Bidaspes, Indiae intra Gangem fluvius. Fontes habet in Emodis Montibus, Acesini miscetur, cum eoque in Indum illabitur; h. *Behat*, *Behut od. Dschenab, Jenaub*; al. *Betuit od. Ilhum* al. *Schantru*; accolae Hydaspii; adj. Hydaspēus.

Hydaspes, fluv. in Perside; al. i. q. Choaspes in Susiana.

Hydralis, Thraciae rivus Byzantio vicinus; h. *Belgrado* - Belgradus.

Hydrēa, Maris Aegaei ins. Argolidi ad meridiem, e regione Buportmi montis sita; h. *Hydra*.

Hydruntina Provincia, Hydruntinus Ager, Aletina Provincia, *Prov. Lecce*, in *Terra d'Otranto*.

Hydruntum, Hydrus, untis, Odrontum, urbs maritima Calabriae, colonia et municipium; h. *Otranto*.

Hydrus, mons Calabriae prope Hydruntem.

Hyela v. Elea.

Hydrussa v. Andros.

Hydrussa v. Cea.

Hydrussa v. Tenos.

Hylas, Hyla, Bithyniae fluv. prope Prusam ad Olympum, qui lacum cognominem perfluebat atque in Cianum Sinum exibat. In eo Hylas Argonauta, Herculis comes, suffocatus est.

Hyllus, Ellus, Phrygius, Phryx, Joniae fluv., qui in Lydia

ortus Hyrcaniam praeterlabitur atque in Hermum funditur.

Hymettus, mons Atticae haud procul Athenis remotus, optimi mellis copia abundans et marmore nobilis; h. *Telovuni* Graecis. *Monte Imetto od. Matio* Italis; adj. Hymettius.

Hypacăris, Hypacyris, Carcinites, Sarmatiae Europ. fluv., qui e lacu emanat, Gerrum recipit atque apud Carcinen urbem in Carcinitem Lacum influit; h. *Canikschak*, al. *Desna*.

Hypaepa, orum, urbs Lydiae ad australem Tmoli declivitatem sita, propinqua Caystro flumini; h. *Birghi od. Berki od. Topoi od. Ipepa* ruinae; incolae Hypaepeni.

Hypănis, Bycus, Sarmatiae Europ. amnis, Tyram et Borysthenem interfluens atque in Borysthenis ostium illabens; h. *Bog*.

Hypănis, Bardanias, fluv. Sarmatiae Asiat.; ortus in Caucaso prope os Bospori Cimmerii in Pontum Euxinum effunditur; h. *Kuban*.

Hypănis, Hypasis, Hyphasis, Bibasis, Indiae intra Gangem fluv., qui fontes habet in Emodis Montibus et prope Mallorum Oppidum Indo jungitur; h. *Beyah*, *Beypasha*.

Hypăta, Thessaliae Propr. s. Thessaliotidis opp. ad Sperchium fluv. situm. Postea Aetoli hanc urbem occuparunt, ibique conventus egerunt; h. *Patratsiki*, *kl. Patras*; al. *Spates*; cives Hypataei.

Hyperborĕi, populi Europae et Asiae borealis, quos antiquissimi Graecorum scriptores ultra montium jugum, Graeciam a septententrione terminans, ponunt, quod Herodotus Rhipaeum dicit.

Hyperborĕi Montes, Sarmatiae Asiat. montes, quos nonnulli eosdem, atque Ripaeos esse putant; h. *Ural*.

Hyperborēus Oceanus i. q. Congelatum Mare, *das Eismeer*.

Hypereia v. Calauria.

Hyperesia v. Aegira.

Hyphasis fl. v. Hypanis Indiae.

Hypius, Hyppus, Hippius, Bithyniae fluv. inter Sangarium et Lycum, qui in Pontum Euxinum supra Prusam emittitur; h. quibusdam *Lippo*.

Hypius, Bithyniae mons, non procul Prusa ad Hypium distans.

Hypo-Chalcis v. Chalcis Aetoliae.

Hypodromos v. Hippodromos.

Hypsa, Siciliae fluv., qui Crimissum recipit, Selinum alluit, atque inter Agrigentum et Heracleam in Africum Mare illabitur; h. *Belice*; al. *Drago*.

Hypsipylaea v. Lemnus.

Hyrcāni, Hyrcanii, pop. juxta Caspium Mare sedens. Ab occasu contermini erant Mediae, a meridie Parthiae, ab oriente Margianae. Olim Hyrcani erant sui juris, post subacti ab Assyriis ad Cyrum defecerunt; tum subegit eos Alexander M., serius Seleucus, et Strabonis aetate Parthis subditi erant. Terra eorum Hyrcania s. Hyrcanis; h. *Tabarestan*, *Mazandaran*; adj. Hyrcanus et Hyrcanius.

Hyrcāni Macedones, Lydiae pop. in Hyrcano Campo, qui cum Macedonibus ibi habitantibus genus miscuerant.

Hyrcania v. Hyrcani.

Hyrcania, metropolis Hyrcaniae, prope Maxeram fluvium sita; h. quibusdam *Sebswar*.

Hyrcania, urbs Campi Hyrcani in Lydia; h. vicus *Marmara*; cives Hyrcani.

Hyrcanium Mare v. Caspium Mare.

Hyssus, Colchidis fluvius, qui in Pontum Euxinum effunditur; h. *Horchid*.

Hyssus, portus in Colchide, cognominis fluvii ostio vicinus.

I.

Jabadii Insula, Indici Maris ins., ad Africum Chersonesi Aureae sita; h. *Sumatra;* al. *Banca,* al. *Ilha do Mel.*

Jaxartes, Asiae fluv. ex montibus Indicis ortus, ubi Oxus disterminat Sacas et Sogdianos et hos atque Scythas Nomadas. Excurrit in Caspium Mare, ejusque ostia ab ostiis Oxi octoginta parasangis distabant. Scythae eum vocarunt Silin, illumque Alexander atque ejus milites putaverunt Tanain; h. *Sir,* vel *Sir Darja;* accolae Jaxartae.

Japygia, Italiae Infer. ultimus recessus s. paeninsula, a Graecis sic dicta, quamquam hoc nomine longior tractus atque ipsa Apulia antiquis temporibus signata fuit. Romani hujus paeninsulae, a Lucania separatae, partem superiorem, quae inter Apenninum et Adriaticum Mare est, Calabriam dixere; alteram, inter hunc montem et Sinum Tarentinum, Salentinorum Agrum s. Salentinam, Graeci vero Messapiam appellaverunt. H. *Terra di Otranto;* incolae Japyges; adj. Japygius.

Japygium Promontorium, Japagia Acra, Salentinum Prom. in Calabria; h. *Capo de S. Maria de Leuca, Cap Finisterre.*

Japyx, ygis, mons Japygiae.

Ibēra, Hispaniae Tarrac. opp. ad Iberum positum.

Ibēri, incolae primi Hispaniae aquilonaris, quos quidam colonos ex Asia habent; Iber, ēris, m.; adj. Iberiacus, Iberinus, Iberus, (Hiberus).

Ibēri, (Hiberi), Iberes, incolae Iberiae, Asiae regioni. Describuntur bellicosi, laboriosi, agricolae; iidem sub regum imperio erant.

Iberia v. Hispania.

Iberia, Asiae terra. Terminabatur a septentrione Sarmatiae parte, ab occasu Colchide, a meridie parte Armeniae Majoris, ab oriente Albania; h. ibi *Giurgistan od. Georgien.*

Iberiae Portae v. Caucasiae Portae.

Ibērus, Hiberus, Hispaniae Tarrac. fluvius, qui in Cantabris haud procul oppido Juliobrica oritur, per CCCCL M. P. fluit; navium per CCLX M. P. a Varia urbe capax est, atque in Mare Mediterraneum infra Dertosam, quam alluit, volvitur; h. *Ebro.*

Ibērus, fluv. Hispaniae Baet.; h. *Tinto.*

Ibērus, Asiae in Iberia fluv., qui Cyro miscetur.

Ibis, Hibis, is et idis, urbs vel castellum Hebdanomidis in Oeasi Magna.

Ibissa v. Ad Pontem Isis.

Ibliodūrum, Ibliodunum, opp. Mediomatricorum in Gallia Belg. inter Durocortorum et Divodurum; h. vicus *Beauville,* al. *Conflans en Jarnisi.*

Ibōra, Ibyra, urbs Ponti.

Icaedita v. Igaedita.

Icaria, Icaros, Icarus, Aegaei Maris ins., quae antea Doliche, Macris et Ichthyoëssa vocata est. Nomen accepit ab Icaro, Daedali filio. Milesiorum erat colonia. Quidam ab insula Icarium Mare dictum esse existimant, alii contra rectius statuunt, ob Icari in illo mari interitum. Binas in ea urbes notant. Sicca et montana fuit, ac templum Dianae, Tauropolium dictum, memoratur. H. *Nicaria, Ikaria.*

Icarium Mare, Icarium Pelagus, mare juxta Doridis, Cariae et Joniae littus et circum Icariam, pars Aegaei Maris ad Euronotum, quod ab Icaro, Daedali filio, in illud delapso, nomen reperit.

Icauna, Itumna, Itumna, (Icumna), Galliae Belg. fluvius, qui Antisiodorum alluit et Sequanae jungitur; h. *Yonne.*

Iccius Portus v. Portus Iccius.

Iceni, pop. Britanniae Rom., Trinobantibus et Catyeuchlanis finitimus; ubi h. *Suffolk u. Nortfolk.*

Icenorum Oppidum, in Britann. Rom.; h. *Ikworth od. Ihsworth in Suffolk.*

Ichnae, urbs Macedoniae in Bottiaea, propinqua Axii ostio.

Ichnae, Ichniae, Ischnae, Mesopotamiae opp. Bilechae adjacens, Macedonum colonia. Prope illud Crassus a Parthis victus est.

Ichnusa v. Sardinia.

Ichthiophăgi, Arabiae Felicis pop., juxta Sinum Persicum incolens.

Ichthyophăgi, Hedrosiae pop. in ora Maris Erythraei.

Ichthys, prom. Peloponnesi in Elide non procul ab Alphei ostio. H. *Capo Zanchi*, al. *Capo Tornese*, al. *Capo Jardan.*

Iconium, Asiae Min. in Licaonia urbs celebris et florentissima; h. *Cogni*, *Konia*, *Konieh*; adj. Iconiensis.

Icosium, urbs maritima Mauretaniae Caes. non procul Caesarea, quae Herculis comitum opus esse traditur. Hoc enim illac transeunte, viginti, qui a comitatu ejus defecerant, locum urbi condendae deligunt, ac ne quis posito a se nomine gloriaretur, de conditorum numero urbi nomen inditur. Vespasianus eam jure latino donavit. H. ruinae ejus *Sersell* dicuntur; al. *Oran Horan*, *Waran* - Oranum vocant, alii aliter.

Ictis v. Vectis.

Iculisma, Engolisma, Engulisma, Iculisma, Inculisma, Aequolesima, Agesina, Ratiastum, Ratiatum, opp. Halliae Aquit. in Santonibus; h. *Angouleme*; incolae Iculismenses, Enculismenses Agesinates.

Ida, Idaeus Mons, altissimus Cretae, DC stadia ambitu complectens, atque in media insula positus. Nomen traxit ab Ida, Jovis nutrice. Proprie de Cretae et Troadis montibus dicitur, sed translatum est hoc nomen etiam ad alios montes. Celebritatem traxit a Jove ibi nutrito, in quo tamen valde variatur; hinc Jupiter Idaeus. H. vocatur *Ida*, vel ab hodiernis Graecis *Psiloritis*; ab al. *Monte Giove*.

Ida, Idaeus Mons, Troadis in Mysiae finibus mons, satis ab Homero celebratus. Spectat diversas coeli plagas et maria, ac duabus extremitatibus terminatur, quarum una est ad Zeliam, altera Lectum vocatur atque in varia excurrit cacumina, in quorum tamen notatione et numero variant auctores. Irriguus fuit multorum fluviorum fontibus, v. c. Scamandri et Simoentis, silvosus et altus, unde quisque celsus mons interdum Ida appellatur. Notus etiam Dearum certamine ac Paridis judicio; h. *Ida*. Summus ejus vertex Turcis *Kas - Daghi* vocatur; adj. Idaeus.

Idalium, Idalia, Isalda, urbs Cypri orientalis, quae templum et nemus habuit Veneri sacratum, hinc Idalia s. Idalie vocatae; h. quibusd. *Datin*; adj. Idalius.

Idomĕne, Idomenae, urbs Macedoniae in Emathia, Axio flumini propinqua.

Idubĕda, Hispaniae Tarrac. mons inter Segisamum et Bilbilin situs; h. *Sierra d'Oca*, *od. d. Gebirge v. Burgos u. Cuença.*

Idunum, opp. Norici; h. al. *Judenburg*, al. *Windisch - Matrey*, *Fleck. in Tirol.*

Jerne v. Hibernia.

Jernis, urbs Hiberniae; h. *Cashel* - Casselia.

Jernus, Hiberniae fluvius; h. fort. *Kilmare od. Suire.*

Igaedita, Icaedita, Icedita, Hispaniae Lusit. in Vettonibus opp., ubi h. vicus *Idanha Velha*, al. *Edania*; cives Icaeditani.

Igilgili, n. indecl., Igilgilis, Mauretaniae Caesar. urbs maritima et Augusti colonia; h. *Tigil od. Gigeri*; adj. Igilgitanus, Igilgilitanus.

Igilium, Aegilium, Egilium, ins. parva, Etruriae propinqua; h. *Giglio.*

Iguvĭum, Igubium, Aguvium, Inginium, Eugubium, opp. Umbriae ad Apennini radices; h. *Eugubio*, *Gubio*; incolae Iguvinates, ium, et Iguvini; adj. Iguvinus.

Ilarus, Ilargus, Itargus, Ilera, Vindeliciae fluv., qui in Alpibus Brigantinis ortus inter Licum et Lacum Brigantinum fluit atque in Danubium effunditur; h. *Iler*, *Iller.*

Ilercāo, Illerco, Illarco, opp. Ilercaonum in Hispan. Tarrac., ad Sucronem positum inter Valeriam et Cartejam; h. *Alarcon.*

Ilerda, Municipium Ilerda, Ilerdensis Urbs, metropolis Iler-

gētum in Hispania Tarrac. ad Sicorim fluvium. Ibi Caesar legatos Pompeji fudit, eorumque exercitum in deditionem accepit. H. *Lerida*, incolae Ilerdenses.

Ilia v. Ilipa.

Iliberis v. Illiberis.

Ilice v. Illice.

Ilienses, populus Sardiniae, quem quidam antiquissimum insulae illius esse putant.

Ilion v. Ilium Vetus.

Ilion, Ilium, opp. Macedoniae.

Ilionenses, incolae urbis in Latio.

Ilĭpa, Ilipa cogn. Ilia, Ilipa cogn. Ilia Italica, Municipium Ilipense, opp. Turdulorum in Hispania Baet.; h. al. *Alcolea*, al. vicus *Pennaflor*; incolae Ilienses, Ilipon enses.

Ilĭpa, urbs Hispaniae Baet. inter Onobam et Tuccos, L. M. P. ab Ilipa Ilia remota.

Ilipŭla, Ilipula cogn. Laus, Ilipula Magna, opp. Hispaniae Baet.; h. al. *Niebla*; al. *Villa Nouva del Rio*.

Ilipŭla Minor, urbs Hispaniae Baeticae.

Ilipŭla Mons, qui in Hispania Baet. attollitur et paene Calpen usque porrigitur. Latus erat Arenae Montium; h. fort. *Sierra Nevada od. Sierra de Alhamilla*.

Ilissus, Atticae fluv., qui in Hymetto monte fontes habet, Edianum rivum recipit et Cephisso junctus apud Phalerum in mare illabitur; h. *Ilisse*.

Iliturgis, Iliturgi, n. indecl., opp. Hispaniae Baeticae. Tempore primi Punici belli florentem in secundo P. Scipio evertit; post vero instaurata est sub Fori Julii nomine, eoque colonia deducta est. H. *Andujar del Vejo*, al. *Arjona*, al. *Beza*.

Ilium v. Ilion.

Ilium Novum, Ilium, Ilium Immune, urbs Troadis, Menandri ostio vicina, quae XXX stadiis a Troja versus occidentem sita erat. Principio vicus erat cum Minervae templo, qui ab Alexandro M. jure et nomine urbis ornatus est, per Lysimachum muro in circuitu XL stadiorum cinctus, tum a dignitate quidem discessit, sed sub Romanis rursus effloruit; h. oppidulum *Troja, Trojaki*; incolae Ilienses.

Ilium sc. Vetus; apud poetas Ilion, Ilios; Troja, urbs Troadis ad Scamandrum, quam Graeci Agamemnone duce obsidebant et post decem annos expugnabant. Serius emersit, Mysiae, Phrygiae et Aeolidis incolis frequentata, sed rursus lapsa est Ilio Novo florente; H. vicus est *Bunar Baschi* vocatus, incolae Ilii et Iliadae poet.; adj. Iliadus, Ilias, ădis, Ilius.

Illerco v. Ilercao.

Illergavonia v. Dertosa.

Illibĕris, Illiberi, n. indecl., Iliberi, Eliberis, idis, urbs Turdulorum in Hispania Baet., cujus ruinae sunt, ubi h. *Sierra Elvira*; adj. Illiberitanus, Eliberitanus, Eliberinus.

Illibĕris, Iliberis, Illiberi, Iliberris Ilyberis, Eliberri, Helenensis Civitas, Helena, Elna, urbs Galliae Narbon. magnarum opum. Eadem opulentia decidit. Ibi Hannibal castra posuit. Ibidem Magnentius Constantem interfecit et Constantinus M. in castello, a se exstructo, diem obiit. Ab eodem instaurata atque in matris Helenae honorem appellata erat; h. *Elne*.

Illĭce, Illici, n. indecl., Ilicias, ădis, Ilice, Colonia Immunis Illici, Colonia Immunis Illice Augusta, opp. Contestanorum in Hispania Tarrac. a mari remotius, quod dignitate sua sinui nomen dedisse videtur; Italico jure donatum est; h. *Elche*; cives Illicitani, Ilicitani, Licitani.

Illicitanus Portus in Hispania Tarrac. ad Sinum cognominem; h. *Port d'Alicante*.

Illicitanus Sinus, in Hispania Tarrac. a Carthagine Nova usque ad Dianium Promont. porrectus; h. *Golfo d'Alicante*.

Illiturgis, urbs Turdulorum in Hispania Baet.; h. prope *Andujar*.

Illurois v. Gracchuris.

Illyrĭcum, Graecis Illȳris, rarius Illyria, Europae regio, Mari Adriatico inter Asiam et Aoum flumina adjacens. Per Titium amnem in Liburniam et Dalmatiam divide-

batur. Illa Istriae contermina atque Occidentalis; haec Macedoniae propinquior adeoque Orientalis. Meridionalis pars Illyris Graeca, borealis Barbara dicebatur. H. *Albanien*, *Dalmatien u. Croatien*; incolae Illyrii; adj. Illyricus, Illyrius, Illyris, idis, poet., Illyricanus, Illyricianus.

Ilūro, Dilūron, Eluro, urbs maritima Laletanorum in Hispania Tarrac. inter Barcinonem et Blandas; fort. h. *Mataro*.

Ilŭro, Elarona, Bigerronum in Gallia Aquit. opp.; h. *Oleron*.

Ilva, Iloa, Ilba, Italiae insula Etruriae proxima. Olim atque etiamnum ferrum largissime effundit; hinc Aethalia Graecis dicitur. Habet circuitum C. M. P; h. *Elva*, *Elba*.

Imachăra, urbs Siciliae orientalis inter Centuripas et Herbitam; h. fort. *Traina*; incolae Inacharenses; adj. Inacharensis.

Imăus, mons Asiae, qui usque ad Gangis fontes extenditur, Scythiamque in duas partes, intra et extra Imaum, dividit. Tauri latus est et Caucasi, eumque ab accolis *Dalanguer* et *Nangrocot* appellari tradunt, aliis *Mustag od. Imaus* vocatur.

Imbrus, ins. Aegaei Maris ad Thraciam. Nomen invenit a Mercurio ibi culto, quem Imbranum appellant Cares. Inclaruit maxime Mercurii et Cabirorum cultu, qui antiqui Pelasgorum dii fuerunt, qui illa sacra invenerunt. Paruit haec insula olim Persis, Atheniensibus, donec ad Romanos veniret; h. Italis *Embro* vel *Lembro*; incolae Imbrii; adj. Imbrius.

Imbrus, locus Imbri insulae; h. *Embro*.

Immundus Sinus, Impurus Sinus, Sinus Arabici sinus in Thebaidis finibus prope Berenicen; h. *die faule Bay*.

Imola, Imolae v. Forum Cornelii.

Inachia, quibusd. e. q. Argolis, aliis e. q. Peloponnesus; incola Inachides, ae, Inachidae i. q. Argivi; Inachis, idis, adj. et subst. Inachius adj.

Inăchus, Peloponnesi fluv., ante Carmanor, deinde Aliacmon, denique a simili casu Inachus dictus est. Occurrunt autem duo maxime fluvii Inachi, Argolidis unus, alter Acarnaniae, quorum tamen situs miscetur. Nomen accepit ab Inacho, Argivorum rege. Oritur ex monte Artemisio, praeterfluebat Argos admodum tenuis fluvius, qui non nisi imbribus adjutus accolis aquam praebuit. Luciani aetate vix adeo alveus supererat. H. tamen alii eum *Planizza*, alii *Najo* nominari volunt; adj. Inachius et Inachis, idis, f.

Inarĭme, Enaria e. q. Aenaria.

Incibĭli, Intibili, n. indecl., Indibile, urbs Ilercaonum in Hispania Tarrac. inter Ildum et Dertosam. Apud eam Scipio Hannonem praelio superavit; h. quibusd. *San Matheo*.

Inculisma v. Iculisma.

India v. Aguntum.

India, in S. L. Hoddu, Hondu, maxima Asiae meridionalis terra, Paropamiso, Hemode atque Imao, Tauri montis latere, versus septentriones terminatur, austrum versus Mari Indico, atque in occasu Indo flumine, versus orientem incerti ejus fines. Veteribus hae regiones ignotae fere erant, praeter ea, quae Macedones in citeriore India lustraverant. Dividitur autem per Gangem in Indiam, quae intra Gangem atque in eam, quae est extra hunc maximum amnem. Incolis dicitur *Hindostan od. Hindustan*, nobis *Indien*; incolae Indi; adj. Indicus et Indus poët.

Indigetis Jovis Lucus, Latii nemus, inter Laurentum et Numicium fluvium situs.

Indoscythia, regio Indiae intra Gangem; incolae Indoscythae.

Indus, fl. Phrygyae, in Cibyratarum montibus ortus inter Cibyram et Tahas fluit atque Lyco jungitur.

Indus, Sindus, Asiae fluv., cujus fontes alii in Paropamiso, alii in Caucasi jugis ponunt. Hodie fontes sunt inter provincias *Caschmir* et *Caschjar*. Magnus fluit et in cursu divisus Patalenen cingit et Delta format, ac duobus ostiis in Erythraeum Mare effunditur. H. *Soor*, *Sur*, *Shinau*, *Sinde*, et praecipuum ejus ostium *Mehran*.

Industria v. Bodincomagus.
Inessa opp. v. Aetna.
Inferum Mare, Infernum Mare, poet., Etruscum Mare, Tuscum Mare, Tuscum Aequor, Tyrrhenum Mare, Tyrrh. Aequor, poet., Mediterranei pars juxta Italiam, inter Ligusticum et Siculum Mare; h. *das Tyrrhenische Meer*, od. *Mar di Toscana.*
Infra Thebas v. Hypothebae.
Inginium v. Iguvium.
Insāni Montes, Sardiniae montes a septentrione versus meridiem pertinentes.
Insŭbres, ium, pop. in Gallia Lugdun., ubi Ligeri et Bojis vicini erant, qui in Galliam Transpad. migrantes, ad meridiem Lacus Larii in utraque Adduae ripa consederunt et Mediolanum condiderunt; adj. Insuber, bris, bre, et subst. Insŭber.
Insula Sacra, Italiae ins., quam Tiberis ostiis suis facit; h. *Isola St. Bartholomaei.*
Intemelium v. Albium Intemelium; accolae Intemelii Ligures.
Interamna, Interamnium, Interamnia Piceni, Teramne, urbs Piceni in Praetutiis; h. *Teramo* - Teramum.
Interamna, Interamnium, urbs Umbriae a Nare amne circumflua. Fuit municipium et Taciti historici atque Taciti et Floriani Impp. patria. Olim a Sylla devastata est. H. *Terni*; incolae Interamnates, Interamnes et Interamnates Nartes; adj. Interamnis, e, Interamnas, atis.
Interamna, Interamna Lirinas, opp. Volscorum in Latio ad Melpis et Liris confluentes; h. *Teramo*; incolae Interamnes Succasini, Lirinates, um.
Interamnium v. Interamna.
Interamnium Flavium, opp. Asturum in Hispania Tarrac. prope Brigaecum; fort. h. *Ponferrada*-Pons Ferratus.
Interbromium, Inter Primum, Pelignorum opp. Aterno fluv. propinquum.
Intercatia, urbs Asturum in Hispania Tarraconensi.
Intercatia, opp. Vaccaeorum in Hispania Tarrac.; h. *Benavente.*
Intercisa v. Ad Intercisa.
Internum Mare, i. q. Mediterraneum M., a Freto Gaditano usque ad Syriam porrectum.
Intibili v. Incibili.
Intica v. Aguntum.
Inutrium, urbs Vindeliciae; h. *Mittenwalde*; al. *Inspruck.*
Jol v. Caesarea Mauret.
Jolcus, urbs Thessaliae in Magnesia non procul Demetriade ad Pagasaeum Sinum posita. Jasonis fuit patria, ibique Argonautae collecti ex portu Aphetis, septem stadia ab urbe distantibus, solverunt. H. *Boritzo*, al. *Jaco*, al. *Volo.*
Jomanes, Diamuna, Indiae intra Gangem fluv., qui in Emodis montibus prolabitur atque apud Palibotra Gangi miscetur; h. *Dschumna, Jumna.* Quidam eundem esse atque Erannoboam putant.
Jonia v. Achaja.
Jonia, Asiae Min. regio amoenissima, quae Aegaeo Mari, Aeolide, Lydia et Caria terminatur. In ea olim duodecim praecipuae urbes florebant. H. Turcis *Quiscor*; al. *Sarchan*; incolae Jŏnes; adj. Jonicus, Jonius, Joniacus, Jonus, Jonis, idis, subst. f.
Jonium Mare, quod Joniam alluit, quod vel pars est Aegaei Maris, vel pro Aegaeo Mari ponitur.
Jonium Mare, Ciceroni pro Adriatico dicitur.
Jonium Mare, Jonium Pelagus, Jonium, poet., Jonium Aequor, Jonius Sinus, poet., Maris Interni pars ea, quae infra fauces Adriatici inter Siciliam et Peloponnesum extenditur; h. *das Jonische Meer.*
Jos, ins. Cycladum in Mari Aegaeo, quae antea Phoenice a palmarum copia appellata est. Jos dicta est ab Jonibus. Ambitus ejus est XL. M. P. Portum habuit; Homero inclaruit, cujus mater Clymene ibi nata atque ipse ibi sepultus esse ferebatur; h. *Nio.*
Irasa, Irassa, urbs Africae in Cyrenaica.
Irēne, Irine, ins. Sinus Argolici; h. *Ceronisi*, al. *Psili.*
Irene v. Calauria.
Irenopolis, antea Neronias,

urbs Ciliciae Tracheae prope Calycadnum.

Iria, Ira, Liguriae fluv., qui Pado miscetur.

Iria Flavia, urbs Callaicorum in Hispania Tarrac.; h. *El Padron od. Padrono*; adj. Iriensis.

Irine v. Irene.

Iris, fl. Ponti, qui fontes habet in Antitauro, Comanam Ponticam et Amasiam alluit, prope Magnopolim Lycum excipit et prope Anconem in Pontum Euxinum effunditur; h. *Kasalmak od. Jekil - Irmak.*

Is, Babyloniae fluv., qui in superficie bituminis genus secum ferebat, quo in exstruendis Babylonis muris utebantur.

Is, Aeopolis, urbs Mesopotamiae Euphrati adjacens cum fontibus bituminatis; h. *Hit.*

Isaca, Isca, Usca, fluv. Dumnoniorum in Britannia Romana, in Oceanum Britan. se exonerans; h. *Ex.*

Isacus v. Atagis.

Isala, Isala Vetus, medio aevo Sala Bructerorum, fluv. Galliae Belgicae, in Bructeris ortus Isalae Novae miscetur, cum eoque in Flevonem Lacum emittitur; h. *die Alte Issel od. Yssel.*

Isāna v. Isinisca.

Isāpis, Sapis, Umbriae fluvius, qui non longe a Sarsina fontes habet, Galliam Cispad. permeat atque in Adriaticum Mare egreditur; h. *Savio od. Alps.*

Isara s. Isar, Isara Allobrogicus, Galliae Narbon. fluvius, qui in Veragris ortus Dracum excipit atque non procul Cebeno Monte Rhodano jungitur; h. *Isère.*

Isarci, pop. Vindeliciae, prope Isiniscam et juxta Isargum habitans.

Isargus, Isarcos, Isărus, Isara, Vindeliciae fluv., qui Ambram excipit atque in Danubium effunditur; h. *Iser.*

Isaura, orum, Isaurus, Isaura, ae, Isaurensium Urbs, opp. Asiae Min. in Isauria, Tauro vicinum, quod post Alexandri obitum a Perdicca, deinde a P. Servilio Isaurico Cos. eversum, atque ab Amynta, Galatiae rege, sub Augusto prope eundem locum instauratum est; h. al. *Serki*, al. *Sauro*, al. *Osci Schehri*; civis Isaurus et Isaurensis.

Isauria, Asiae Min. regio australis, Ciliciam, Lycaoniam et Pisidiam fines habens, quam P. Servilius cogn. Isauricus Romanis subjecit; adj. Isauricus et Isaurus poet.

Isaurus v. Pisaurus.

Isca, Isca Dumnoniorum urbs Britanniae Rom. in Dumnoniis ad Iscam s. Isacam flumen posita; h. *Exeter, Exon* - Exonia.

Isca Silūrum, Legionis Urbs, opp. Britanniae Rom. in Siluribus, in quo Legio Secunda Augusta collocata erat.

Ischălis s. Iscalis, urbs Belgarum in Britannia Rom.; h. *Ilchester.*

Ischnae v. Ichnae.

Ischopolis, Iscopolis, opp. Ponti ostio Melanthii propinquum; h. fort. *Tripoli.*

Iscopolis et Isea v. Busiris.

Isidis Oppidum v. Busiris.

Isinisca, Isunisca, Isarcorum Caput, locus Vindeliciae in Isarcis ad Isargum fluvium. Videtur esse h. *Isen* - Isāna; al. *Ismaning* dici volunt.

Ismăris, idis, lacus Thraciae inter Maroneam et Strymam.

Ismărus, mons Thraciae asper et incultus ex una parte, ex altera vinetis et olivetis ferax, quem Orpheus incoluit; adj. Ismarius i. e. Thracius.

Ismărus, Ciconum Oppidum, in Thracia ad Hebri ostium; adj. Ismaricus, Ismarus, poet. i. q. Thracicus.

Isis, Norici Ripensis fluvius. E lacu oritur atque juxta Ibissam in Danubium egreditur. H. *Ips.*

Ismēnus, Boeotiae fluv., antea Ladon dictus, qui ad septentrionem Thebarum fluit, in Hylicam lacum illabitur, nec procul Aulide in Euripum exit. Sacer erat Apollini Ismenio. H. *Ismeno*; Ismenides f. e. q. Thebaides s. Thebanae.

Isontius v. Sontius.

Ispalis v. Hispalis.

Issa, Hissa, Adriatici Maris ins., Dalmatiae adjacens, nec longe a Pharo distans, quae urbem habuit cognominem. Incolebant eam Graeci, post, cum a regibus teneretur, defecit atque in Romanorum fidem se tradidit. Laudabatur ejus vinum; h. Lissa; incolae Issenses, Issaei; adj. Issaicus, Issensis et Issaeus.

Issicus Sinus, Myriandrinus Sinus, Ciliciae Campestris sinus prope Issum, qui montium Ciliciae et Syriae extremitatibus includitur. H. *Golfo di Scanderoun*, *di Ajazzo od. Alexandrette.*

Issus, Issos, Issi, orum, urbs maritima Ciliciae Campestris, prope Amani Portas, ad quam Alexander Magnus vicit Darium, ideoque Nicopolis ab eo dicta est; h. *Adjazzo*, *Ajazzo*, *l'Ajaze*; civis Issaeus.

Ister v. Danubius.

Isthmus Corinthiacus, angusta terra inter Corinthiacum et Saronicum Sinus, quem perfodere conati sunt Demetrius Rex, Jul. Caesar aliique, infausto vero, ut Plinius, incepto. In eo templum Neptuno sacratum, prope quod tertio vel quarto quoque anno Isthmii Ludi in honorem Neptuni, a Theseo instituti, celebrabantur; adj. Isthmius, Istmicus, Isthmiacus.

Istiaea v. Hestiaea.

Istonium v. Histonium.

Istria, Histria, Maris Adriatici peninsula in Gallia Cispadana. Ipsa regio olim pars fuit Illyrici, sed ab Caesaribus adjecta est Italiae, ejus fines primum ad Polam, Istriae urbem, deinde ad Arsisiam fluvium, ultra Polam prolati sunt; h. *Istrien*, *Oesterreich*; incolae Istri s. Histri; adj. Istricus et Istrianus.

Istropolis, Histriopolis, Istros, Istrus, urbs Moesiae Inf. Ponto Euxino adjacens, quae nomen ab Istro fluvio accepit. Milesiorum fuit opus atque olim potentissima. Hodiernum nomen varie profertur, prout ejus situm constituunt; hinc aliis est *Proslowitza*, al. *Kiustange*, al. *Prostravina*; incola Istrius, Istreus (Ἰστρεύς) et Istropolitanus; adj. Istrius, Istrianus, Istrianus.

Itabyrios, in S. S. Thabor, mons Galilaeae Infer., Ad extremo tum Carmeli situs, quem XXX stadia altum fuisse Josephus refert; hodieque *Thabor.*

Italia, terra meridionalis Europae nobilissima atque amoenissima. Nomen sortita est secundum alios ab Italo rege et duce Siculorum, secundum alios autem a bobus, quos Graeci italos vocarunt. Antiquiora ejus nomina fuerunt Hesperia, ab Hespero, Itali fratre, vel, ut alii volunt, ab Hespero, sidere vespertino; porro Ausonia, ab antiquis interioris Italiae incolis; Saturnia a Saturno, qui ibi latuit, unde pars Italiae dicta est Latium, a latente Deo; Oenotria ab Oenotro. Italia Magna, Hesperia Magna, poet. Italia universa Supero atque Infero Mari et Alpibus circumscribitur. Sub Alpibus latissima est, atque a Ligustico Mari ad Illyricum usque extenditur. Dividebatur in Galliam Cisalpinam, a Gallis colonis possessam, atque in Italiam proprie sic dictam s. Mediam, et in Magnam Graeciam s. Italiam Inferiorem, a Graecis colonis habitatam. H. *Italien*; incolae Itali, Italici; adj. Italicus, Italus, Italius, Italis, idis, f.

Italica, urbs Euboeae non procul Chalcide.

Italica, Italicensis Colonia, Italicense Municipium, Trajani Civitas, Hispaniae Baet. in Turdetanis opp. ad Baetin fluv. Illustratum est natalibus Impp. Trajani, Hadriani, Theodosii atque poetae Silii, cogn. Italici. Sub Hadriano colonia Rom. factum est. H. *Sevilla la Vieja*; al. *Alcala del Rio*; incolae Italicenses; adj. Italicensis.

Italica et Italicum v. Corfinium.

Ithăca, Graeciae ins. in Mari Jonio. Nomen traxit ab Ithaco, eamque tenuit Ulysses. Habuit ambitum LXXX stadiorum. Tulit urbem cognominem cum portu, quare insula et urbs non ubique distingui possunt in Homero, qui insulam ut parvam, asperam et saxosam describit. Celebratur ibi antrum Nympharum et mons Neritos. Inprimis Ulysse nobilitata est. In hodierno insulae situ fluctuant, alia

eam *Thiachi*, alii *Dhaki*, alii *Cephalonia Piccola*, al. *Val di Compare* vocant; urbem quidam *Aita* vel *Vaitha* dicunt; adj. Ithacensis, Ithacesius et Ithacus; incola Ithacesius et Ithacus.

Ithōme, Thessaliae in Estaeotide opp.; h. *Grebegia.*

Ithōme, metropolis Messenes in monte cognomine posita; ab ea Jupiter Ithomatas et festum Ithomaea appellata sunt.

Ithōme, mons Messenes; h. *Monte Vurcano.*

Itius Portus v. Portus Iccius.

Iton, Itōnus, urbs Thessaliae in Phthiotide, cum Minervae Itoniae templo.

Itumna v. Icauna.

Itūna, fluv. Britanniae Rom.; h. *Eden.*

Itūnae Aestuarium, sinus Maris Hibernici inter Britan Rom. et Barbaram, in quem It illabitur; h. *Förth of Solway.*

Ituraea, Palaestinae regio m tana inter Trachonitidem et A nitidem, Syriam ab Arabiae d tis locis sejungens; h. al. *Dsch* al. *Bacar*; incolae Ituraei, Ity adj. Ituraeus.

Iturisa, Turissa, urbs Va num in Hispania Tarrac.; h. *St. phan*, al. *Sanguessa.*

Ityca v. Utica.

Iverna v. Hibernia.

Ivĭa, Callaicorum in Hisp Tarrac., qui in Oceanum Atl cum emanat; h. *Juvia.*

Ivodium v. Epoïssus.

Izannesopolis, opp. Mes tamiae ad Euphratem situm.

J.

Jabocus, in S. L. Jaboch et Jabok; Jobaccus, Palaestinae orientalis fluvius, qui in Monte Gilead ortus e regione Phasaëlidis Jordani jungitur; h. *Wadi Zerka od. S'erka.*

Jacca, urbs Hispaniae Tarrac. in Lacetanis, inter Calagurrim et Pyrenaeos Montes sita; h. *Jaca.*

Jader, ĕris, Dalmatiae fluvius, Salonam alluens atque in Adriaticum Mare illabens; h. *Salone.*

Jadĕra, Colonia Jadera, Colonia Claudia Augusta Felix Jadera, urbs Illyrici in Liburnia. Coloniam primum ab Augusto eo deductam esse putant, qui etiam ideo in monumento, quod ibi extat, parens coloniae vocatur; h. *Zara, Zara Vecchia*; cives Jadertini; adj. Jaderensis.

Jarmoch v. Hiemorax.

Jasi, Jassii, Pannoniae Super. pop., juxta Dravum incolens.

Jasius Sinus, Cariae occidentalis sinus; h. *Meerbusen v. Asem Kalesi od. v. Myllesch.*

Jaspis, opp. Hispaniae Tarrac. in Contestanis.

Jassii, Daciae pop. ad o Hierasi habitans; ubi h. *d. Walla*

Jassium, Jassum, Jas rum Dacorum Municipi metropolis Jassiorum in Dacia; *Jassy, Jasch.*

Jasus, Jassus, opp. Ca cujus incolae celebrem piscium catum exercebant. Urbs sinui men dedit, qui inde Jasius voc Extant hodie ejus ruinae apud cum, qui *Asem Kalesi* vocatur.

Jatrus, fluv. Moesiae In qui prope Nicopolim Danubio mi tur; h. *Otzuma.*

Jaurinum, Javarinum v. bonia.

Jazȳges Basilei, pop. Sar tiae Europ., a Ponto Euxino u ad Danubium habitantes.

Jazȳges Maeolae, pop. matiae Asiat. ad Paludem Maeo sedentes.

Jazyges, Metanastae, po lus, qui Sarmatia a Roxolanis pulsus inter Danubium et Tibis domicilium collocavit.

Jebus v. Hierosolyma.

Jericho v. Hiericus.

Jerusalem v. Hierosolyma.
Jetae, Jaeta, Jatum, castellum Siciliae, non procul Entella in monte situm; h. *Juto;* incolae Jetenses.
Jobaccus v. Jabocus.
Joppe, Jope, in S. L. Japho, urbs maritima Judaeae cum portu, excelso loco sita, unde Hierosolyma prospectare licuit. Maccabaeorum tempore belli calamitatibus graviter vexata, post a Romanis diruta est; h. vocatur *Jaffa;* adj. Joppicus.
Jordānes, Jordanis, Palaestinae fluvius maximus. Tribus fontibus oritur, Phialam, Semechonitidem et Tiberiadis lacus permanat, ac receptis pluribus fluviis minoribus in Asphaltiten lacum prolabitur; h. *Jordan od. Nahr-el-Arden.*
Jordanis Planities, in utraque Jordanis ripa, quae inde a lacu Genesareth usque ad Mare Mortuum extenditur. Hanc Josephus tantum describit, modo circa Hierichuntem fertilem et amoenam; h. *Gauer.*
Josedium, Josedum, Corbelium, Corbelium, urbs Galliae Celticae ad Sequanam posita; h. *Corbeil.*
Jovavia, Jovavium v. Juvavia.
Jovavus, Jovavius v. Juvavus.
Jovia, Lovia, urbs Pannoniae Super.; fort. h. *Legrad am Zufl. d. Mur u. Drau.*
Joviacum, Norici opp.; h. al. ..., al. *Gemünd am Traun.*
Jovis Oppidum v. Diospolis ...
Judaea, Syriae regio, quae vel late vel anguste ponitur, et Palaestinam modo continet modo excludit. Ejus terminos Josephus constituit Arabiam, Mare Internum, Lacum Aspaltiten et Samariam; h. e. theil v. *Sorien od. das heilige Land;* incolae Judaei; adj. Judaicus et Judaeus.
Julia v. Juliacum.
Julia Celsa, Celsa, urbs Hispaniae Tarrac. in Edetanis ad Iberum sita; h. *Xelsa;* incolae Celsenses.
Julia Clausa, Clausa, Venuca, castellum montanum Galliae Transpad. in Euganeis ad Athesin situm; h. *la Chiusa.*

Julia Contributa, Contributa, urbs Hispaniae Baet. in Baeturia; h. *Medina de las Torres.*
Julia Joza, Julia Traducta, Transducta, urbs maritima Hispaniae Baet.. Zeli et Tingi in Africa, nec non ex Italia colonos huc miserant Romani; h. *Tarifa.*
Julia Libyca, Julia Livia, Libyae Castrum, urbs primaria Cerretanorum in Hispania Tarrac., Sicoris fontibus vicina; h. *Llivia, Libia od. St. Julia;* al. *Puicerda.*
Julia Myrtilis, Myrtilis, Mirtylis, Mirtyllis, Vettonum in Hispania Lusitan. opp. ad Anam; h. *Mertola.*
Julia Paterna v. Arelas.
Julia Scarabantia, Scarabantia, Sopronium, Sempronium, urbs Pannoniae Super.; h. *Oedenburg;* al. *Scapring.*
Julia Traducta v. Julia Joza.
Juliăcum, Julia, Ubiorum in Gallia Belg. opp.; h. *Jülich;* adj. Juliacenus et Juliacensis.
Juliagordus, Gordi, Gordus, urbs Lydiae, posita inter Hermum fluvium et Sipylum montem.
Juliobōna, urbs Caletum in Gallia Belgica, Sequanae ostio vicina; h. *Lillebonne.*
Juliobōna v. Vindobona.
Juliobrica, Juliobriga, urbs Cantabrorum in Hispania Tarrac. Iberi fontibus propinqua; h. *Fuente d'Ivero;* al. *Val de Viesse;* incolae Juliobrigenses.
Juliodūnum, Pictonum in Gallia Celtica opp.; h. *Loudun* - Losdunum.
Juliomăgus, urbs Germaniae inter Rhenum et Danubium sita; h. *Stuhlingen;* al. *Blumeek,* al. *Pfullendorf.*
Juliomăgus, fluv. Germaniae, qui urbem cognominem praeterfluit, atque Rheno infunditur; h. *Wutach.*
Juliomăgus, Andegavum, Andegavi, Andegava, Civitas Andicavorum, Juliomagus Andium s. Andegavorum, opp. Andium in Gallia Celtica; h. *Angers;* adj. Andegavensis.
Juliopolis, v. Eleusis Aeg.

Juliopolis v. Gordium.

Juliopolis v. Tarsus.

Julium Carnicum, Castrum Juliense, urbs Norici in finibus Galliae Transpad. sub Alpibus Noricis posita; h. *Ponteba* s. *Pontafella*; al. *Gaildorf*, al. *Zuglio*.

Julium Praesidium v. Scalabis.

Julius Portus apud Bajas, Portus Bajarum, in Campania, qui ab Augusto ampliatus et novo nomine signatus est.

Julius Vicus, locus Germaniae Super. inter Tabernas et Noviomagum; h. *Germersheim*.

Juncaria, urbs Indigetum in Hispania Tarrac. prope Pyrenaeos sita; h. *Jonquera*; al. *Figueiras*.

Juniānum, opp. Lepontiorum in finibus Helvetiae; h. *Lavis od. Lugano* - Luganum.

Junonia, ins. ex Fortunatis ad occidentem Mauretaniae Tingitanae sita; h. *Palma*.

Junonia v. Erythia.

Junonis Montes v. Heraei.

Junonis Promontorium, in
Hispania Baet. ad Fretum Ga
num, quod a Junonis templo
men habet; h. *Capo di Trafalg*

Jura, Jurassus, Jurus,
Galliae Belg., Sequanos ab Hel
dividens atque a Lemano Lacu u
ad Augustam Rauracorum porre
qui pro ratione locorum et r
num varia sortitur nomina; h.
Leberberg u. s. w.

Justiniana Secunda v.
anum.

Justinianopolis v. Anaz

Justinopolis v. Aegida.

Jutuntorum Forum v. Fo
Diujuntorum.

Juvavia, Juvavium, Ju
se Castellum, Juvāna, J
vis, Jovavum, Juvavensi
vitas, Colonia Hadriana
vavia, urbs Norici amplae mag
dinis ad Juvavum fluvium sita
Salzburg; adj. Juvavensis.

Juvāvus, Jovavus, Jo
us, Norici fluvius, qui Aeno
tur; h. *Salza od. Salzach*.

Juverna, Juvernia v. H
nia.

K. v. C.

L.

Labarus, fluv. Ananum in Gallia Cispad., qui infra Placentiam Pado jungitur; h. *Lambro*.

Labbana, Lambana, urbs Mesopotamiae Tigri adjacens, e regione Nini in Assyria posita; h. fort. *Mosul*, *Moussol*.

Labeātae, Labeates, ium, Illyridis Graecae pop., juxta Labeatidem lacum et Scodram habitans.

Labeatis v. Lacus Labeatis.

Laberus, urbs Hiberniae; h. *Kells*, al. *Killair*.

Labicanum, regio Latii, proxima Labicis; vel ager ejus oppidi.

Labici, Lavici, Labicum, Lavicum, urbs Latii; h. *Colonna*; al. *Monte Compatro*; cives Labicani et Labici; adj. Labicanus, Lavicanus.

Labieni Castra, opp. Suessionum in Gallia Belg. ad Samaram situm; h. *Lobbe* - Laubium.

Labinius, Lavinius, L
nus Amnis, parvus Galliae
pad. circa Mutinam fluvius,
Pado miscetur, in cujus insula
tonius, Octavianus et Lepidus t
viratum inierunt, provinciasqu
ter se partiti sunt; h. *Lavino*.

Labodes v. Ad Aquas.

Laborinus Campus, L
rini Campi, Laborinus A
Laboris Terra e. q. Campa

Labōtas, Syriae fluv., qui O
ti infunditur.

Labranda, Cariae oppid
inter Mylasum et Alabandam si
prope quod in monte templum
Jovis Labrandeni cum statua
Militaris. Nomen traxit a Lab
deo, Jovis hospite.

Labronis Portus v. Port
Herculis Labronis.

Labyrinthus, Aegypti Medi
s. Heptanomidis locus, domus t

mille et regias duodecim perpetuo muri ambitu amplexus, marmore exstructus et unum in se descensum habens, multisque viarum ambagibus inflexus, qui a Petesuccho vel Tithoe rege conditus, a Psammeticho autem, qui DCC annis a. u. regnasse fertur, perfectus est. vocant *Cassr - Carun.*

Labyrinthus, locus in Creta saltis incurvis perplexisqueviis a Daedalo aedificatus. Duo alii Labyrinthi fuerunt in Lemno et Italia adj. Labyrinthēus et Labyrinthĭcus.

Lacedaemon, Laconicae in Peloponneso metropolis. Nomen, ut ...io, nacta est a Lacedaemone, ...m Jovis et Taygetes filium fecit. Conditores faciunt Eurysthe...a et Proclem, Heraclidas. Eadem ...s dicitur etiam promiscue Spar... Antiquius nomen urbis et ve...s fuit Sparta, cui denique no...n regionis Lacedaemon accessit. ...men Spartae deducunt alii a Spar... Lacedaemonis uxore, alii a Cad...sociis, qui Sparti dicuntur. Dif...unt Spartani s. Spartiatae et La...daemonii sic, ut illi, incolae ur..., etiam Lacedaemonii vocari pos...t, non contra ceteri incolae La...nices Spartani. Urbem, in plani... positam, praeterfluebat Eurotas. ...buit formam rotundam, caruit ...oenibus usque ad Cassandri tem...ra, vel cum Pyrrhus et Demetri... Spartam oppugnarent. Olim in ...eberrimis urbibus fuit, atque Ly...rgo legislatore et reipublicae for... inclaruit. H. *Palaco - Chori*, al. *...acocastro*, al. *Misitra*; incola Lacedaemonius, Spartanus; adj. Spar...us Lacedaemonius.

Lacedaemon Cava, regio ...artae adjacens. Cava dicebatur, ...od Taygetus mons eam cingebat.

Laciadae, Laciades, urbs At...cae prope Eleusin, in qua Miltia...s ejusque filius Cimon erant nati.

Laciburgum, Laciburgium, ...acisburgium, urbs Germaniae ...Reudignis; h. *Lauenburg*, al. *Rat...urg*, al. *Wismar.*

Laciniae Junonis Fanum, Junonis Templum, in Lacinio promontorio ab Hercule conditum.

Lacinium, Italiae Infer. in Agro Bruttio promont., Crotoni propinquum; h. *Capo delle Colonne.*

Lacippo, urbs Hispaniae Baet.; fere ubi h. *Porcuna.*

Lacmon, mons in Thessaliae finibus, Pindi latus, in quo Penei fontes esse putant; h. *Liaca.*

Lacobriga, Latobriga, urbs Hispaniae Baet. in Cuneo; cujus rudera apparent, ubi h. *Lagos.*

Lacobriga, Lacobrica, Lacobriga Municipium, opp. Vaccaeorum in Hispania Tarrac.; incolae Laobricenses.

Laconĭca, Laconice, Laconia, regio montana Peloponnesi australis, quae Sinu Argolico, Mari Myrtoo, Sinu Laconico et Messeniaco, Messenia, Argolide et Arcadia terminabatur; h. *Braccio di Maina, Tzaconia, Haconia*; incola Laco s. Lacon, fem. Lacaena; adj. Laconicus, Laconius, Lacaenus et Laconis, idis, f. poet.

Laconicus Sinus, in australi Laconices ora; h. *Golf v. Kolokythia od. v. Colochina.*

Lactis, mons Campaniae, Stabiis vicinus; h. quibusd. *Monte Lattaro.*

Lactodūrum, Lectodurum, opp. Catyeuchlanorum in Britannia Rom.; h. *Bedford*; al. *Towcester.*

Lactŏra, Lectora, Lactura, Civitas Lactoratium, urbs Lactoratium in Gallia Aquitan. prope Auscos; h. *Lectoure.*

Lacus Acronius v. Lacus Brigantinus.

Lacus Amsancti s. Ampsancti, Amsanctus, Italiae Infer. in Hispinis lacus, qui foetentibus exhalationibus erat infamis, juxta quem Mephitidis templum erat, ibique ad Inferos introitum esse opinabantur; h. *Amsainte.*

Lacus Aricius s. Triviae. Lacus Nemorensis, in Latio, Ariciae propinquus; h. *Lago di Nemi*, apud vicum *Nemi.*

Lacus Aventicensis, Aventicus, Murtensis, *d. Murtensee in d. Schweiz.*

Lacus Avernus, Averni Lacus, in Campania inter Misenum et Puteolos, qui incredibili profunditate atque aqua limpidissima fuisse dicitur. Poetae exornarunt fabulam; aves supervolantes pestiferis exhala-

tionibus dejici. Salubrem et amoenum postea fecit excisis silvis Agrippa vel Augustus. H. *il Lago d'Averno s. di Tregerpole.*

Lacus Bajanus v. L. Lucrinus.

Lacus Begorrites, in Orestide Macedoniae regione, quem Haliacmon permanabat; prope quem locus erat Ad Lacum Begorritem dictus.

Lacus Benācus, Galliae Transpad. in Euganeis lacus, quem Mincius perlabitur; h. *Garda - See, Lago di Garda;* accolae Benacenses.

Lacus Ceresius, Ceresium s. Coresium Stagnum, Galliae Transpad. in Orobiis lacus, situs inter Larium Lacum et Verbanum, in quem aquas suas emittit; h. *See von Lavis od. Lugano* - Lacus Luganus.

Lacus Brigantinus, Brigantiae Lacus, Venetus Lacus, Rheni Lacus, Suevicus Lacus, Moesius Lacus, Constantiensis Lacus, Bodamīcus Lacus, Vindeliciae lacus Helvetios a Vindeliciis et Germanis separans, quem Rhenus perfluebat; h. *der Bodensee, Costnitzer See;* cujus pars dicitur Acronius Lacus, *der Bodmer, Ueberlinger See* Venetus s. Inferior Lacus, per quem Rhenus in Rauracos exit, *d. Unter - Zeller - See* Brigantinus L. *d. Ober - Bregenzer - See.*

Lacus Cimīnus, Italiae in Etruria lacus; h. *Lago di Vico.*

Lacus Circoniensis v. L. Lugeus.

Lacus Clusinus, Palus Clusina, Etruriae palustris regio, quam Clanis perfluebat; h. *Paludi Chiana.*

Lacus Comacenus s. Comensis v. L. Larius.

Lacus Comensis v. L. Larius.

Lacus Edrinus, Lac. Idranus, Galliae Transpad. in Euganeis lacus, quem Clausius s. Clesius fluvius permeat; h. *Idro.*

Lacus Fucīnus, Marsorum in Italia Propr. lacus inter Albam Fucentem et Marrubium; h. *Lago di Celano od. di Capistano.*

Lacus Gygaeus, Stagnum Gygaeum, Lydiae lacus XL stadiis Sardibus distans.

Lacus Labeātis, idis, in Illyride Graeca, cui Scodra urbs adjacet; h. *Lago di Scudari.*

Lacus Larius, Lacus Comensis s. Comacēnus, Galliae Transpad. in Euganeis lacus, quem Adda permanat; h. *Lago di Como.*

Lacus Lemānus s. Lemannus, Lacus Lausanius s. Lausonius, Helvetiorum in Pago Urbigeno lacus, quem Rhodanus perfluit; h. *der Genfersee.*

Lacus Lucrinus, Lucrinum Stagnum, Italiae lacus in Campania juxta Bajas, unde Bajanus quoque dicebatur. Fere totus evanuit a. MDXXXVIII. III. Cal. Oct., quo gravi terrae motu mons erupit altissimus; h. *Monte nuovo s. di Cenere,* al. *Lago Lucrina.* Erat altus et piscibus ostreisque abundans: in vicinia templum habuit Venus, quae inde Lucrina appellatur; adj. Lucrinensis et Lucrinus.

Lacus Lugeus s. Lugea Palus, in Carnis lacus, qui Alpibus Juliis et Ocra Monte clauditur, Pannoniae finibus propinquus; Circomensis etiam ab oppidulo adjacenti dictus; admirandae rationis, quippe qui singulis annis frumentum, venationem et piscationem exhibet; h. *d. Cirknitzer See.*

Lacus Lychnitis, Lychnidius, Lychnidensis, Lychnidia Palus, in Illyrici et Macedoniae confiniis; h. *Lago di Ocrida.*

Lacus Moesius v. L. Brigantinus.

Lacus Moesius v. Lacus Brigantinus.

Lacus Nemorensis v. Lacus Aricius.

Lacus Peisonis, L. Peiso Pannoniae Super. lacus, cujus aquae Araboni miscentur; h. *d. Platten See od. Balaton.*

Lacus Rheni v. L. Brigantinus.

Lacus Sabatius s. Sabatinus Subāte, Sabata, Sabatia Stagna, poet., Italiae in Etruria lacus, cui Sabate, urbs vicina, nomen indidit; h. *Lago di Bracciano.*

Lacus Regillus, Latii lac. in agro Tusculano, juxta quem Romani Latinos devicerunt; h. *Lago di Prasode.*

Lacus Sebinus s. Sevinus Orobiorum in Gallia Transpad. la-

cus, quem Ollius perfluit; h. *Lago* *Sey od. Iseo* - Iseus Lacus.

Lacus Trasimēnus, Etruriae lac. prope Perusiam, Hannibalis de Romanis victoria nobilis. Locus praelii Ossaria dictus est. H. *Lago di Perugia.*

Lacus Triviae v. Lac. Aricinus.

Lacus Vadimŏnis, in Etruria; h. *Lago di Bassano.*

Lacus Velīnus, Italiae Propr. in Sabina lacus; h. *Pie di Luco*, al. *Lago di Rieti.*

Lacus Venetus v. L. Brigantinus.

Lacus Verbānus, Lacus Major, Galliae Transpad. lacus, quem plures fluvii Alpibus decurrentes efficiunt, et Ticinus permanat. H. *Lago Maggiore.*

Lacus Volsiniensis, Vulsiniensis, Vulsinius, in Etruria, e quo Marta fluvius nascitur. Abundabat piscibus; h. *Lago di Bolsena.*

Lacydon, ōnis, v. Massilia.

Ladon, Peloponnesi in Arcadia fluv., qui prope Clitorem oritur atque in Alpheum infunditur.

Laepa, Laepa Magna, urbs Turdetanorum in Hispania Baet.; h. *Lepe.*

Laerus, Laeros, Callaicorum in Hispania Tarrac. fluvius, qui in Oceanum Occidentalem effunditur; h. *Leriz.*

Laestrygŏnes, pop. Siciliae, qui antea Latium circa Formias incolebant; adj. Laestrygonius.

Laevi, Levi, Galliae Transpad. pop., ad Ticinum fluvium sedens, cujus caput erat Ticinum.

Laërtes, opp. Ciliciae Tracheae prope Hamaxiam.

Lagaria, castellum Italiae Infer. in Lucania, Tarentino Sinui propinquum, cujus conditores quidam Phocenses faciunt; h. *Rocca Imperiale*, al. *Lagar.*

Lagnus Sinus, Baltici Maris ad Chersonesum Cimbricam sinus; ubi h. *d. grosse u. kleine Belt.*

Lambrus, fluv. Italiae Transpad., qui Eupilin lacum perfluit atque inter Ticinum et Placentiam Pado jungitur; h. *Lambro*; accolae Lambrāni.

Lametia, Lametus, urbs Italiae Infer. in Bruttiis ad Mare Tyrrhenum sita; h *St. Eufemia.*

Lametinus s. Lametĭcus Sinus in Bruttiis, ab adjacente oppido nomen nactus; h. *Golfo di St. Eufemia.*

Lamia, urbs Phthiotidis in Thessalia, quae Atheniensium et Antipatri bello, inde Lamiaco dicto, innotuit; h. *Zeituni*, al. *Demochi*; incola Lameātes.

Lamiacus Sinus v. Maliacus Sinus.

Laminium, opp. Hispaniae Tarrac. in Oretanis; h. *Al - Hambra*, al. *Montiel*; cives Laminitani; adj. Laminitanus.

Lampetia v. Clampetia.

Lampēa, Lampēus, Arcadiae mons, Erymanthi latus; h. quibusd. *Elanda.*

Lampsăcus, Lampsacum, prius Pityusa, urbs Asiae Min. in Mysia ad Hellesponti oram sita. Phocensium erat colonia. Innotuit obsceno Priapi cultu, vinoque generoso abundavit. Eadem viros doctos protulit, Charonem historicum, Adimantum et Anaximenem rhetores et Alexandrum historicum; h. al. *Lepsek*, *Lamsaki*, al. *Chardack*; incolae Lampsaceni; adj. Lampsacenus, passim Lampsacius.

Lamus, Latmus, urbs Lamotidis in Cilicia Trachea ad fluvium cognominem sita; h. *Lamo.*

Lancia, Lanciatum, urbs Hispaniae Tarrac. in Asturibus, h. al. *Visco*, al. *Penna di Francia.*

Lancia Oppidana, urbs Vettōnum in Hispania Lusit., Mundae fontibus propinqua; h. *Garda*, *Guarda.*

Langobrīga, Langobrica, opp. Hispaniae Lusit. ad Vacuam positum; h. *Feira*, al. *Aveiro.*

Lanuvium, Latii ad Viam Appiam opp. et municipium, cultu Junonis Sospitae celebre; h. *Civita della Vigna od. Civita Lavinia*; cives Lanuvini; adj. Lanuvinus.

Laodicēa, Laodicea ad Lycum, Laodicensis Civitas, Laudicea, Laudicum Pylicum, antea Diospolis, Diocaesarea, Phoas, Trimetaria, urbs Phrygiae Magnae prope Lyci

et Maeandri confluentes. Nomen reperit a Laodice, Antiochi II. conjuge. Terrae motu anno p. C. n. LXV eversa a Marco Aurelio denuo exstructa est. H. *Eski-Hissar*; cives Laodicenses, Laodiceni, Laudiceni; adj. Laodicensis et Laodicenus.

Laodicēa, Laodicea Syriae, Laodicea ad Mare s. Maritima, Laodicea Septimii, Laodice, urbs Casiotidis in Syria, quae nomen invenit a Laodice, Seleuci Nicatoris matre. Nobilis erat vino generoso. Sub Severo Niger eam funditus evertit, quod ipsum incolae recipere noluerunt. H. *Ladikieh*, *Ladikia*.

Laodicea Cabiosa, Laodicēa ad Libanum, Laodicea, Colonia Laodicena, Laodicea Julia Severiana Metropolis, urbs Coelesyriae in Laodicena; h. quibusdam *Jouschia*; incolae Laodiceni ad Libanum.

Laodicēa, urbs Mediae Magnae in Paretacene, quam Antiochus ab uxore denominavit.

Laodicēa Combusta, opp. Lycaoniae in Pisidiae finibus; h. quibusdam *Jurekiam-Ladik*.

Laodunum v. Laudunum.

Lapadusa v. Lopadusa.

Lapăthus Lapethus et Lapithus, Cypri insulae opp. cum portu; h. *Lapito od. Lapta*; adj. Lapithius.

Lapăthus, fluv. Macedoniae in Pieria, qui in Thermaicum Sinum excurrebat.

Lapăthus, munitus locus Macedoniae in Pieria ad Ascuridis lacus ripam positus.

Lapideus Campus v. Campus Lapideus.

Lapĭthae (sing. Lapitha et Lapithes), populus Thessaliae juxta Olympum et Peneum, bello cum Lentauris, vicinis suis, notus; adj. Capithaeus, Lapithēius et Lapithonius.

Lapurdum, urbs Galliae Aquit. in Novempopulana Regione ad Mare Aquitan. et Aduri ostium posita; h. *Bajonne*, *Bayonne* - Bajona; adj. Lapurdensis.

Larinates, Larinates Frentani, pop. Italiae Infer., inter Frentonem et Tifernum fluvios circa Larinum habitans.

Larinum, Alarinum, Italiae Infer. opp. maritimum Larinatum et municipium; h. *Larino*; adj. Larinas et Larinus.

Larissa, Larissa ad Cymen, Larissa Aegyptia, Larissa Phriconis, urbs Aeolidis Smyrnaeo Sinui adjacens; h. *Larizza*.

Larissa, Argolidis castellum; h. *Larza*.

Larissa, urbs Syriae in Apamene ad Orontem sita; h. quibusd. *Scheizar*; incolae Larissaei.

Larissa, Troadis prope mare opp.; h. *Vesrach Kevi*.

Larissa Cremaste, Larissa Pelasgia, Larissa, urbs Thessaliae in Phthiotide, prope Sinum Matiacum, quam Pelasgi condidisse dicuntur.

Larissa, Larissa Thessala, urbs Thessaliae in Pelasgiotide, sita in faucibus et aditu amoenissimi Tempe atque ad Boebeida Lacum prope Pindum Montem eamque circumfluebat Penēus. A Larissa, Pelasgi filia, dicta esse fertur et condita ab Acrisio. H. esse putatur *Gen-gi-Schehir od. Larisse*; cives Larissaei et Larissenses.

Larissus, fluv. Achajae, propinquus Elidis finibus; h. *Risso*.

Larius Lacus v. Lacus Larius.

Las, Laas, La, rarius Lapersae, urbs Peloponnesi ad Sinum Laconicum, quam Castor et Pollux vi expugnarunt ibique Minervae templum aedificarunt. H. *Scalari*.

Latĕra, Latara, Laterra, castellum Galliae Narbon. in agro Nemausiensi ad Ledum fluvium. Seqiore tempore dictum est castrum de Latis et castrum de Palude. H. est *le Chateau de Latte*, *la Tour de Latte*, haud procul Monte Pessulano.

Latini, pop. Italiae Propr. in Latio, qui cum Umbris, Sabinis et Siculis, sec. alios cum Aboriginibus Pelasgis et Trojanis genus miscuerunt.

Latium, Italiae Propr. regio quae primum a Tiberi ad promontorium usque Circaeum s. Circejum pertinebat, in septentrionibus al

Aniene atque Algido monte terminata. At postea victis Aequis, Hernicis, Volscis et Ausonibus Latii fines Liris amnis constituit. Hinc in Antiquum s. Vetus et Novum s. Adjectum dividitur. Maximam utriusque partem complectitur h. *Campagna di Roma*; Incolae Latini et Latinienses; adj. Latinus, Latiaris, Latialis, Latius et Latiniensis.

Latmus, mons Joniae, quem alii in Caria ponunt, ad ortum Sinus Lamitci situs. Olim adjacebat urbs, Latmus dicta, post Heraclea sub Latmo. Nobilis est fabula adamati a Luna formosi pueri Endymionis, cujus somnus in proverbium abiit. H. *Monte di Palatschia*; adj. Latmius et Latmicus.

Latobriga v. Lacobriga.

Latrippa, urbs Arabiae Felicis mediterranea; h. *Medina al Nabi*.

Latris, ins. Maris Baltici in Cylipeno Sinu, quam alii h. *Oesel-Osiliam* vocant, al. *d. Frishe Nehrung*-Paeninsulam Venedicam esse putant.

Laturus Sinus, Numidiae sinus; h. fort. *Golf de Zereni*.

Laudum Vetus v. Laus Pompeja.

Laudūnum, Laodunum, Lodunum, Laudunensis Urbs, Lugdunum Clavatum, urbs Suessionum in Gallia Belg.; h. *Laon*; adj. Laudunensis.

Laumellum, opp. Libicorum in Gallia Transpad. prope Vercellas; h. *Lumello*.

Laureăcum, Lauriacum, Colonia Aureliana Laureacensis, Blaboriacum, urbs primaria Norici Ripensis post Sirmium versum; h. *Lorch, Laurach*; adj. Lauriacensis.

Laurentum, Laurens Castrum, urbs Latii, inter Antium et Ostiam prope Lavinium, quod jam sub Aeneae adventu stetit. Post dicta est etiam Laurolavinium. H. putatur esse *San Lorenzo*, al. *Torre de Paterno*; incolae Laurentes; adj. Laurentinus et Laures, ētis.

Lauretanus Portus, locus Etruriae cum portu non procul Populonia.

Lauriacum v. Laureacum.

Laus, Italiae Infer. in Bruttiis fluv., hos a Lucanis separans; h. *Laino*.

Laus, urbs Lucaniae ad fluv. et sinum cogn minem posita, quam Sybaritarum opus esse tradunt; h. *Laino*.

Laus, Laus Pompeja, Laudum Vetus, urbs Galliae Transpad. a Bojis condita, quo Pompejus Strabo, Cn. Pompeji M. pater, coloniam deduxerat. H. *Lodi Vecchio*.

Laus s. Lauda Pompeja Nova, Laudum, Insubrium in Gallia Transpad. opp., prius Addua a flumine dictum; h. *Lodi*; adj. Laudensis.

Lausonium, Lausonium, Lausona, Lausonna, Lausanna, opp. Helvetiorum in Pago Urbigeno, Lemano Lacui vicinum; h. *Lausanne*.

Lausonius Lacus v. Lac. Lemanus.

Lautŭlae, urbs Volscorum in Latio, inter Anxanum et Fundos sita.

Lavendīna, Laventina, Laventi Ostium, Norici oppidum; h. *Lavemunde*.

Laventus, Norici fluv., qui juxta Laventinam Dravo infunditur; h. *Lavant*.

Laviăcum, urbs Norici ad Juvavum flumen sita; h. *Lauffen*.

Laviacum, opp. Suevorum in Germania, Nicro fluvio adjacens; h. *Lauffen*.

Lavici, Lavicum } v. Labici.

Lavicānum, praedium J. Caesaris in Latio, Labicis vicinum.

Lavinii Insula, Triumvirorum Insula, in Labinio fluvio; v. Labinius.

Lavinium, opp. Latii, Laurento vicinum, quod Aeneas condidit atque ex conjugis nomine appellavit. Habuit Veneris templum. H. *Patricia*, al. *Paterno*; cives Lavinii et Lavinienses; adj. Lavinius et Lavinus.

Lebadēa, Lebadīa, Lebadīa, urbs Boeotiae splendida, Opuntiis vicina, ad Heliconis declivitatem et Hercynam fluvium parvum sita. Nomen a Lebado Atheniensi

traxit. Prope illam Trophonii celebre fanum atque antrum erat, ubi oracula edebantur. H. *Levadia*; incolae Lebadenses.

Lebĕdus, urbs Joniae maritima. Cares olim habitarunt, quos Andremon, Jonum dux, expulit. Postea Lysimachus destruxit, incolasque Ephesum traduxit. Annua certamina in Bacchi honorem celebrabat. H. *Lebeditzi - Chisar*, al. locus *Lebedigli*.

Lebenos, Leben, Lebēna, urbs maritima et portus Gortynae in australi Cretae parte, in qua Aesculapii fanum erat; h. *Laonda*; adj. Lebenaeus.

Lebinthus, Aegaei Maris ins., quae prope Icariam ultraque Astypalaeam sita erat. H. videtur esse *Levitho*, al. *Leuta*.

Lecca v. Licus.

Lechaeum, Lechĕae, urbs Achajae ad Corinthiacum Sinum posita, ubi Corinthiorum portus erat.

Lechus fl. v. Licus.

Lectodurum v. Lactodurum.

Lectum, Lectos, promont. Troadis, e regione Methymnae in Lesbo; h. *Cap Baba od. St. Maria*.

Ledus, Ledum, Laedus, Galliae Narbon. fluvius; h. *Lez*.

Legio, Legio Septima Gemina, Asturum in Hispania Tarrac. opp., ubi conventus agebantur; h. *Leon*.

Lelĕges, Troadis in australi ora pop. juxta Idam habitans, unde in Cariam, Acarnaniam, Aetoliam, Locridem, Thessaliam, Euboeam et Laconicam emigravit; adj. Lelegēius et Lelegēis, idis, f.

Lemanis, Lemanna, Novus Portus, Cantiorum in Britannia Rom. portus, ubi Jul. Caesarem appulisse perhibent; h. *Lime*, *Lyme*.

Lemanus Lacus v. Lac. Lemanus.

Lemanus, Lelienus, Britanniae Rom. fluvius; h. *Lime*, al. *Rotler*.

Lemincum, opp. Allobrogum in Gallia Narbon.; h. *Chambery*. Camberianum, Camberium.

Lemnus, Lemnos, Vulcani Insula, in Aegaeo Mari inter Chersonesum Thraciam et Atho montem sita. Olim Aethalia et Hypsipylaea vocata est. Lemni nomen traxit a Lemno, magna dea, cui etiam virgines immolabant. Antiquissimi incolae feruntur Sinties, Thraciae populus; his successerunt Minyae; inde Euneus, Jasonis filius, insulam tenuit; post Pelasgi, quos Miltiades expulit, eamque Atheniensium ditioni subjecit. Vulcani cultu inclaruit. Celebratur Lemnia rubrica, terra sigillata, ejusque Lemniae terrae vis contra vipereos morsus; h. *Stalimine*, *Stalimene*, *Lemno*; incolae Lemnii; adj. Lemnius, Lemniăcus; Lemnias, adis, subst. f.

Lemonium, locus Romae vicinus, ante portam Capenam in via Latina situs; adj. Lemonius.

Lemovicae, Lemovicum v. Augustoritum; adj. Lemovicensis.

Lemovĭces, Lemovici, pop. Galliae Aquit. Primae; ubi h. *Limoges*.

Lentia, Lentium v. Aredata.

Leon, vicus Siciliae, Syracusis propinquus.

Leontini, Leontium, urbs Siciliae interioris ad Lissum fluvium in montibus posita. Antiquissima fuit ejusque originem a Naxiis deducunt. Insignis ejus fertilitas celebratur, etsi hodie defecit. Olim hos campos Laestrygŏnes tenuerunt. Natus ibi est Gorgias orator et philosophus; h. *Lentini od. Leontini*; cives Leontini; adj. Leontinus.

Leprosium, opp. Biturigum in Gallia Aquit; h. *Levroux*.

Leptis Magna s. Major, Leptis Altera, Leptimagna, Neapolis, Tripolis, urbs Africae in Regione Syrtica inter Abrotŏnum opp. et Cyniphum fluvium. Sidonios vel Tyrios habuit conditores. Patria fuit Septimii Severi Imp. H. videtur esse *Lebida od. Lebeda*; cives Leptitani; adj. Leptimagnensis.

Leptis Minor, Leptis, Lepteminnus, urbs Africae in Byzacio. Condiderunt eam Phoenices, eaque hod. in ruinis jacet, ubi *Lemta* conspicitur. Incolae Leptitani; adj. Lepticus et Leptiminensis.

Leria, Lerus, ins. Sporadum in Aegaeo Mari inter Calymnam et Patmum sita; h. *Lero*.

Lerna, Argolidis fluvius, qui in Lernam paludem effunditur.

Lerna, opp. Argolidis haud ignobile et palus. Alii in Arcadia ponunt. Fuisse videtur illa palus in finibus Argolidis, Arcadiae et Laconices, unde diversae narrationes conciliari possunt. Utrumque nobilitatum est Danaidum caede in maritos commissa, Hydra ab Hercule interfecta atque Cereris mysteriis in luco propinquo celebratis. Hodierna urbis nomina proferunt *Petrina* et *Phonea*, paludis *Molini*; adj. Lernaeus.

Lesa, Sardiniae opp. mediterraneum thermis illustre; h. *S. Gavino*.

Lesbus, Aegaei Maris ad Asiam ins. magna, cujus antiquiora nomina sunt Himerte, Lasia, Pelasgia, Aegira, Aethiope, Macaria. Annis CXXX post Trojam expugnatam haec insula oppidatim incoli coepta est. Inclaruit inprimis Pittaco, uno ex septem sapientibus, Alcaeo poeta, Sappho poëtria, Diophane oratore, Theophane historico, Arione et Terpandro musicis, aliisque. Laudatur porro vini nobilitas, sed male audiunt incolae ob morum obscenitatem. H. *Metelino*; incolae Lesbii; adj. Lesbiacus, Lesbius, Lesbias, adis, f. Lesbis, idis f.

Lethe fl. v. Limaea.

Letōa, ins. Maris Libyci, propinqua Cretae; h. *Christina*, al. *Gaiduronisia*.

Leuca, urbs Italiae Infer. in Calabria; h. *S. Maria di Leuca*.

Leuca, Leuce, Leucae, urbs Ioniae, Smyrnaeo Sinui adjacens; h. *Fokia nova*.

Leucadia, in Jonio Mari ad Acarnaniam, quam quidam insulam faciunt et ab urbe Leucade discernunt, alii vero Leucas item de insula usurpant. Antiquius insulae nomen fuit Neritis s. Neritus. Olim continenti adhaesit, post mare isthmum abrupit et insulam fecit. Thucydidis tempore paene insula fuit, quia isthmi meminit. Urbs Leucas, olim Nericum s. Neritum in ipsa Acarnania intra isthmum posita fuit, in qua Apollinis erat templum. Insula sine dubio nomen ab urbe vicina traxit. H. *S. Maurà*; cives Leucadii; adj. Leucadius.

Leucasia, Leucosia, insula Tyrrheni Maris contra Paestanum Sinum; incertum an eadem sit, quae Leucothea; h. quibusd. *Licosa*.

Leucāta, Leucate, Album Saxum, celebre Leucadiae promont., unde amoribus irretiti se praecipitare solebant in mare, ut amore liberarentur; h. *Cap Ducato*.

Leucata, urbs maritima Volcarum Tectosāgum in Gallia Narbon.; h. *Leucate*.

Leuce, ins. Ponti Euxini ad vel ante Borysthenis ostium sita. Thetidis precibus a Neptuno e mari excitata esse fertur, ut ab Helena et Achille incoleretur. Vocatur etiam Achillea et Achillis Insula, quia sacra fuit et clara tumulo et templo Achillis. H. alii *Fidonisi*, alii *Tendra* esse putant.

Leucocōme, urbs Arabiae Felicis ad Sinum Arabicum, post Jambia dicta; h. *Jambia*, al. *Hauran*.

Leuco-Aethiopes, Libyae Interioris populus, prope Ryssadium promontorium inter Stachirem et Daradum fluvios sedens.

Leucopetra, Italiae Infer. in Agro Rhegino promont.; h. *Cap del Armi*.

Leucosia v. Leucasia.

Leucosyri, Cappadociae populus, inter Halyn et Melam fluvios sedens, cujus regio Leucosyria vocabatur.

Leucosyrus v. Pyramus.

Leucothea v. Leucasia.

Leucothea v. Lucina.

Leuctra, orum, Boeotiae vicus vel oppidulum, nobile Epaminondae de Lacedaemoniis victoria; h. *Lefka*, al. ruinae *Eremo Castro* dictae; adj. Leuctricus.

Leuctrum, Leuctra, urbs Laconicae ad Sinum Messeniacum, Leuctrorum in Boeotia colonia. H. *Maina* - Mainense Castrum, al. *Istechia*, al. *Londari*.

Libani Vallis e. q. Coelesyria.

Libanus, in S. S. Libanon, mons Syriae editissimus, a Sidone, Phoenices urbe, usque ad Smyrnam Coelesyriae oppidum extensus. Huic ex adverso obtenditur Antilibanus, qui ubique fere aequalibus disjunctus spatiis Coelesyriam complectitur. H. *Dschibbel el Gharbi od. Dschebel el Libnan*.

Liberalitas Julia v. Ebora.

Libissonis s. **Lybisonis Turris**, urbs Sardiniae in ora boreali, Romanorum colonia; h. *Porto de Torre.*

Libora, Libura, urbs Hispaniae Tarrac. in Carpetanis, Hipponi et Toleto propinqua; h. *Talavera de la Reina.*

Liburnia, Illyrici regio ad interiorem Maris Adriatici partem sita, quae ab Japydia Tedanio, atque a Dalmatia Titio flumine terminabatur; h. e. *Theil v. Croatien u. v. Dalmatien.* Incolae Liburni, quorum terrae Liburnicae s. Liburnides insulae adjacebant, quae XL. numero fuerunt. Notae sunt etiam naves Liburnicae, quae a Liburno, ut traditur, inventae, celerrimae erant, quibus Liburni Jonium Mare et insulas infestabant, unde a Romanis ejusmodi naves dictae sunt Liburnicae.

Libya, Libye, Africae septentrionalis regio etiam Libycus Nomus dicta, cujus terrae pars Mareotis Libya appellabatur, eratque in Marmaricae, Cyrenaicae atque Aegypti confiniis. Vid. etiam Cyrenaica et Marmarica. Adj. Libycus, Libyus, etc.

Libya Apionis, Libya Arida, regio Cyrenaicae septentrionalis, cujus heredes Ptolomaeus Apion Romanos scripsit.

Libya Palus v. Triton. Adj. Libycus, Libyus, Libyscus, Libystinus, Libystis, idis, f.

Libycum Mare, situm juxta oram Libyae atque ad Cretam usque pertinens.

Libyes, incolae Africae inter Aegyptum et Syrtes.

Libys, yos, m., **Libyssa** f.

Libyssa, Libissa, castellum Bithyniae, situm ad Propontidem in finibus Nicomedensium, Hannibalis fato nobilitatum; h. *Gebise*; al. *Totmen.*

Libyssus, fluvius Bithyniae.

Licates s. **Licatii** v. Licus.

Licus, Lichus, Lecca, Rheni cornu in Gallia Belg., a Claudio Civili Romano in Rhenum ostium derivatum; h. *Leck, Lech, Vecht.*

Licus, Lycus, Lichus, Vindeliciae fluv., qui, postquam prope Augustam Vindelicorum Vindonem excepit, Danubio miscetur; h. *Lech*; accolae Licātes, ium, s. Licatii.

Liger, ĕris, **Ligeris, Liger**, **Ligara**, Galliae Cisalp. fluvius, qui in Velaunis ad Gebennam montem ortus, atque Aeduos a Biturigibus dividens inter Nannetes et Pictones in Aquitanicum Mare effunditur; h. *Loire.*

Liguria, Ligŭris. Galliae Cisalp. regio. Termini ejus aliis temporibus alii fuerunt, atque olim ultra Rhodanum ad Pyrenaeos usque extendebantur. Julii Caesaris tempore Arno terminabatur; post Augustus terminos ad Macram flumen contraxit. H. *Genua*, e. *Theil v. Piemont, Nizza u. Lucca*; incolae Ligŭres, Ligustini, Ligyes; adj. Ligur et Ligus c., Ligusticus, Ligustinus, Ligurīnus, Ligurnus et Ligustis, idis, f.

Ligurinus Portus, urbs Liguriae maritima; h. *Livorno.*

Ligusticum Mare, Ligusticus Sinus, juxta Liguriae oram sinus; h. *Golf di Genua.*

Lilaea, urbs Phocidis, Cephissi fontibus vicinā.

Lilybaeum, prom. Siciliae, quod vel ad Africam vel ad occidentem situm est; h. *Cap Boeo od. Marsala.*

Lilybaeum, Lilybēum, Colonia Augusta Lilybitanorum, Siciliae prope cognomine promontorium urbs olim primaria, in cujus ruinis h. est *Marsala*; incolae Lilybitani Municipes; adj. Lilybaetanus et Lilybeius.

Limaea, Limaeas, Limia, Limius, Belio s. **Belion**, ōnis Callaicorum in Hispania Tarrac. fluvius inter Durium et Minium. Gessit cognomen Lethe s. Oblivionis Fluvius, cujus causa haec erat. Cum Turduli et Celtici expeditionem in septentrionales regiones facerent, et flumine hoc trajecto orta esset seditio, ducis obitu aucta, quasi obliti pristinarum sedium, dispersi ibi manserunt. Hujus vero rei fama effecit, ut milites Bruti, qui hanc regionem usque eo perdomuit, non nisi coacti transirent. H. *Lima.*

Limăcum v. Limonum.

Limăgus, Limaga, Lindemăgus, Helvetiae fluv., qui Tur

ensem Lacum permanat atque Ara- miscetur; h. *Limmat od. Limat.*

Limicus Sinus, in Chersoneso mbrica; h. *Lümfiord.*

Limiosalēum, urbs Germaniae rientalis; h. *Lissa*, *Polnisch Lissa*, . ubi *Crossen a. d. Oder.*

Limius v. Limaea.

Limnaea, urbs Acarnaniae ad num Ambracium posita; h. *Loutra.*

Limnaea, Chersónesi Thraciae p., a. Milesiis prope Sestum conum.

Limnaea, urbs Thessaliae in iaeotide.

Limōnum, Limācum, Pictā-, Pictava, Pictavium, urbs ctōnum in Gallia Aquit.; h. *Poitiers.*

Limovicae e. q. Augustoritum.

Limўra, Limyre, urbs Lyciae ad cidentem Xanthi atque ad fluvium gnominem sita; h. *Limira od. Mira.*

Limўra, Limyrus, fluv. Lyciae.

Lindum, Lindocolonia, indocolina Civitas, Lincolium, Coritanorum in Britannia om. opp.; h. *Lincoln;* adj. Lincolensis.

Lindus, urbs Rhodi insulae, quae monte versus meridiem sita erat, asperrima insulae parte, quae ugum sterilis, sed uvarum et finum feracissima fuit. Celebratur emplum Minervae ejusque signum, pus Scyllidis et Dipoeni, statuariorum, factum ex lapide smaragdo, uatuor cubitos altum, quod olim leobulo, Lindi tyranno, Sesostris iserat. Templi rudera, sicut oppidi, conspiciuntur hodie, ubi parum castellum *Lindo*; adj. Linius.

Lingŏnum Civitas v. Andoatunum.

Lingŏnes, Galliae Cispad. pop., orae maritimae atque Pado vicini, qui Tarquinio Prisco regnante Alpes transierunt et Forum Cornelii, Faventiam etc. occuparunt; fere ubi h. *Faenza.*

Lingŏnes, L'ongŏnes, Lincasii, Galliae Lugdun. pop., in utraque Sequanae ripa sedens; fere ubi h. *Champagne*; adj. Lingonicus.

Linterna Palus v. Literna Palus.

Linternum v. Liternum.

Lipăra, Liparis, Lipare, es, Aeoliarum ad Siciliam insularum maxima. Antea dicta est Meligūnis, post Lipara a rege Liparo. Post Aeolus tenuit, ad quem Ulysses venit. Ciceronis tempore inculta fuit; alias in ea notantur portus, thermae, alumen. Flammas olim ejecit. Coluit Apollinem atque inprimis Vulcanum. Hodie pumicibus abundat, quas toti Europae subministrat; h. *Lipari.* Urbem habuit cognominem; h. fort. *Lipari*; Incolae Liparaei et Liparenses; adj. Liparaeus et Liparensis.

Liparae et Liparaeorum Insulae v. Aeoliae.

Lipia v. Lupia.

Liquentia, Liquetia, Galliae Transpad. in Venetis fluv., qui in Adriaticum Mare exit; h. *Livenza.*

Liris, Latii fluvius, ante Clanis s. Glanis dictus. Quietum habebat lapsum et circa ejus ostia erant paludes Minturnenses, in quibus Marius latitans Syllam effugit. H. *Garigliano*; accolae Lirinates, um.

Lisbona, Lissabona v. Olisippo.

Lissa, Cissa, Cissum, Scissum, urbs Lacetanorum in Hispania Tarrac. Ad eam Cn. Scipio Carthaginenses, Hannone duce, fugavit urbemque expugnavit; h. quibusdam *Guissona.*

Lissa, Cissa, ins. Absyrtidum ad Illyrici oram contra Iaderam sita, atque ab Issa distinguenda.

Lissus, Elissus, urbs Illyrici in Dalmatia ad sinum et Drini ostium. Eo Romani coloniam deduxerunt; h. *Alessio.*

Litana Silva, in Gallia Cispadana et Bojorum finibus sita. Cujus arboribus viae proximis ac subito impulsu ruentibus, L. Posthumii Cos. exercitus bello Punico secundo tam foeda strage oppressus est, ut ex XXV millibus vix decem homines superfuerint. In eadem Romani bis cum Bojis pugnarunt. H. *Selva de Lugo.*

Literna, Literna Palus, Campaniae palus non procul ab ora maritima et urbe Literno distans; h. *Lago di Patria.*

Liternum, Campaniae opp., quod nonnulli minore jure Linternum scribunt. Situm erat inter Cumas

et Vulturnum. Eo Romani colonos miserunt. Innotuit voluntario Scipionis Africani exilio, cujus et sepulcrum ibi fuit. Urbem alluebat fluvius cognominis, dictus item Glanis s. Clanius - Funditus urbs periit, posita olim ubi hodie vel juxta est *la Torre di Patria*; adj. Literninus, Linterninus.

Lixus, Lixos, Lixa, Lix, Linx, Lynx, Linga, urbs Mauretaniae Tingit. in ora maritima. Colonia erat a Claudio facta; h. *Larache*; incolae Lixitae et Lixii.

Lixus, Lix, magnus in Mauretania Tingit. fluvius, Lixum urbem alluens; h. al. est *Luccus*, al. *Rio de ouro*.

Loboduna Civitas v. Lupodunum.

Lacoritum, Hermundurorum in Germania opp., quod h. al. est *Lauringen*, al. *Lohr*, al. *Forchheim*.

Locri, urbs Italiae in Bruttiis juxta Zephyrium Promontorium, Locrensium Ozolarum colonia, Ophante duce paulo post Crotonem et Syracusas condita. Duas arces habuit et Proserpinae fanum. Plinius nunquam vel pestem vel terrae motum ibi fuisse notat. Adjacens regio Locris vocabatur. H. rudera ejus sunt, ubi locus *Bursano*; incolae Locrenses, Locri, Locri Narycii.

Locris, idis, Graeciae Propr. regio. Incolae Locrenses et Locri, quorum dux in migratione Locrus, unde nominis origo. Dividitur a Strabone in duas maxime partes, in orientalem et occidentalem, quas separabat Parnassus et fines ejus ab hoc monte utrimque pertinebant ad fretum Euboeae et sinum Corinthiacum prope Phocida. Alii in plures Locrida faciunt, vario tamen modo. Eorum legislator Zaleucus notus est.

Locri Epizephyrii, pop. Agri Bruttii circa Locros urbem.

Locri Opuntii, pop. Locridis, propinqui orae maritimae, inter Locros Epicnemidios, Boeotiam et Phocidem.

Locri Epicnemidii, Locridis Orientalis incolae, inter Sinum Maliacum, Thessaliam et Phocidem.

Locri Ozolae, Locri Occidentales, Locridis pop. juxta Parnassum usque ad Sinum Crissaeum.

Londinium, Augusta Trinobantum, Trinobantum, Londinum, Lundonium, Longdinium, Lundonia, Civitas Lundonia, Britanniae Rom. in Trinobantibus emporium antiquissimum ad Tamesin; h. *London*; adj. Londiniensis.

Longus Murus v. Macron Tichos.

Lopadium, opp. Bithyniae; h. *Lupadi*.

Lopadūsa, ins. inter Africam et Meliten; h. *Lampadusa*.

Lōpsĭca, urbs Illyrici in Liburnia prope Seniam; h. *Selissa*; incolae Lopsi.

Lorȳma, Lorimna, Cariae in Doride portus, Rhodo oppositus; h. *Maxi*.

Lorȳma, regio maritima aspera et mons altissimus in Doride Cariae, urbi cognomini propinqua. In montis cacumine erat castellum Phoenix appellatum.

Lotitia s. Loticia Paris, v. Lutetia Parisiorum.

Lotophăgi, Alachroae, pop. in Regione Syrtica, Cinypho et Tritoni fluviis vicini.

Lovanium, Lovania, Lovonnium, Luvanium, Lovon, urbs Galliae Belgicae, quam jam ante Jul. Caesaris adventum oppidi formam habuisse, eumque castrum in ea exstruxisse tradunt; h. *Löwen*; adj. Lovaniensis.

Luca, Lucca, Lucense Municipium, urbs Liguriae ad Auserem, quae postea Etruriae adscripta est; h. *Lucca*; adj. Lucensis et Luccensis.

Lucania, Italiae Infer. regio Tusco Mari atque Tarentino Sinu adjacens, quae a Picentinis Silaro a Bruttiis Lao et Sibari, a Peucetis Bradano terminatur; ubi h. *Principato Oltra* et *Basilicata*; incolae Lucani; adj. Lucanicus et Lucanus.

Lucentia, Lucentum, opp. Contestanorum in Hispania Tarrac. sinui adjacens; h. *Alicante* - Alicantium, Alicanta.

Luceria, Luceria Apula Lucaria, Nuceria Apulorum urbs Apuliae Dauniae in Hirpinorum

confinio, lanae praestantia nobilis; h. *Lucera*; cives Lucerini.

Lucina, Lucinae Oppidum, Leucothea, urbs Aegypti in Thebaide ad orientalem Nili ripam posita; h. ejus ruinae extant apud vicum *El-Kab*.

Lucototia v. Lutetia Parisiorum.

Lucrinus Lacus v. L. Lucrinus.

Lucus Asturum, opp. Hispaniae Tarrac. in Asturibus; h. *Oviedo*. Ovetum.

Lucus Augusti, Augusti Turris, Septianae Arae, urbs Artabrorum in Hispania Tarrac. ad Minium sita; h. *Lugo*.

Lucus Augusti, Lucus, opp. et municipium Vocontiorum in Gallia Narbon.; h. *Luc*.

Lucus Camoenarum, in Latio, Romae proximus; ubi h. vallis *Caffarella*.

Lugdunum, Lugdunum Celtarum, Civitas Segusianorum, Colonia Copia Claudia Augusta Lugdunensis, Augusta Lugdunensis, Lugduna, Lugdunus, prius Lugudunum, opp. ad Araris et Rhodani confluentes in finibus Galliae Lugdunensis in Segusianis situm, celeberrimum totius Galliae et splendidissimum, quod etiam Claudii Caesaris incunabulis inclaruit; h. *Lyon*; incolae Lugdunenses; adj. Lugdunensis.

Lugdunum, Lugdunum Batavorum, Lugodinum, opp. Galliae Belgicae in Batavis; h. *Leiden*, *Leyden*.

Lugeus Lac. v. Lac. Lugeus.

Lugidunum, Germaniae orientalis in Suevis opp.; h. al. *Lignitz*, al. *Glogau*.

Lugovallum, Luguvallum, Luguballum, Lugoballi, Carleolum, opp. Brigantum in Britannia Rom.; h. *Carlisle*.

Lumellum v. Laumellum.

Luna, Lunensis Urbs, Etruriae opp. non magnum. Laudant Caseum Lunensem, magnitudine conspicuum, atque marmor candidum. Portum habebat egregium atque maximum, quem alii Liguriae tribuunt, intercedente Macra fluvio, utriusque termino. Urbs h. vocatur *Lerice* et secundum alios *Lunegiano*. Portum h. appellant *Golfo di Specia*; occurrit etiam promontorium Lunae, quod h. *Capo Corvo* dicunt.

Lunae Promontorium, in Hispania Lusit. prope Taji ostium; h. *Cap Rocco*.

Lundonia v. Londinium.

Lupia, Luppia, Lipia, Lippia, Lyppia, Sicambrorum in Germania fluv., qui Alisonem excipit atque in Rhenum effunditur. H. *Lippe*.

Lupia s. Luppia, opp. Germaniae in Sicambris ad fluvium ejusdem nominis; h. *Lippe od. Lippstadt*.

Lupiae, Lupia, Luppia, Colonia Lupiensium, Luspiae, Italiae in Calabria opp., Mari Adriatico adjacens. H. inter Hydruntem et Brundusium quaeritur, ubi *Torre di Cataldo* est.

Lupodunum, Lobodunum, Loboduna Civitas, Latinoburgum, Leodius, urbs Alemannorum in Germania ad Nicrum posita; h. *Ladenburg*; adj. Lobodunensis.

Lusio, Lussonium, Lussunium, urbs Pannoniae Infer. ad Danubium; h. *Bata* al. *Fölvar*.

Lusitania, Lusitania Prov., pars tertia Hispaniae, quae a Durio incipit et versus Baeticam finitur Ana fluvio. Interius a Vaccaeis et Carpetanis a Tarraconensi terminatur, ut adeo versus orientem magis extendatur, quam h. *Portugal*; incolae Lusitani; adj. Lusitanus.

Lutecia Parisiorum, Lutetia Parisiorum, Lucototia, Lotitia s. Loticia Parisiorum, Parisiorum Civitas, Parisii, Parisium, Leucoteria, Leucotia, metropolis Parisiorum in Gallia Celtica, Sequanae insulae imposita. Hanc J. Caesar aedificiis adeo auxit, murisque cinxit, ut Julii Civitas a nonnullis appellata sit. Ibidem Julianus Imper. hiemem aliquando transegit. H. *Paris*.

Luteva, Civitas Lutevensium, Forum Neronis, castrum Galliae Narbon. in Volcis Arecomicis ad Cebennarum radices; h. *Lodeve*; incolae Lutevani et Foroneronienses.

Lycabettus, **Lycabessus**, **Lycobettus**, Atticae mons Athenis vicinus.

Lycaeus, mons Arcadiae, Jovi Lycaeo sacratus; h. fort. *Tetragi.*

Lyacaonia, Asiae Min. regio in confinio Cappadociae, Tauri et Phrygiae Magnae sita. H. quibusdam *Logni*; incolae Lycaŏnes; adj. Lycaonius.

Lychnidus Lacus v. Lac. Lychnidus.

Lychnīdus, alias **Lychnitus**, **Justiniana Prima**, medio aevo **Achris**, urbs Illyrici in Macedoniae finibus juxta Lychnidum Lacum, Justiniani patria; h. *Achrida od. Ochrida.*

Lycēum, in Attica prope Athenas, ubi Aristoteles docebat.

Lycia, Asiae Min. regio, Mare Mediterraneum, Cariam, Phrygiam, Pisidiam et Pamphiliam terminos habens. Nomen derivant a Lyco, Pandionis filio. Regio olim latius patuit, fuitque Ciliciae contigua. H. *e. Theil v. Caramanien*; incolae Lycii, prius Termilae.

Lycimna, Argolidis castellum, Naupliae propinquum; adj. Lycimnius.

Lycopolis, **Lycon**, **Lyco**, urbs primaria Lycopolitae Nomi ad sinistram Nili ripam; h. *Syouth od. Ossiut*, al. *Munia*; cives Lycopolitae.

Lycorēa, urbs Phocidis, in Parnasso non procul Delphis sita; h. *Liacura.*

Lycormas fl. v. Evenus.

Lyctus, **Lyttus**, urbs Cretae mediterranea, quae tamen navale habuit Cherronesum. Fuit antiquissima, quae etsi, Cnosso depressa, ad magnam evecta esset dignitatem, a Cnossiis tamen diruta est. Cives omnium Cretensium fuisse optimos perhibent. Sitam fuisse putant ubi h. locus est *Toxida*, al. *Lyttus*, al. *Lassiti*; cives Lyctii et Lyttii; adj. Lyctius.

Lycus, **Zabatus**, **Zerbis**, **Anzabas**, Assyriae fluv., qui apud Arbela Tigridi jungitur; h. *der grosse Zab.*

Lycus, Phrygiae Maj. fluv., qui Laodiceam alluit atque Maeandro miscetur; h. *Görduk od. Sultantschai.*

Lycus, Phoeniciae vel Syriae australis fluv. navigabilis inter Palaebyblum et Berytum, qui inter montes duo praecipites in mare evolvitur; h. *Nahar-Kelb.*

Lycus, fluv. Ponti, qui apud Magnopolim Iri jungitur.

Lydda, **Lidda**, in S. L. Lod, post **Diospolis**, **Jovis Civitas**, urbs Judaeae in Gofnitica regione. H. vicus exiguus *Lud*, Arabibus *Loddo*; al. eam *St. Georgio*, al. *Scgira* vocant.

Lydia, Asiae Min. regio, quae fines habet Joniam, Mysiam, Phrygiam atque Cariam; antea dicta Maeonia, a Maeone fluvio. Terra fertilitate et Pactolo, aurifero fluvio, celebratur; h. quibusdam *Saruthan*, pars *Natoliae*. Incolae Lydi, Maeŏnes, Meones. Ex quorum regibus inclaruit Croesus. Post Persis subditi fuerunt, unde ad Alexandrum M., eoque mortuo, ad Meleagrum, seu, ut alii volunt, ad Menandrum transierunt. Luxuria et libidine notantur; adj. Lydius, poet. Lydus.

Lyncestis, Macedoniae regio, ad meridiem Lingi montis sita; incolae Lyncestae; adj. Lyncestius et Lyncestus.

Lyncus, **Lyncestius Amnis**, Lyncestidis fluv. in Macedonia, qui Lyncum urbem alluebat. Ejus aquam potam non minus ebrietatem inducere, quam si quis vino se ingurgitasset, Plinius auctor est. Fort. h. *Venetico.*

Lyncus, metropolis Lyncestidis; h. *Vodonica*; accolae atque incolae Lyncestae.

Lyrcēus, **Lyrcaeus**, fons Argolidis prope Lyrceam urbem, e quo Inachus nascitur; adj. Lyrcēius et Lyrceus.

Lyrnesus, **Lyrnessus** v. Adramittēum; Lyrnessis, idis, f. subst.; adj. Lyrnessius et Lyrnesias, adis.

Lysaniae Domus, **Cenodori** s. **Zenodori Domus**, regio orientalis Palaestinae, quam Augustus Herodi donavit, qui eam Zenodoro tradidit; sed factis ab eo excursionibus in Trachonitidem ab Herode devictus est.

Lysimachĭa s. **Lysimachīa**, **Hexamilium**, urbs Chersonesi Thraciae ad Propontidem sita, quae

a Lysimacho, Thraciae rege, condita, verum post annos XXII. terrae motu eversa, sed refecta est. Eam et Cardiam portas quasi Chersonesi vocant. Quae quidem opportunitas satis comprobata est in bello Antiochi. H. *Hexamili* esse creditur, al. ruinas ejus esse putant juxta vicum *Baular*; incolae Lysimachienses.

Lystra, ae, in N. T. Lystra, orum, urbs Lycaoniae in Asia Min.; h. *Latik*.

Lyttus v. Lyctus.

M.

Macae, Macaei Cinyphii, Macaei Syrtitae, populus Syrticae Regionis.

Macae, Arabiae Felicis pop., versus aquilonem prope Macetam promont. habitans.

Macarēa, opp. Arcadiae Alpheo adjacens.

Macaria v. Cyprus.

Macaria v. Lesbus.

Macaria v. Rhodus.

Macedonia, Europae meridionalis terra, quae olim Emathia dicta est. Serius nomen a Macedone derivant. Terminatur Thessalia et Epiro, Strymone fluvio versus Thraciam, Moesia atque Mari Aegaeo. Invaluit maxime divisio in quatuor partes a Romanis facta. H. *Makdonia* od. *Filiba Wilajeti od. Vilejeti*. Incola Macĕdo, Macĕtes, fem. Macedŏnis, Macessa, Macetis s. Maceta; adj. Macedonicus, Macedonius, Macedoniensis.

Macedonicum Mare, Macedonicus Sinus v. Thermaicus Sinus.

Macella, urbs Siciliae, inter fluvios Crimissum et Hypsam; h. *Strongoli*.

Macestus, Mysiae Min. fluvius, qui Rhyndaco infunditur et cum eo in Propontidem egreditur; h. *Susugherli*.

Maceta, Arsaborum Promontorium, in Arabia Felice ad Sinus Persici ostium; h. *Cap Mocadon*.

Macodama, Macomades Minores, Macumades, urbs Africae Propr. in Byzacena, inter Thenas et Tritonis ostium; h. quibusd. *Macros*.

Macolicum, urbs Britanniae Rom.; *Kil-Mallok*, al. *Doneraile*; al. *Killmalu*.

Macoraba, Mochura, urbs Minaeorum in Arabia Felice; postea Mahometicae superstitionis caput. H. *Mecca*.

Macra, Italiae fluv. in Apenninis ortus, qui Liguriam ab Etruria dividit atque inter Lunam portum et urbem in Mare Ligusticum illabitur; h. *la Magra*.

Macra v. Euboea.

Macrinus v. Matrinus.

Macris v. Chios.

Macris v. Euboea.

Macris v. Icaria.

Macrobii, pop. Meroës, Nili in Aethiopia insulae.

Macrobii, Africae pop. in ora Atlantici Maris habitans.

Macron Tichos, Longus Murus, in Thracia, a Coenophrurio ad Propontidem usque ad Derconem ad Pontum Euxinum extensus.

Macron Tichos, murus XL stadiis longus a Piraeo portu usque ad Athenas aedificatus; a quo aequaliter distans versus meridiem erat Phalereus.

Madascona v. Matisco.

Madaura, Madaurense Oppidum, Madurus, Medura, urbs Numidiae Massylorum in Getuliae et Numidiae confiniis. Apuleji erat patria; cives Medauriani; adj. Medaurianus.

Madytus, urbs Thraciae ad Hellespontum, portu instructa; h. *Maitos*, al. *Maicon*; adj Madytius.

Maeander, Maeandrus, Joniae fluv. celeberrimus, cujus fontes in arce Celaenarum, urbis Phrygiae primariae, sunt, quique ita sinuosis flexibus est, ut saepe credatur reverti; idem, cum fertilissimo agros limo rigavit, Sinum Latmicum

illabitur. H. vocatur ***Meinder od. Minder***, Turcis ***Bojuk Minder***; adj. Maeandricus et Meandrius.

Maedi, pop. Thraciae occidentalis, quorum regio versus occidentem Pangaei montis sita erat.

Maenalium, Maenalia, Arcadiae regio Maenalo monti vicina.

Maenălum, Maenalus, opp. Arcadiae Maenalo monti impositum, unde regio Maenaliae nomen invenit.

Maenălus, Maenalion, Arcadiae montes Megalopoli longius, quam Tegeam procurrentes; adj. Maenalius, Manalis, idis, poet.

Maenaria, insula Etruriae propinqua, contra Herculis Labronis Portum sita; h. ***Melora***.

Maenariae, Interni Maris insulae, Baleari Majori vicinae et Palmae urbi oppositae.

Maenŏba, Menoba, Manoba, opp. Hispaniae Baet. ad fluv. cognominem sita; h. ***Velez Malaga***.

Maenŏba, fluv. Hispaniae Baeticae; h. ***Velez***.

Maenus v. Moenus.

Maeones i. q. Lydi.

Maeonia v. Lydia.

Maeonia e. q. Etruria, quae nomen a Maeoniis traxit; incola dicitur etiam Maeonides, ae; adj. Maeonius.

Maeōtae, Maeotici, Maeotidae, commune populorum nomen, Paludem Maeotida accolentium.

Maeotis, idis, Maeotica Palus, Maeoticus Lacus, Maeotius Lacus, inter Sarmatiam Europaeam et Asiaticam sita, et Bosporo Cimmerio a Ponto Euxino discreta, quae Tanain aliosque multos fluvios recipit; h. ***d. Meer v. Asof, od. Mar de Zabache od. della Tana***; adj. Maeoticus, poet. Maeotius et Maeotis, idis.

Maesia Silva, Etruriae meridionalis silva.

Magdăla, Magdala Gadarae, urbs Peraeae in Gaulonitide ad lacum Genesaram non longe a Dalmanutha posita; adj. Magdalēnus.

Magetobrīga, Magetobria, Amagetobria, urbs Galliae Belg. in Mediomatricis, non longe distans a paludibus Saravo vicinis, ubi Ariovistus Gallorum copias vicit; h. ***Magstadt in Lothr.***

Magi, pop. Persiae meridionalis, ut videtur.

Magnata v. Nagnata.

Magnesia, Thessaliae regio inter Pagasaeum Sinum et Mare Thracium posita; incŏlae Magnētes; adj. Magnesius, Magnessus et Magnetis, idis f.

Magnesia, Magnesia Thessaliae, urbs in orientali ora Magnesiae sita.

Magnesia ad Maeandrum s. Maeandri, Joniae opp. ad Maeandrum et Thormacis montis australem declivitatem posita; h. ***Inebazar***, al. ***Guzelhissar***; incola Magnes et Magnessa, f.

Magnesia ad Sipylum, urbs Lydiae, Hermo fluvio adjacens et septentrionali Sipyli declivitati imposita. Ibi Antiochus M. a L. Scipione Asiatico victus est. H. ***Magnisa***; incolae Magnetes a Sipylo.

Magnum Promontorium, Lusitaniae prom. ad caurum Olisiponis positum; h. ***Cap Rocca di Sintra***.

Magnus Portus v. Portus Magnus.

Mago, Portus Magonis, opp. vel castellum in Baleari Minore; h. ***Mahon, Porto Mahon***.

Magontiacum, Magontiaca Urbs, Magontina Urbs, Magontia, Magontiensis Civitas, Mogontia, Maguntia, Maguntiacum, Magontiaca Civitas, Moguntiacum, Moguntiacus, Vangionum in Gallia Belg. Rheno adjacens opp., illius regionis amplissimum ac Romanorum adversus Germanos munimentum validissimum; h. ***Mainz***; adj. Magontiensis et Mogontiacensis.

Magrăda, Hispaniae Tarrac. fluvius; h. ***Uramea***, al. ***Bidassa***.

Major Lacus v. Lacus Verbanus.

Malăca, urbs Hispaniae Baet. in Bastulis, ad fluvium ejusdem nominis et mare sita. Conditores feruntur Phoenices. Post fama crevit et opibus et musita municipium appellatur. H. ***Malaga***.

Malĕa, Maleae, prom. Laconicae prope Cytheram ins., quod L. M. P. in mare prominebat et navigationi periculosum erat; h. *Capo Malio od. St. Angelo*.

Maleventum v. Beneventum.

Maliacus Sinus, passim Maliacus, ad Phthiotidem in Thessalia, qui nomen habet ab urbe Malo, et vocatur etiam Lamiacus ab urbe vicina Lamia; h. *le Golfe de Zeiton od. Zeitun*; accolae Malienses s. Maleenses.

Mallorum Oppidum, Mallorum Metropolis, in India intra Gangem ad Acesinis et Hydroatis confluentem. Ibi Alexander vulneratus est. H. *Multan*.

Mallos, Mallus, urbs Ciliciae Campestris, a Mallo conditore ita dicta. Sita erat in loco edito, et Pompeji tempore deserta jacuisse videtur, quod eam piratis habitandam concessit; h. al. *Malo*, al. *...sjich*.

Malva, Malvāna, Africae fluv. ex Atlante ortus, qui Mauretaniam Caesariensem a Tingitana separat, atque in Mare Internum effunditur; h. *Muluya*.

Mamertina Civitas v. Messana.

Mamertini, pop., qui ex Agro Bruttio in Siciliam commigravit atque Messanae consedit.

Mamertinum Fretum v. Fr. Siculum.

Mamertium, Mamertum, opp. Bruttiorum ad Apennini radices situm, unde pix Bruttia afferebatur; h. *Oppido*, al. *Martorano*.

Mamilla, urbs Germaniae in Hermunduris, quam quidam putant esse h. *Zeiz*.

Manapia, Hiberniae opp. ad Modoni ostium; h. *Wexford*; al. *Waterford*; accolae Manapii.

Manaritium, Mannaricium, Galliae Belg. opp. in Batavorum Insula; h. ubi vicus *Maurick*.

Mandagora, urbs Indiae intra Gangem in Pandionis Terra; h. *Dabul*, al. *Mangalor*.

Mandonium v. Mandúria.

Mandropolis, urbs Phrygiae Magnae; incolae Mandropolitae.

Manduessedum, opp. Cornaviorum in Britannia Rom.; h. *Manchester*.

Manduria, Manduriae, Mandonium, urbs Calabriae in Salentinis; h. *Casal Nuovo*.

Mantinēa, urbs Arcadiae, postea Antigonēa dicta. A Spartanis bello Peloponnesiaco eversa post Leuctricam pugnam refecta est; neque multo post Epaminondae de Spartanis victoria atque obitu inclaruit; h. *Paleopoli*, al. *Mantegna*; incola Mantineensis, Mantineus et Mantinis f.; adj. Mantinicus.

Mantinorum Oppidum, Mantinum, urbs Corsicae insulae; fere ubi h. *Bastia*.

Mantua, urbs Galliae Transpad. splendida, in lacu posita, a Mincio flumine effecto. Poetarum clarissimo, Virgilio, gloriatur, in propinquo vico, Andibus, nato, qui hanc urbem Galatēam allegorice vocat. H. *Mantua*; adj. Mantuanus.

Mantua, Mantua Carpentanorum, urbs Hispaniae Tarrac., ante Viseria vocata; vulgo *Madrid*. Madritum, Madritium, Madridium. Sunt tamen, qui ibi positam fuisse putent, ubi nunc propinquus est vicus *Villamanta* dictus; adj. Mantuanus.

Maracanda, Maracodra, Paracanda, Persiae in Sogdiana urbs amplae magnitudinis et munita, sed ab Alexandro diruta; postea Timuri sedes facta est. H. *Samarkand*.

Marăthon, urbs Atticae orientalis, orae maritimae propinqua. Athenis aberat circiter X. M. P. ac pari spatio Carysto Euboeae. Pars fuit Tetrapolis Atticae. Inclaruit Theseo, qui taurum Marathonium oppressit; inprimis Miltiadis de Persis victoria. H. *Marathona* vicus, qui paucas modo domus et hortos complectitur; adj. Marathonius et Marathonis, idis, f.

Marăthon, regio Atticae Marathoni adjacens, in qua lacus erat.

Marathos, Marathus, urbs Syriae in Cassiotide, Alexandri tempore magna et florens. Varias fati et nominis vicissitudines subiit et hodie in ruinis submersa jacet, ubi nunc est *Mera-Kin*, al. *Margath*.

Marchus v. Marus.

Marciāna, Marcena, Marciana Castra, urbs Norici Mediterranei ad Dravum sita; h. *Marburg in Steyermark.*

Marciana Silva, Marcianae Silvae, v. Martiana Silva.

Marcianopolis, Moesiae Infer. opp., in quo Imperatores Rom. saepius hiberna agebant. H. *Prebislaw*, *Preslaw*, al. prope *Mesembria.*

Marcius, mons Latii Novi in Volscis inter Lanuvium et Pometiam exsurgens.

Marcodava, urbs Daciae prope Apulum, quam Marisus alluit; h. *Marcoseck od. Margoscst.*

Marcodūrum, urbs Galliae Belg. in Ubiis ad Ruram sita; h. *Düren.*

Marcomăgus, Margomagum, opp. Ubiorum in Gallia Belg., ad Africum Coloniae Agrippinae sita; h. *Markmagen*, al. *Steinfeld.*

Mare Aegaeum v. Aegaeum Mare.

Mare Mediterr. v. Mediterr. Mare.

Marĕa, urbs Aegypti Infer. ad Mareotidem Lacum, vini ferax; h. *Mariut.*

Mareōtis, idis, **Marĕa, Mareia**, Aegypti lacus prope Alexandriam, a quo adjacens regio itidem Mareotis appellatur; h. *Lago di Mariut*, *di Bachaira od. Saba.*

Mareotis Libya v. Libya.

Margaberga c. q. Cunetio.

Margiāna, Persiae provincia, quae Bactrianam, Ariam, Parthiam et Hyrcaniam fines habet; h. *d. nördl. Theil v. Chorasan.*

Margidūnum, opp. Coritanorum in Britannia Rom.; h. *Margetoverton*, al. *Bever Castle.*

Margum, Moesiae Super. opp. prope Margum fluvium et Aureum Montem. Ibi Diocletianus Charinum vicit. H. *Passarowitz od. Pasarofdscha*; adj. Margiensis.

Margus, Margis, Moschius, Moesiae super. fluv., qui fontes habet in Orbelo Monte atque Danubio jungitur; h. *Morawa.*

Margus v. Marus.

Margus, Persiae in Margiana fluv., in Sariphis Montibus oriens et Antiochiam alluens. Oxo miscetur et h. *Mariab* dicitur.

Mariāna, prius Nicaea, urbs Corsicae et C. Marii colonia; h. *Niolo.*

Mariandўni, Maryandēni, Bithyniae pop., in ora Ponti Euxini habitans.

Marianum Promontorium, prope Marianam urbem in Corsica insula, Sardiniam versus; h. *Capo di Casa Barbarica.*

Maricae Lucus, in Latio, propinquus Maricae Paludi et Minturnis.

Maride, arx montana in Mesopotamia, Aramzobae urbi munitissimae apposita; h. *Merde*, al. *Mardin.*

Maridunum, opp. Demetarum in Britannia Rom.; h. *Caermarthen.*

Mariōnis, Mario, Gambrivium, urbs Anglorum in Germania ad Albim; h. *Hamburg.*

Mariōnis Altera, Varinorum in Germania urbs maritima; h. *Wismar*, al. *Lübeck.*

Marissus, Marisius, Marisia, Mariscus, Marusius, Marysius, Daciae fluv., qui ex Carpatibus montibus decurrit atque Tibisco infunditur; h. *Marosch*, *Maros*; v. etiam Rhabon.

Maritima Colonia, Maritima Avaticorum, Anatiliorum Urbs, Mastramela, opp. Galliae Narbon. prope Lacum Mastramelam. Plerique judicant hod. esse *Martigues* -Martigium, etsi alii quaerunt ubi hodie est *Berre* et rudera extant influuntque in stagnum, Mastramēlam olim, fluvii *Arc* et *Durancole* qui locus vocatur h. *Cap d'oeil.*

Marmarĭca, Africae vasta et deserta regio inter Alexandriam Aegypti et Cyrenaicam Peatapolim. H. *Küste Barca.* Ejus pars interior et meridionalis nunc *d. Wüste Barca*; incolae Marmaridae, Marmarides; adj. Marmaricus.

Maro, mons in orientali Siciliae latere; h. *Mandonia.*

Marobōdum, Marobodūnum, opp. Germaniae Magnae in Bojemo a Maroboduo, Marcomannorum rege, quos eo duxerat, conditum, in quo sedem posuit; h. *Praga*, al. *Budweis*; v. etiam Bojobinum.

Maronēa, Maronīa, urbs Thraciae maritima ad Lissum flu-

vium. Prius dicta est Orthagoria. Nomen Maroneae assumsit a Marone conditore, de cujus aetate dissentiunt auctores. Praedicatur vini cultura, quam is exercuit, unde egregium vinum Maroneum dicitur. H. putatur *Marogna*; incolae Maronetes.

Maronīas, Maronia, urbs Syriae in Chalcidice; h. quibusd. *Marat.*

Maronĭa, Maronea, Italiae in Samnio oppidum.

Marpessus, mons Pari insulae, marmore albo egregio nobilitatus; adj. Marpessius.

Marpessus, Marmessus, Mermessus, urbs Troadi; adj. Marpessius.

Marrubium, Marsorum Civitas, Maruvium, Marsus Municipium, Italiae Propr. in Marsis opp. pulcherrimum Fucino Lacui adjacens; h. *Morrea od. Morea*; adj. Marrubius.

Marsi, Italiae Med. pop. ad septentrionalem Fucini Lacus ripam sedens; a quo Italicum s. sociale bellum Marsicum etiam vocatur; adj. Marsicus et poët. Marsus.

Marsi, Germaniae pop., Istaevonum ramus et Cheruscis foederati. In utraque Luppiae ripa incolentes post Drusi tempora cum Bructeris societatem inierunt. Germanicus Caesar eorum Taufanae deae templum delevit.

Martiana Silva, Martianae Silvae, Nigra Silva, in Germania inter Danubii fontes, Nicrum atque Moenum fluvios sita; h. *der Schwarzwald.*

Martis Statio, ad Martem, urbs Galliae Transpad. ad orientalem Cottiarum Alpium declivitatem sita; h. *Oulx*, *Houlx* - Ultium.

Martyropolis, urbs Armeniae Maj. in Sophene ad Nymphium, qui Tigri infunditur; h. *Mejafarckin.*

Maruccini, populus ad Latii oram inter Frentanos et Aternum fluvium habitans; adj. Maruccinus.

Marus, Morus, Margus, Marchus, Germaniae fluvius inter Quados et Gothinos, qui Danubio miscetur; h. *March.*

Marusius, Marysius v. Marisus.

Masa v. Mosa.

Masaesyli v. Massaesylii.

Masciacum, opp. Rhaetiae; fort. h. *Schwatz.*

Masius, mons Mesopotamiae inter Mydoniam, Euphratem, Melitenen et Tigrim positus; h. al. *Karadjeh - Dag*, al. *Dschudi.*

Massa, urbs Laconicae ad Sinum Messeniacum; h. *Kaina.*

Massaesylii, Massaesyli, Masaesyli, pop. Numidiae occidentalis, inter Mulucham fluv. et Masylibum prom. sedens.

Massagĕtae, Scythiae intra Imaum pop. proxime Sogdianis juxta Jaxartem habitans, cujus regina Tomyris Cyrum cum exercitu ad internecionem delevit. Ubi h. *d. grosse Tatarei.*

Massĭcus Mons, Falernus Mons, Falernus Saltus, in Campania. Ita dicuntur editiores Agri Falerni partes, inter Vulturnum et Lirin fluvios sitae atque generosi vini fertilitate celebres. H. *Monte Marso*, al. *Mondragone*; adj. Massicus; v. etiam Gaurus.

Massilia, Massalia, urbs Galliae Narbon. A Phocaeis condita est annis CXX ante pugnam Salaminiam. Fuit urbs antiqua et dives, optimarumque disciplinarum studiis legibusque sanctissimis florentissima. Sed cum bello civili Pompejo adhaesisset, aliquantum de pristina opulentia descivit. Portum habuit Lacydonem, qui diversus erat ab eo, qui nunc est; nam hodiernus non austro, sed zephyro objectus est. Duo vero sunt ad promontorium *Crucette*, qui utrique meridiem adspiciunt, sed unus paulo remotior, alter vero, veteri Massiliae propior, satis longe littus excavat et commodam navibus praebebat stationem. Posterior est Lacydon, eoque Massilienses prisci usi sunt, antequam alterum, quo nunc utuntur, excavarunt. Hodierna urbs *Marseille* latius patet; incolae Massilienses, Massiliōtae; adj. Massilianus; Massilioticus, Massilitanus

Massȳla Gens, Masȳli, Massylii, Massiliaei, Numidiae orientalis pop.; adj. Massylus, Massylēus, Massylius.

Mastramela Lacus v. Maritima Avaticorum.

Matáurus v. Metaurus.

Materna v. Matrona.

Matīnus, mons Calabriae, in Apuliae Dauniae finibus situs; adj. Matinus.

Matisco, Matiscone, Matisconense Castrum, Matasco, Matescensium Civitas, Matiscanum, Madascona, urbs Galliae Lugdun. in Aeduis, quam Arar praeterfluit; h. *Maçon*.

Matrīnum, urbs Italiae in Piceno; h. *Porto d'Atri*.

Matrīnus, Macrinus, Vibatinus, fl. Italiae in Piceno, qui apud Adriam in Mare Superum effunditur; h. *Tordino*, al. *Piomba*.

Matrŏna, Materna, Galliae fluv. in Lingonibus ortus, qui Galliam Lugdun. a Belgica dividit et Sequanae miscetur; h. *die Marne*.

Mattiăcae Aquae, Mattiaci Fontes v. Aquae Mattiacae.

Matiăci, Germaniae occidentalis populus, Cattorum ramus, inter Lanum et Moenum incolens.

Mattium, Mattiăcum, Matium, Amasia Cattorum, metropolis Cattorum in Germania ad Lanum posita; h. *Marburg*.

Mauretania, Mauritania, Africae regio, quae inde ab Oceano occident. juxta Mediterr. Mare usque ad Ampsagam flumen extenditur. Veteres unam faciunt regionem, posteriores Claudio auctore vel Caligula in Tingitanam et Caesariensem dividunt. Prior pars a Tingi fluvio dicta, veterem Mauretaniam complectebatur, posterior ab urbe Caesarea nominata a Mulucha fluvio incipiebat. De Mauretaniae ambitu diversa tradunt auctores et hanc ob causam Jubam modo Mauretaniae, modo Numidiae regem faciunt. H. *Fess u. Marocco*; incolae Mauri, Graecis Maurusii, rarius Mauretani; adj. Maurus, Mauricus, poet. Maurusius et Maurusiacus.

Mavortia Moenia, Mavortis Urbs, apud poetas e. q. Roma.

Mavortia Tellus e. q. Thracia.

Maxilla Asini v. Onugnathos.

Maxūla, Mazula, Maxula Civitas, Maxula Prates, Maxulla Colonia, Africae Propr. in Zeugitana urbs maritima; h. quibusd. *Marsa*; adj. Maxulitanus.

Mazăca, opp. Indiae intra Gangem.

Mazăca, orum, urbs Asiae Min. in Cappadocia Propr. ad Argaeum M. et Melam fluvium, vetus Cappadocum regia, post Caesarea ad Argaeum Montem et Eusebia ad Argaeum M. dicta; h. *Kaisarieh*, al. *Tisaria*; adj. Mazacenus.

Meărus, Metărus, Mentarus, Hispaniae Tarrac. fluv. in Callaicis; h. *Rio Mero*.

Mecyberna, Mecyperna, urbs Macedoniae in Pallene paeninsula posita. Ditioni suae eam subjecerunt Olynthii; expugnavit Philippus, post intercidit. Hinc Ptolomaeo et Plinio ignoratur. Prope Olynthum ponit Herodotus, a qua XX stadiis aberat. Ab ea sinus appellabatur, quem etiam flexum nominant, quod non tantopere in terras ingreditur, ut hoc nomen mereatur.

Mecybernaeus Sinus v. Torone.

Medăma, Medma, urbs maritima Bruttiorum. Suspicantur esse h. *Rosarno*; adj. Medmaeus.

Medelicum v. Castra Ferrea.

Medeon, urbs Labeatum in Dalmatia non multum Scodra distans.

Media, Asiae terra in confinio Hyrcaniae, Parthiae, Persidis, Armeniae Maj. et Assyriae. Cum suos olim habuisset reges a Nino subacta in Assyriorum potestatem venit, qua excussa late imperans Cyro rege in Persarum deditionem concessit, post Macedonibus deinde Parthis paruit. Fertilitatem ejus atque equorum maxime praestantiam auctores praedicant. Ecbatana fuit urbs primaria. Hod. regio vocatur *Irak Adschemi*, vel *Iran Azerbidshian*, *Gilan* et *Mazanderan* ex parte occidentali; incolae Medi; adj. Medĭcus.

Mediolanium, Mediolarium, Ad Tres Lares, urbs Germaniae in Frisiis; h. *Meteln*.

Mediolānum, urbs Britanniae Rom. in Ordovicibus, inter Devam et Rutunium sita; h. prope oppidulum *Ellesmere*; al. prope *Meywood*; al. *Llanvellin*.

Mediolānum, opp. Galliae Aquit. in Biturigibus Cubis; h. *Chateau Meillant*.

Mediolānum, Mediolanensis Civitas, Mediolanensium Urbs, Mediolanium, Insubrium in Gallia Trânspad. metropolis magna atque vetus, postea litterarum sedes; h. *Milano*, *Mailand*; incolae Mediolanenses; adj. Mediolanensis.

Mediolānum, Eborica, Eboricae, Ebroicum, Galliae Lugdun. opp. in Aulercis Eburovicibus; h. *Evreux*.

Mediolānum, Mediolanum Santōnum, Santones, Santonis s. Santoniorum Urbs, Galliae Aquitan. opp.; h. *Saintes*.

Mediolarium v. Mediolanum.

Mediomatrici, Mediomatricorum Civitas v. Divodurum.

Mediterraneum Mare, Mare Internum s. Interius, M. Nostrum, M. Libycum, M. Summum, Mare Occidentale in S. L., quod Africam ab Europa separat, atque plura hodie, sicut olim, nomina, secundum regiones, quas alluit, sortitur. H. *das Mittelländische Meer*.

Medoēcus, Meduacus, Major et Minor, duo Galliae Cisalp. in Venetis fluvii, qui e regione urbis Venetiarum in Adriaticum Mare effluunt. H. Major *Brenta* - Brentesia, et Minor *Bacchiglione* - Bacchilio.

Medobrēga, Meidobriga, Meidubriga, urbs Hispaniae Lusitan.; h. *Marvao*.

Medoslanium, opp. Germaniae Meridionalis; h. *Meissau in Niederöst*.

Meduēcus, Britanniae Rom. fluvius; h. *Medwey*.

Medullia, Medyllia, urbs Latii.

Medullus, mons Hispaniae Tarrac., Minio fluvio adjacens; ubi h. *las Medulas*.

Megalopolis, Megalopolitana Civitas, opp. Peloponnesi in Arcadia ad Helissum fluvium, quae ab Epaminonda olympiade CIII in loco urbis Oresteionis s. Orestiae condita atque multarum urbium incolis frequentata est. Erat maxima atque Philopoemenis et Polybii patria; Achaeorum foederis tempore a Cleomene eversa est. H. vicus *Sinano*; al. *Leontari*; cives Megalopolitae, Megalopolitani et Orestii; adj. Megalopoliticus.

Megalopolis e. q. Aphrodisias Cariae.

Megēra, ae et orum, Colonia Megara, Megaris, Hybla, urbs Graeciae Propr. in Megaride. Antea dicta est Nisa; Megara a Megareo. Sita erat circa Isthmum et portum habuit. Inclaruit philosophorum schola, qui, etsi Euclide auctore, ab urbe tamen Megarici sunt vocati, et civibus Euclide, Stilpone, Theognide. Mores civium fraudulenti in proverbium abierunt, quo spectant risus Megaricus, lacrimae Megarenses, de fictis, et Megarensis ars, de dolo. Locus nunc est tenuis et vilis atque ibi multa conspiciuntur rudera; adj. Megaricus, Megarensis, Megareūs, Megarēus, Mégarus, poet., Hyblaeus.

Megăra, ae et orum, Megaris, idis, opp. Siciliae. Antea nominabatur Hybla Parva, quod ab immigrantibus Megarensibus accepit nomen Megara. Conditum esse videtur olympiade XI. Pauca ejus vestigia quaeruntur ubi h. *Augusta*.

Megaris, idis, Graeciae Propr. regio inter Peloponnesum, Atticam et Boeotiam, quae ante condita Megara, cum Jones illum tractum tenerent, Atticae pars fuit, post a Peloponnesiis, maxime Corinthiis et Messeniis inde detracta est. In Graeciae civitatibus parva fuit et contemta. H. *e. Theil v. Livadien*. Incolae Megarenses.

Megista, ins. inter Rhodum et Chelidonias prope Lyciae oram posita, cum urbe cognomine.

Meidobriga v. Medobrega.

Mela, Mella, Galliae Transpad. fluvius, qui Brixiam perfluit.

Melae, Jtaliae in Samnio opp.; h. quibusdam *Molise*.

Melaena Corcyra e. q. Corcyra Nigra.

Melaenae, Melaeneae, urbs Arcadiae inter Buphagium et Heraeam ad Alpheum sita.

Melamphylos, Melamphyllus v. Samos.

Melas, Pamphyliac fluv. in Ci-

liciae Tracheae finibus, qui prope Sidam in Mare Pamphylicum emanat: h. *Gensui*, al. *Koremoz u. Kirkyhedgid.*

Melas, Thraciae fluv., qui Adrianopolim alluit atque in Melanem Sinum effunditur. Eo satis notus est, quod ejus aquae, ut Lissus alendo Xerxis exercitui non suffecerint.

Melas, (ănis) Sinus, in Thracia, a Mela fluvio, quem accipit, ita dictus; h. *Golfo di Saros*; al. *Golfo d'Eno.*

Melas, Thessaliae parvus fluvius in Phthiotide, qui in Maliacum s. Meliensem Sinum egreditur.

Meldae v. Jarinum.

Meles, Melētus, Joniae fluvius prope Smyrnam, antro vicinus, in quo Homerum carmina composuisse tradunt, unde Melesigenis cognomen habet ejusque poemata Meleteae chartae a Tibullo vocantur.

Meleti Sinus, Aegaei Maris Sinus ad Ioniam et Meleti ostium; h. *Meerbusen v. Smyrna.*

Melibŏcus, mons Germaniae inter Campsanos et Gambrivios prope Bacenem Silvam; h. *der Harz*, al. *der Brocken* - Bructerus.

Meliboea, urbs Thessaliae in Magnesia ad Ossae montis radices inter Peneum fluv. et Ossam sita; adj. Meliboeus.

Meliboea, ins. ad Orontis Syriae fluminis ostium, purpura nobilis.

Melĭta, Melite, Melitas, Interni Maris ins. inter Siciliam et Africam, Carthaginiensium colonia, cujus portuum commoditas et incolarum opulentia laudatur. Habuit urbem cognominem; prope quam Junonis fanum erat. Celebres erant propter mollitiem et subtilitatem vestes Melitenses. Inclaruit max me D. Pauli Apostoli naufragio, quare et hodie ei sacra est. Nunc *Malta*; incolae Melitaei; adj Melitaeus et Melitensis; urbs h. *Civita vecchia*; cives Melitenses.

Melĭta, Melite, Melitine, Adriatici Maris ins. prope Illyridem Graecam et Hyllem paeninsulam, nobilitata caniculis, qui Melitaei catuli vocantur; h. *Melide od. Milet.*

Melitaea, Melitia, Meliteia, Melittara, Melittaea, urbs Thessaliae in Phthiotide, sita inter Othryn montem et Peneum; incola Melitaeensis, Melitaeus, Meliteus.

Melitēne, Melita, Melitine, Cappadociae opp. magnum, Euphrati vicinum, Semiramidis opus; et serius Armeniae Min. urbs princeps; h. *Malathija*, *Malatia*, al. *Meledne*; cives Melitenai.

Mellaria, urbs Bastulorum in Hispania Baet. prope Belonem. Nomen a melle ducitur. De situ h dissentiunt. Quidam putant nunc vocari *Touro de la Penna*, alii *Beja de la Miel.*

Mellaria, urbs Turdulorum in Hispania Baet. prope Cordubam frustra a quibusdam pro patria Melae vendita; h. *Fuente Ovejuna*, al *Val di Vacca.*

Melocăbus, opp. Germaniae in Hermunduris; h. *Melrichstadt* in *Würzb.*; al. *Coburg.*

Melodūnum, Melosēdum, Metiosedum, urbs Parisiorum in Gallia Celt., Sequanae adjacens; h. *Melun*; adj. Meliodunensis.

Meligunis v. Lipara.

Melos, Aegaei Maris ins. e Cycladibus. Olim dicta est Biblis, Zephyria, Mimallis etc. Nomen Melos alii a Melo quodam, alii a pomo ob rotunditatem, etsi h. arcus formam magis refert. Juxta Cretam locant, urbem cognominem in ea notant, ejusque fertilitatem laudant. Memorantur Melinum, terra alba ad pingendum optima, sulphur nobilissimum, thermae sulphureae, alumen, fontes calidi, pumices, lapides molares. Conditores ferunt Phoenices, post incoluerunt Lacedaemonii, in bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus expugnata atque devastata est; desolatam frequentarunt Athenienses. Ex civibus innotuit Diagoras et Socrates pictor; h. *Milo*; incolae Melii; adj. Melieus et Meliacus.

Melsiăgum, lacus Germaniae, quem quidam esse dicunt, ubi h. *Mecklenburg*, alii *d. Dramensee b. Elbing* vocant.

Memphis, is et idis, Aegypti Infer. opp. inter Moeridem et Mareotidem lacus non procul a Pyramidibus situm, magno ambitu, olim

arx regum et primaria Aegypti urbs post Thebas, quam Cambyses DXXIV a. C. n. evertit. Inde Memphites Nomos. H. al. ruinas ejus esse infra *Fostat im Geb. Gize*, al. *Manof* dici putant; incola Memphites; adj. Memphiticus, Memphitis, idis.

Menae, Menaenum, urbs in orientali Siciliae ora ad Lacum Palicorum sita; h. *Mineo od. Meno*; cives Menenii, Menanini, Menaeni.

Menapiorum Castellum v. Castellum Menap.

Mendae, Mende, urbs Macedoniae in Pallene paeninsula, ad Sinum Thermaicum sita, Eretriensium colonia; h. *Calandra*; adj. Mendaeus.

Meninx, ingis, Menix, ins. Africae Propr. ad promontorium Syrtis Minoris. Lotophagitis etiam a loti multitudine vocatur, ibique Ulyssis ara est. Plurima habuit oppida, quorum erat primarium Meninx (h. *Zadaica*). In ea nati sunt Imperatt. Vibius Gallus et Volusianus. Postea dicta est Girba, unde h. *Jerba od. Zerbi*, Arabibus *Gerbo*.

Menlascus v. Vedäsus.

Menoba, Maenoba, urbs Hispaniae Baet., Mari Mediterraneo adjacens; h. *Velez Malaga*.

Mentēsa, Mentisa, Mentissa, Mentesa Oretana, Oretanorum in Hispania Tarrac. urbs ad Baetin sita; h. al. vicus *Montizon*, al. *Bennaez*, al. prope *la Guardia*.

Menuthias, Menunias v. Hannonis Insula.

Mercurii Promontorium, Pulchrum Prom., Hermaea s. Hermaeum, Africae prom. in Zeugitana non procul Carthagine; h. *Cap Bona*.

Mermessus v. Marpessus.

Merobriga, Merobrica, urbs Hispaniae Lusit. in Vettonibus; h. *Odamira*, al. *Ciudad Rodrigo*.

Merŏe, regio Aethiopiae et insula, quam versus septentrionem Nilus, versus orientem Astaboras, et austrum versus Astapes efficit. Magna est atque frugum feracissima. In hodierno nomine dissentiunt, quippe aliis est *Selim el Assouanys Aloa*, aliis est *Goiam*, alii in regno *Sennaar* quaerunt.

Merŏe, metropolis regionis ejus totiusque olim Aethiopiae, prius Saba appellata, inde a Cambysis temporibus Meroe, mercatura nobilis; ejus ruinae nunc *Merawe* vocantur.

Merom v. Samochonitis.

Meropia v. Siphnus.

Meros, Merus, mons Indiae intra Gangem ad urbem Nysam. Nomen Bacchus imposuisse fertur, quia in Jovis femore (μηρῷ) succreverit. Hedera lauroque refertum Macedones invenerunt. Idem Jovi et Baccho erat sacer.

Mese, Media Pomponia, trium Stoechadum insul. media, ad Galliam Narbonensem posita; h. *Portecroz*.

Mesembria, Mesambria, urbs Moesiae Infer. in Thraciae confinio. Sita erat prope Haemum montem ad Pontum Euxinum eratque portu instructa. Nomen alii deducunt a Melso, ut proprie appellata fuerit Melsembria, quasi Melsi urbs, nam Bria in lingua Thracia notat urbem; alii a Mene conditam atque ab initio Menebria vocatam esse scribunt. Megarenses eo coloniam deduxerunt. H. *Missevia*; cives Mesembriani; adj. Mesembriacus.

Mesēne, Mesopotamiae Infer. regio, a duobus Tigris cornibus cincta; h. *Digel*.

Mesopotamia, Campi Mesopotamiae, in S. L. Aram Naharaim Aram Naharím et Paddan Aram, Asiae terra inter Euphratem atque Tigrim fluvios, quo situ nomen traxit; h. *Diarbeck*, Turcis *Al - Dschezira*.

Messāna, Messēne, urbs Siciliae, vicina Freto. Olim Zancle dicta est. Conditores urbis latrones' fuisse tradunt. Zancle deleta Anaxilas, Rheginorum tyrannus, olim condidit, cui ab antiqua sua patria Messenes nomen dedit; accesserunt postea Mamertini; unde Cicero eam Mamertinam Civitatem vocat; h. *Messina*, quae anno superioris seculi octogesimo tertio gravi terrae motu concussa est. Incolae Messanii et Messanenses; adj. Messanius.

Messapia v. Calabria.

Messēne, passim Messana, opp. Peloponnesi in Messenia. Plures urbes id nomen ferebant. Tro-

jana tempestate nondum stetit haec urbs atque erecta est post Thebanorum apud Leuctra praelium, et conditorem faciunt Epaminondam, etsi alii aliter sentiunt. Urbs fuit admodum munita. Inveniuntur de hodierno nomine ***Mosenigo***, ***Pedalidi***, etiam ***Maura Matia***. Cives Messenii; adj. Messeniacus.

Messenia, Messenis, Peloponnesi regio; fuit pars Laconices nomenque a Messene duxit. Innotuit diuturno bello, in quo spectata est Tyrtaei opera. Nunc cum Elide est ***Belvedere***.

Messua Collis v. Setium.

Mesvium, rectius Moevium, urbs Germaniae in Hermionibus; h. al. ***Merseburg***, al. ***Magdeburg***, al. ***Alt-Medingen***.

Metae, Metis v. Divodurum.

Metagonia, Metagonium, urbs vel regio Africae in Mauretania Tingit,; incolae Metagonitae.

Metagonītis, idis, Metagium, promont. Mauretaniae Tingit. versus occidentem Muluchae fluvii atque e regione Carthaginis Novae in Hispania situm.

Metagonium, Numidiae atque Africae Propr. promont., ab ejus forma triangulari ita dictum; h. ***Capo de tres forcas***, ***od. de tres arcas***, ***od. de Casasa***.

Metallinum, Metallina Castra, Metallinensis Colonia, Metallinum, Castra Vicelliana, opp. Vettonum in Hispania Lusit. et Romanorum colonia; h. ***Medellin***.

Métallon, portus alter Gortynae in Creta; v. etiam Lebenos.

Metapontium, Metapontum, Metabus, Siris, Asybas, opp. Lucaniae ad Sinum Tarentinum. Nomen nactum est a Metaponto, Sisyphi filio. Conditores commemorant alii Pylios, alii alios. Pythagoras ibi aetatem egit, ejusque domus in aedem Cereris transiit. Columnae nunc aliquae supersunt, ubi est ostium fluminis ***Basiento***, al. locum dici putant ***Torre di Mare***. Cives Metapontini et Metapontii.

Metaurum, Metaurus, Metauria, Bruttiorum opp. in ora Calabriae, Mari Tyrrheno et Metauri ostio adjacens.

Metaurus, Calabriae in Bruttiis fluvius, juxta Metaurum opp. in Tyrrhenum Mare se effundens; h. ***Marro***.

Metaurus, Umbriae fluv., qui inter Fanum et Senogalliam in Superum Mare egreditur. Hasdrubalis clade atque interitu nobilitatus est. H. ***Metro***; al. ***Metaro***; accolae Metaurenses Tifernates et Metaurenses Urbanates.

Metellinum v. Metallinum.

Methāna, Methōne, Argolidis urbs maritima vel arx montana, inter Epidaurum et Troezenen sita.

Methōne, urbs Messeniae; rectius Mothone, quia nomen a Mothona, Oenei filia, inditum est. Olim dicta est Pedasus. Sita fuit ad Acritam Promont., unde Sinus Asinaeus incipit, habuitque navale. H. ***Modon***; civis Methoneus.

Methōne, urbs Macedoniae in Thraciae confinio ad Sinum Thermaicum posita. In ejus obsidione Philippus altero oculo sagitta privatus est. Incolae Methonaei. H. ***Moitune***.

Methōne, urbs Thessaliae in Magnesia.

Methydrium, opp. Arcadiae inter Maloetam et Mylaontum fluvios et Megalopolis agros situm, quod eversum est, ut illam urbem amplificarent. Incola Methydrieus.

Methymna, urbs Lesbi, Asiae insulae, quae nomen traxit a Methymna, Macaris filia. Ob fidem Atheniensibus in bello Peloponn. praestitam agrum suum retinuit. Inclaruit Arione citharoedo, quem a piratis in mare praecipitatum delphin excepit atque in terram devexit; Myrsino historico et Echecratide Peripatetico; celebratur porro vini generositas. Urbis etiamnum rudera conspiciuntur in promontorio ***Moliwa***; cives Methymnaei.

Metiosedum v. Melodunum.

Metropolis, urbs Lydiae ad Caystrum fluvium in Ioniae confinio; h. ***Tiria***.

Metropolis, urbs Phrygiae Magnae ad Maeandrum sita; incolae Metropolitae.

Metropolis, Thessaliae opp. ad Curalium fluvium inter Gomphos et Pharsalum; cives Metropolitae.

Metropolis, urbs Acarnaniae in Epiri confinio, quam Achelous alluit; fere ubi h. *Aëtos.*

Metŭlum, **Metullum**, opp. Japydum in Illyrico ad Liburniae fines et Colapin fluvium; h. *Metling, Mötlingen.*

Mevania, urbs Italiae in Umbria ad Clitumnum amnem, Propertii patria; h. *Bevagna;* incolae Mevanates; adj. Mevānas.

Mieza, urbs Macedoniae ad Strymonis fluv. ostium posita, quae olim Strymonium vocabatur, a Mieza, Bereus filia, nominata; h. *Tricala,* al. *Strumona;* cives Miezei et Miezaei.

Milesii v. Miletus.

Miletopolis, urbs Mysiae in Phrygiae confinio et prope Artyniam Lacum; h. *Beli Kessr*, cives Miletopolitae et Miletopolites.

Milētus, **Milletus**, urbs primaria Ioniae ad Jasium Sinum in Cariae finibus, quae antea Lelegeis, Pityusa et Anactoria dicta est. Habuit quatuor portus, inclaruitque coloniarum multitudine, quam ob causam Plinius eam super LXXX. urbium per cuncta maria genetricem appellat. Cives claros habuit Thaletem astronomum, Timotheum musicum, Anaximandrum physicum aliosque. Hodie ruinis obruta jacet, ubi vicus est *Palatsha;* cives Milesii.

Milētus, **Miletum**, **Milesia**, urbs Calabriae, a Milesiis condita; h. *Mileto.*

Milletus v. Miletus.

Mimallis v. Melos.

Milyae, Pisidiae opp. in Phrygiae, Lyciae et Pisidiae confinio situm, unde regio Milyas dicitur, quae primum Phrygiae Magnae, postea Lyciae adscribebatur, atque a Cicerone Commune Milyadum vocatur.

Milyas, urbs Pamphyliae in Carbalia, propinqua Termesso; prius Solymi dicta; incolae Milyae.

Mincius, Galliae Cisalpinae fluv., qui in Alpibus Rhaeticis ortus Benacum Lacum permant, alium prope Mantuam efficit atque inde multis torrentibus auctus in Padum effunditur; h. *Minzo od. Mincio.*

Minervae Promont., **Athenaeum**, Campaniae in Picentinorum finibus prom., quod Sirenum sedem faciunt, quorum templum etiam ibi memoratur. In summo fuit templum Minervae, ab Ulysse conditum. Idem Surrentinum Prom. vocatum esse putant. H. *Capo della Minerva od. Capo Campanilla.*

Minio, Etruriae fluv., qui prope Latrium ortus inter Graviscas et Centumcellas in Mare Tyrrhenum effunditur; h. *Mignone.*

Minius, **Mimius**, **Baenis**, Hispaniae Tarrac. fluv. in Callaicis. Ortus in Asturibus in Oceanum Occid. egreditur. Nomen traxit a minio, cujus illa regio fuit uberrima, quamquam alii id ad flumen *Sil*, quod in eum illabitur, proferunt. H. *Minho od. Minno.*

Minnagara, **Minagara**, opp. Indiae intra Gangem ad Indum fluvium, Musicanorum caput; h. quibusd. *Al Mansora.*

Minnodūnum, **Minnidunum**, opp. Helvetiae in Pago Urbigeno; h. *Moudon od. Milden.*

Minōa, **Minoum**, urbs Cretae in ora septentrionali prope Amphimalem Sinum; h. *Moletio.* Est et alia ejusdem nominis in orientali ora Cretae.

Minorisa, **Minorissa**, urbs Laletanorum in Hispania Tarrac. ad Rubricatum flumen posita; h. *Manresa.*

Minturnae, **Minternae**, urbs Latii vetustissima ad Lirim fluvium nec procul a mari sita. Ad ostia Liris erant paludes Minturnenses. Praeter ruinas hodie supersunt aquaeductus et theatri vestigia, ex quibus pristina urbis amplitudo judicari potest. Putant esse ubi h. *Trajetta* vel *Castro ad Mare;* incolae Minturnenses.

Mirtilis v. Myrtilis.

Misēnum, **Misenus Portus**, opp. in Campania. Portum habuit ab Augusto Imp. institutum, in quo classis ejus pars secunda constitit. Insigni regionis amoenitate ducti Romanorum multi villas ibi aedificaverant, in quibus Mucullus; quam postea Tiberius Imper. possedit; h. *Miseno;* incolae Misenenses et Misenates.

Misēnuum Promont., **Misenus Mons**, Campaniae prom. non procul Cumis, quod antea Aerius

Mons dicebatur; nomen a Miseno, Aeneae tubicine ibi sepulto, nactum; h. *Capo Miseno.*

Miseus, Misius, Misis, Italiae Med. in Senonibus fluvius, prope Senogalliam in Adriaticum Mare emanans.

Mistrae, Mistīa, Mistheia, urbs Agri Bruttii prope Locros; h. *Gelosia.*

Misva, urbs Africae Min. in Zeugitana haud procul a promont. Mercurii, in ora, quae Vocanus Ager appellatur; h. *Nubia.*

Mithridatium, locus munitus Galatiae in Trocmorum montibus et Ponti confinio.

Mitylēne, es, et Mitylenae, arum, urbs celeberrima et maxima Lesbi, insulae, duobus portubus instructa. Ob defectum ad Lacedaemonios in bello Peloponn. ab Atheniensibus graviter afflicta est: Sullano tempore Thermus Propraetor expugnatam diruit, eique libertatem restituit Pompejus. In claris civibus sunt Pittacus, Alcaeus, Diophanes et Theophanes. H. vocatur *Metelino*, al. *Castro.*

Modiāna, Phoenicum Oppidum, Arabiae Felicis emporium ad Sinum Arabicum; h. *Rouine.*

Moenus, Moenis, Maenus, Menus, Moganus, Mogonus, Mohin, Moin, Germaniae fluv.; qui in Hermunduris eorumque montibus Sudetis ortus, e regione Moguntiae in Rhenum evolvitur; h. *Main.*

Moeris, idis, Moeris Lacus, Moeridis Lacus, Myris, Aegypti Infer. lacus inter Arsinoën et Memphim, cujus magnitudinem et utilitatem praedicant. Excepit enim exsuperantes Nili aquas, ne stagnarent et supra modum exsurgerent, aluitque magnam piscium copiam, unde vectigal pendebatur. Videtur temporis progressu mutationem subiisse atque in fossam abiisse, hodieque eum agnoscunt in *le lac de Kern* s. *Caronn* vel in *Bahr-Baten* s. *Bahr-Jusef*, vel in *Birket-al-Garum.*

Moesia, Europae terra, quae Illyrico, Haemo monte, Thracia, Danubio atque Ponto Euxino terminabatur. Divisa fuit Ciabro fluvio in Superiorem et Inferiorem; h. *Servien* et *Bulgarion.* Incolae ex variis populis constabant, in quibus erant Moesi, Mysi, Moesicae Gentes, qui regioni nomen indiderunt; adj. Moesicus, Moesiacus.

Moesius Lacus v. Lacus Brigantinus.

Moevium v. Mesvium.

Moganus v. Moenus.

Mogoncia, Mogontiacum v. Magontiacum.

Mogonus v. Moenus.

Molae Formianae, locus maritimus in Latio inter Cajetam et Minturnas non procul Formiis.

Molochath, fluv. Mauretaniae Tingit., inter Metagonitidem Promont. et Malvam flumen in Mare Mediter. se effundens.

Molochath, urbs Mauretaniae Tingit. adversus ortum fluvii cognominis sita.

Molossia, Molossis, Molottia, Epiri regio versus septentrionem Ambracii Sinus sita, quam Molossi s. Molotti incolebant; h. *Pandosia od. Arla*; adj. Molossicus et Molotticus.

Molycrēum, Molycrĭa et Molycrīa, opp. Aetoliae ad Corinthiaci Sinus ostium, portu instructum, a quo Antirrhium Promont. nomen Rhiou Molycrion accepit. Incola Molycrius, Molycrias, Molycriēus, Moliçrita.

Mona, ins. inter Britanniam Rom. et Hiberniam, a Suetonio Paulino expugnata; h. *Man.*

Monabia, Monaeda, Monaceda, Monapia, Monarina, Menavia, Anglorum Insula, Britanniae Rom. insula angusto tantum freto ab illa disjuncta; olim Druidum sedes. H. *Anglesey.*

Mona, Virginia Danica, ins. Codani Sinus, quae Haemodis adnumeratur; h. *Moen.*

Monālus, Siciliae fluv. inter Cephaloedim et Alaesam, in Tyrrhenum Mare exiens; h. quibusd. *Polina.*

Monapia, Monarina v. Monabia.

Monda, Munda, Muliādas, Hispaniae Lusit. fluv., qui prope Augustobrigam fontes habet, Conimbricam alluit atque in Oceanum Occident. effunditur; h. *Mondego.*

Monetium, **Monettium**, **Monitium**, urbs Iapydum in Illyrico; h. ***Manspurg od. Monsburg.***

Monoecus, Monoeci Portus v. Portus Herculis Monoeci.

Monosgada, urbs Germaniae Orient. in Massingis aut Osis; h. videtur esse ***Mittenwalde in Schlesien.***

Mons Asciburgius, Asciburgii Montes, Gigantei Montes, Germaniae mons Sudetorum latus, Venedos a Marcomannis sejungens. H. ***Riesengebirge***; v. Sudeti Montes.

Mons Bructĕrus, Germaniae mons, maximus omnium Meliboci; h. ***der Brocken od. Blocksberg.***

Mons Ciminius, Etruriae mons, non procul Cimino et Volsiniis distans; h. quibusd. ***Monte Vico.***

Mons Jovis, in Hispania Tarrac., qui ex planitie campi Emporitani statim ad jugum arduum erumpit caudibus horridis, scalarum instar assurgentibus in parte occidentali; h. ***Mongri***- Monsgrinus, ***od. Montju.*** V. etiam Hannibalis Scalae.

Mons Neptunis. Neptunius, in Siciliae parte orientali situs; h. nonnullis ***Dinnamare.***

Mons Oliveti, Mons Olivarum s. Olearum, Olivetum, Elaeon, mons Judaeae ad orientem Hierosolymorum, torrente Cedron interfluente; h. ***d. Oelberg.***

Mons Sacer, Italiae in Sabina mons primus trans Anienem, in quem secessus plebis Romanae, a patriciis oppressae, factus est. Ita dictus a sacratis legibus. H. ***Monte di Tivoli.***

Mons Sempronius, Mons Scipionis, inter Helvetiam et Galliam Transpad. situs, maximus ex Alpibus Penninis; ***der Simplon, Samtion, Simpelberg.***

Montes Sudeti v. Sudeti Montes.

Mopsium, Mopsius, urbs et collis Thessaliae in Pelasgiotide; cives Mopsii.

Mopsopia, Mopsia, vetus Atticae regionis nomen, a Mopso rege sic dictum; adj. Mopsopius, Mopsopeius, Mopsopicus i. e. Atticus vel Atheniensis.

Mopsuestia, Mopsuhestia, Μόψου (regis Argivorum) ἑστία, etiam Mopsos, Ciliciae Propr. civitas libera ad Pyramum fluv. prope mare sita; h. ***Malmistra.***

Moradunum, Gallaiae Belgicae ad Ruram opp.; h. ***Werden.***

Morgantium, Morgantina, Morgentia, Murgantia, opp. Siciliae orientalis prope Simaethi ostium; h. ***Agnani***, al. ***Mercone***; cives Morgentini et Murgentini.

Morgentia, Morgentium, Murgentium, Murgantia, Morgantia, Morgentina, urbs Samnitum ad Apenninorum radices sita; h. ***St. Georgio***; incola Morgentinus et Morgetes.

Morini, pop. Galliae Belg., qui diu inter extremos terrae populos habiti sunt, ex quorum portu Iccio Caesar in Britanniam navigavit; ubi h. ***Picardie.***

Mortuum Mare v. Asphaltites Lacus.

Mosa, Mesa, Galliae Belg. fluv., qui ex Vogeso monte in Leucorum finibus profluens Sabin. excipit, atque in Batavorum finibus Rheno per Corbulonis fossam mixtus in Oceanum Germanicum effunditur; h. ***die Maas, Meuse.***

Moscha, emporium Arabiae Fel. ad Sinum Arabicum; h. ***Mascat.***

Moschi, Meschi, Asiae pop., qui sec. Melam circa Mare Caspium, sec. Plin. circa Phasidis fontes Moschicos Montes incolebant, et quorum regio Moschica s. Moschorum Tractus dicebatur.

Mosella, Mosula, Musella, fluv. Galliae Belg. In Leucis ad Vogesum Montem ortus, Saravum recipit et Trevirorum terram permanans apud Confluentes Rheno miscetur; h. ***Mosel***; adj. Mosellanus. Mosellensis, Musellanensis etc.

Motenum, Mutenum, opp. Pannoniae Super., serius Leytaepons dictum; h. ***Bruck an der Leytha***, al. ***Muzon.***

Moxoëne, Mozena, Mizea, Armeniae Maj. regio; h. quibusd. ***Musch.***

Mucrae, Samnitum vicus inter Caudinas Furcas et Bovianum.

Muliadas v. Monda.

Mulŭcha, Africae fluvius, Mauretaniam Caesar. a Massaesylis Numidis sejungens; h. ***Mulelucha***, al. ***Mullojiah.***

Munda v. Monda.

Munda, opp. Celtiberorum in Hispania Tarrac. prope Alcen situm.

Munda, Hispaniae Baet. in Bastulis urbs pulcherrima temploque Cereris magnifico ornata. Ad illam Caesar Pompejique filii acerrimo praelio decertarunt. H. prope *Monda*.

Munychia, **Munichia**, parvus et tertius Athenarum portus, et tumulus in cherronesi formam curvatus, ingressum habens angusto ore, a quo murus XL stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum urbem cum portubus ejus connectens; h. portus dicitur *Stratiotiki*; incola Munichius et Munichias; adj. Munichius.

Murgantia, **Murgentium** v. Morgentia.

Murgis, **Murgi**, Hispaniae Baet. urbs extrema in Bastitanis, ad Mare Internum sita; h. prope *Punta de la Guardia vieja*.

Murgitāna, regio Hispaniae Tarrac., Mari Mediterr. adjacens; ubi h. *Murcia*.

Mursa, **Mursia Colonia**, **Myrsa**, urbs Pannoniae Infer. ad Dravum posita; Hadriani Imp. opus. Ingenuo tyranno ibi occiso, Vetranione et Magnentio innotuit; h. *Esseck*.

Murta, Galliae Belgicae in Leucis fluv., qui in Vogesis ortus Mosellae jungitur; h. *Meurte*.

Murus, **Muro**, fluv., qui in Norico Mediter. fontes habet, atque in Pannonia Super. Dravo jungitur; h. *Muer*, *Muhr*.

Musagores, **Musagorus**, insulae tres prope Cretam, quae Ophiussa, Butoa et Rhamnus vocantur.

Musistratus v. Mutistratus.

Musse, **Muste**, **Musti**, opp. Africae Propr. in Numidiae confinio ad Bagradam flumen situm; h. prope vicum *Teshure*; incolae Mustitani.

Mutia, **Mucia Prata**, parva Tiberi adjacens regio, qua Mucius a P. R. donatus est.

Mutĭlum, **Mutila**, urbs Galliae Cispad. inter Gabellum et Scultennam fluvios; h. *Medolo*.

Mutĭna, **Motine**, **Motina**, urbs Bojorum in Gallia Cispad. prope Gabellum fluvium; erat munitissima et Romanorum colonia. Inclaruit bello contra Antonium gesto. H. *Modena*; adj. Mutinensis.

Mutistrātus, **Mutistratum**, **Mutustratum**, **Mytistratum**, urbs Siciliae bene munita, quae Amastra et Amestratus quoque nominatur; h. *Mistretta*; cives Mutistratini, Mutustratini et Amestratini.

Mutusca, **Mutuscae**, v. Trebula in Sab.; incolae Matuscaei.

Muziris, **Modiris**, Indiae intra Gangem emporium cum portu quidem maximo, nec tamen a piratis satis tuto; h. *Mirzno od. Mirdschno*.

Mycăle, **Mychale**, mons. al. est, al. promont., al. urbs Ioniae. Mons ejus nominis latus est Messogidis montis, ad textram Maeandri ripam, inde a Magnesia usque ad oram maritimam contra Samum porrectus; promont., quod facit, Trogylium etiam vocatur. Accola Micalesius, Mycalēus, poet. Mycalaeus, Micalesis, fem.; adj. Mycalensis.

Mycalessus, oppidulum Boeotiae, quod jam Pausaniae temporibus in ruinis jacebat. Ibi Ceres templum habuit, inde Mycalessia dicta. Civis Mycalesius.

Mycalessŭs, mons Boeotiae.

Mycēnae, **Mycēna**, **Mycene**, es, urbs Angolidis. Conditorem Perseum sat multi narrant, moenibusque ab eo tam firmis cinctam, ut a Cyclopibus constructa dicerentur. Tenuit eam olim Agamemnon. Post Pelopidarum imperium Heraclidae occuparunt, ex quo deminuta est. Argivi illam plane destruxerunt atque agros diviserunt. Ibi h. pagus cernitur, quem *Mycene* vocant. Civis Mycenaeus, Mycenēus, Mycenensis; adj. Mycenicus.

Mychale v. Mycale.

Mycŏnus, **Mycone**, **Mycolos**, ins. Cycladum in Mari Aegaeo, non multum a Delo remota. Nomen habet a Mycono quodam. Gigantes, ex fabulari narratione ab Hercule prostrati, insulae suppositi jacent. Naturale insulanorum vitium erat calvities, et tenacitatis atque avaritiae nomine traducuntur. Laudatur ejus vinum. H. *Micole*, *Michono s. Micheno* vocatur et deserta est. Incola Miconius.

Myeza v. Mieza.

Mygdonia, Macedoniae septentrionalis provincia magna, supra Sinum Thermaicum juxta Axium fluv. sita. Incolae Mygdŏnes; adj. Mygdonius.

Mygdonia Mychthonia, Mesopotamiae pars primaria versus septentrionem. Incolae Mygdŏnes.

Myla, Mylas, Siciliae fluv. inter Syracusas et Leontium, non procul Megara ostium habens; h. *Marcellino*.

Mylae, Myle, urbs Siciliae in Chersoneso haud procul a Promont. Palacrio et portu instructa. Sita erat in Messanae territorio; h. *Melazzo*; al. *Melilli*; civis Mylaites et Mylaeus.

Mylae, Thessaliae urbs munita; incola Mylaeus.

Mylăsa, Mylassa, urbs Cariae vetus, splendida et magna, multisque aedificiis publicis ornata, Physco portui vicina atque ad ardui montis declivitatem posita. Dicta est a Mylaso, Aeoli abnepote. In ea Cariae reges sedem habebant. Haec est urbs, in quam cum Stratonicus venisset, propter templorum multitudinem clamavit: audite templa. Eam Romani liberam esse voluerunt. H. al. *Melasso od. Melazzo*, al. *Mulla*, al. *Mylleseh*. Civis Mylassensis, Milaseus et Mylascnus.

Myndus, urbs Cariae ad Jasium Sinum. Habuit portum et cultu Palladis, cujus imago in numis apposita reperitur, inclaruit. Troezenorum fuit colonia. Perparva erat, ita ut Diogenes Cynicus magnis ejus portis illuderet, bene tamen munita, quia Alexander M. infectis rebus obsidionem solvere debebat, H. *Mendes* s. *Mentese*. Civis Myndius.

Myndus, urbs Cariae antiquior, memoratae cognomini vicina, etiam Palaemyndus vocata.

Myrá, Lyciae opp. in colle situm et mari propinquum, quod portum habuit. A Theodosio Imper. metropolis Lyciae facta est. H. *Stranita*, al. *Macre*; civis Myrĕus.

Myrcĭnus, Myrcinnus, Myrcinnia, urbs Thraciae ad Strymonem sita, et prius Hedŏnus s. Myrcinus Hedonorum s. Hedonica nominata. Incola Myrcinius.

Myriandrus, urbs maritima Syriae in Seleucide ad Sinum Issicum, in Ciliciae confinio, unde eam nonnulli in Cilicia ponunt. Jam Cyri aetate mercatura floruit. H. quibusd. *Candelena*; cives Myriandri; adj. Myriandricus.

Myrīna, Aeolidis opp. ad Elaiticum Sinum cum portu. Sebastopolis nomen adsumsit, atque etiam Smyrna vocata esse dicitur. Antiquissima Aeoliarum urbium fuit et Agathiae patria. H. *Sandarlik* vocari putant; incolae Myrinaei.

Myrlēa, Myrlea Colophoniorum, urbs Bithyniae ad Pontum Euxinum. Conditor fuit Myrlus, Colophoniorum dux; eam evertit Philippus, rex Macedoniae, Persei pater, deditque Brusiae, Bithyniae regi, cujus uxor eam instauravit atque Apameam nominavit. Serius colonia Romanorum facta est. Hinc Sinus Myrleanus et regio Myrleatis. In ejus vicinia nunc est urbs *Montagne*; cives Apamaei.

Myrmecium, Myrmecīum, promont. et oppidulum Sarmatiae ad Bosporum Cimmerium; incola Myrmecius et Myrmeciĕus.

Myrmidŏnes, incolae Aeginae insulae, ita dicti, quod agricolae strenui essent, perpetuoque in fodienda terra formicarum more versarentur. Posteri eorum Phthiotidem in Thessalia incoluerunt. Ab his incolis Aegina dicta est Myrmidonia et Thessalia Myrmidonum Civitas.

Myrsinus, urbs Elidis in Peloponneso, quae serius dicta est Myrtuntium; incola Myrtusius.

Myrtili, n. indecl., **Julia Myrtilis, Mirtylis**, urbs Turdulorum in Hispania Lusit. ad dextram Anae ripam. Cognomen Julia coloniae indicium est; h. *Mertola*.

Myrtōum Mare, pars Aegaei Maris, quod incipiebat a Megarico Sinu atque Atticam alluebat, Cyclades attingebat juxta Euboeam, a Sunio ad Peloponnesum pertinebat cum Libyco et Cretico Mari, a Sunio ad Corinthum et Saronicum Sinum. Nomen alii ducunt a Myrtilo, Oenomai auriga, quem Pelops in mare praecipitavit; alii a Myrtone puella; verius fortasse Plinius appellatum

scribit a Myrto, parva insula, quae prope meridionalem Euboeae partem sita est. H. *d. Meer zw. Livadien, Morea u. Candia.*

Mysia, Asiae Min. regio. Ex veterum sententia est duplex; altera ad Hellespontum, ab Aesepi ostio ad Bithyniam pertinens, a Propontide, Bithynia et Troade terminata; altera ad Caicum fluvium, Aegaeo Mari, Troadi, Pergamo et Phrygiae affinis. H. pars *Natoliae*; incolae Mysi.

Mysius Olympus, v. Olympus Mysiae.

Mytilene v. Mitylene.

Mytistratum, v. Mitistratus.

Myus, untis, Ioniae urbs minima ad meridionalem Maeandri ripam posita, quae paulatim ita defecit, ut cives Miletum demigrarent; incolae Myusii.

N.

Nabalia v. Navalia.

Nabalia, parvus Galliae Belg. fluvius, quem alii Vahalim, alii Fossam Drusianam esse putant; h. quibusd. *Waal od. Nordwaal.*

Naballo, Arabiae castellum in Palaestinae confinio.

Naebi, Nebis, Hispaniae Tarrac. fluv., qui inter Limaeam et Avonem flumina in Oceanum Occid. effunditur. H. videtur esse *Nivos s. Neva.*

Nagĭdus, urbs maritima Ciliciae in Pamphiliae confiniis, Samiorum colonia. H. vocatur *Nigide*, Turcis *Nigidia.*

Nagnāta, Magnata, urbs Hiberniae; h. *Donegal*, *Tyrconel*; al. *Slego.*

Naissus, Naisso, Naisus, Naesus, Nesos, opp. Moesiae Super. in Dardanis, Timaco fluv. adjacens; h. *Nicca*, *Nezza*; civis Naissitanus.

Nannetes, Namnetes, Namnetae v. Condivincum.

Nannetes, pop. Galliae Celticae, inter Venetos et Pictones juxta Ligerim incolentes; ubi h. *Nantes.*

Nantuates, Nantuatae, Nantuani, Galliae Cisalp. pop. supra Lepontios juxta Rhodanum usque ad Lemanum Lacum habitantes.

Napăta, orum, Napata, ae, Tanape, urbs Aethiopiae in Nubis, Candaces reginae sedes, olim maxima et frequentissima, cujus ruinae supersunt ad montem *Berkel*, non procul urbe *Merawe*; cives Napataei.

Napōca, Napūca, Colonia Napocensis, Colonia Napuca s. Napucensis, urbs Daciae Mediter., quae jure Italico utebatur; h. *Daboca*, al. *Bazas.*

Nar, aris, Italiae fluv., qui Sabinos ab Umbris dividit. In Sabinis oritur, Velinum Lacum permeat, Narniam alluit atque in Umbria Tiberi jungitur; h. *Nera*; accolae Nartes.

Narabon fl. i. q. Arabon.

Narbo, Narbona, Narbo Martius, Atacinorum Civitas s. Colonia, urbs antiquissima Galliae in ea parte, cujus caput facta est, quaeque ab illa nomen Galliae Narbonensis nacta est, ad Atacis fluv. ostium, quod portum ejus facit. Romani coloniam eo deduxerunt et postea mercatura floruit atque communita est; h. *Narbonne*; adj. Narbonensis et Narbonicus.

Narcissi Fons, fons in loco Danacone prope Thespias in Boeotia.

Narisci, Naristae, Varisci, populus fortissimus Germaniae, Hermunduris finitimus; fere ubi h. *d. Oberpfalz u. Beireuth.*

Narnia, Narna, prius Nequinum, serius Narnia Colonia, castrum magnum in rupe positum, quod Nar fluv. praeterlabitur, a quo et nomen accepit; h. *Narni*; incolae Narnienses; adj. Narniensis.

Naro, Nar, Illyrici in Dalmatia fluvius, qui in Albio Monte fontes habet, atque in Adriatieum Mare elabitur; h. *Narenta.*

arōna, Colonia Narona, Dalmatiae, quae sine dubio, a one, fluvio vicino, nomen habet; ruinis jacet.

arycia, Naricion, Narym, Naryx, urbs Graciae Propr. ocris Ozolis, in qua natus erat x, ad Mare Euboicum sita; h. ee; cives Narycii Locri et Nai; adj. Narycius.

arycia, ins. Maris Ionii, quae Ulyssis imperio fuit. Abundabat optima, ut testatur Virgilius; Narycius.

asamōnes, pop. Africae inter aicam et Syrtim Magnam se-, qui naves Syrtibus involutas bant et raptu vivebant. A Ro- in Marmaricae interiores par-repressi sunt; adj. Nasamonia-et Nasamonius.

asium, opp. Leucorum in Gal-Belg.; h. ubi vici *Gross - und - Nancy*.

äsus, Nesus, parva insula et llum Oeniadum in Acarnania, in Acheloo flumine; h. qui-. *Naso*.

asus, Nasos v. Ortygia.

atĭso, Galliae Transpad. in is fluvius, Aquilejam praeter-s atque in Sinum Tergestinum s. Disputatur hodie, qui nunc is sit veterum Natiso. Aliis est *isone*, al. *Natissa*, al. *Lisonzo*, Sontius.

aucrătis, is, Aegypti in Del-emporium amplissimum ad Ca-picum Nili brachium, Milesiorum s. Julii Pollucis atque Athenaei t patria. Ab eo Canopicum ium etiam Naucraticum di-m est. H. fere ubi *Salhadschar*. ola Naucratītes, Naucratiōtes et ucratita.

Naulŏchus, Naulochi, Nau-cha, urbs et navium statio in ilonari Siciliae parte, orientem ylarum versus. Prope eam Octa-nus Caesar Sextum Pompejum clas-vicit; h. *Diveto*.

Naulum, Galliae Cisalpinae in guria opp. et Vadorum Sabatio-m portus, a quibus X. M. P. di-tat; h. *Noli*.

Naupactus, Naupactos, Nau-pactum, opp. Aetoliae ad Sinum orinthiacum et prope Promont. Antirrhion, portu instructum. Nomen a navium fabrica accepit, dubium tamen est, utrum Heraclidae classem ibi fabricaverint, an Locrenses antea. Locres Ozolos inde expulerunt bello Peloponnes. Athenienses, dederuntque Messeniis exsulibus; h. *Lepanto*, Graecis hodiernis *Nepantos*; adj. Naupactēus, Naupactōus et Naupactius.

Nauplia, urbs Argolidis cum portu ad Sinum Argolicum, qui ad Laconicam vergit. Jam Pausaniae tempore in ruinis jacebat, et versus meridiem h. est *Napoli di Romania*.

Nauportus, Nauportum, Naupontus, Pamportus. fluv. et opp. Galliae Transpad. in Carnis; fere ubi h. *Ober-Laibach*.

Naustathmus, vicus et portus Africae in Cyrenaica, inter Erythrum et Apolloniam situs.

Nava, Naha, Galliae Belg. fluv., qui apud Bingium Rheno miscetur; fere ubi h. *Nahe*.

Navalia, Nabalia, urbs Frisionum in Germania; h. *Zwoll*.

Naxia, urbs Cariae; incola Naxiātes; adj. Naxicus.

Naxus, Naxos, Cycladum in Aegaeo Mari ins. maxima. Olim varie dicta est, v. c. Strongyle, Dia, apud poetas Dionysias, Callipolis etc. Nomen Naxus a Naxo, insulae rege, derivant. Urbem habuit unam et cognominem, quae medio aevo Naxia nominabatur. Praedicatur inprimis fertilitas vini dulcissimi. Praeter portam templi Bacchici pauca antiquitatis vestigia supersunt. H. utraque *Nicsia*, *Nixia od. Naxos*; incolae Naxii; adj. Naxiacus.

Naxus, Moesiae Infer. fluv., qui ad Tomos in Pontum Euxinum illabitur; h. *Naxia*.

Naxus, Siciliae orientalis urbs maritima, parvo sinui et Tauri radicibus adjacens. Quam cum Dionysius delevisset, a pristinis incolis et colonis Tauromenium in colle Tauri conditum est. H. *Schisso*.

Nazareth, urbs Galilaeae Infer. prope Taborem montem in colle et regione amoena sita; h. *Nasra*; adj. Nazarēnus.

Nazianzus, Nantiantulus, Nathiango, medio aevo Nanzando, Nazanza, Nazabos,

urbs Cappadociae Magnae in Garsauritide. Nonnulli antiquum Diocaesareae nomen esse putant; adj. Nazianzenus.

Neapolis, urbs Campaniae, cujus antiquum nomen fuit Phalerum, a Phalero, Siciliae tyranno ejus conditore; post Parthenŏpe ab una Sirenum, ibi excepta. Neapolim a graecis colonis conditam putant, cujus in vicinia Palaeopolis sita erat, unde Neapolis nomen intelligitur. Municipium Romanorum olim fuit ex lege Julia, tandem colonia facta est Augusta, extremis tamen Commodorum temporibus. Otii causa multi Romanorum eo concesserunt, ibique Virgilii monumentum notandum est. H. *Napoli od. Neapel*; adj. Neapolitanus.

Neapolis, urbs Cariae prope Maeandrum sita.

Neapolis, Macedoniae opp. ad Strymonicum Sinum; h. *Neapoli.*

Neapolis, urbs occidentalis Sardiniae, thermis salubribus nobilitata; h. *Napoli.*

Neapolis v. Sichem.

Neapolis, Syracusarum partis nomen.

Neapŏlis, Zeugitanae in Africa Min. emporium bene munitum, Phoenicum opus, portu instructum, ex quo in Siciliam trajicere solebant; ubi h. regio *Nabal*, al. *Nebo.*

Nebrissa, Nebrissa, cogn. Venerea Nabrissa Augusta, urbs Turdetanorum in Hispania Baet. inter Gades et Hispalim posita; h. *Lebrixa od. Lebrija.*

Nebrōdes, Neurodes, commune montium nomen, qui per septentrionalem Siciliae partem extenduntur. Nomen eis damarum copiam dedisse ajunt; h. quibusd. *Madonia s. Madunia.*

Necropyla i. q. Carcinites Sinus.

Nemausus, Nemausum, Volcarum Arecomicorum in Gallia Narbon. urbs primaria et splendidissima ac jure Latii praedita. Sita erat ad meridionalem Cebennae declivitatem, et Antonini Pii patria. H. *Nimes*; adj. Nemausiensis, Nemausius, Nemausinus et Nemausiacus.

Nemĕa, Nemee, Argolidis vi inter Argos et Sicyonem situs, leone ab Hercule ibi suffocato, vis templo et ludis Nemeis inclar Putant h. vocari *Tristena*; adj. maeus, Nemeus.

Nemĕa, Peloponnesi fluvius, Sicyonios et Corinthios dividebat quibusdam *Langia.*

Nemedona v. Noviomagus.

Nemetăcum, Nemetocen postea Atrebătum, Atre tium, Atrebātes, Atrebat metropolis Atrebatum in Gallia B ad Scarpum fluvium; h. *Arras* *Atrecht*; incolae Nemetacenses; Atrebaticus et Atrebatensis.

Nemētae, Nemetes, v. viomagus.

Neocaesarēa, urbs Ponti P moniaci ad Lycum fl.; h. *Nik* al. *Tocat.*

Neocomum i. q. Novocom v. Comum.

Neomagus v. Noviomagum.

Neon, urbs antiqua Phocidis radices Tithoreae montis. A Pe destructa postea refecta et Ti rea vocata est. Sed Pausaniae t pore pauca ejus rudera extaba adj. Neonius.

Neontīchos, urbs Aeolidis Sardenen montem et Hermum flu um sita, a Larissa LXXX stadiis stans; h. *Ainadsjik*; incolae Ne chites et Neontichitae.

Nepĕte, Nepeta, Nepet, N pe, Colonia Nepensis s. Ne tensis, urbs Etruriae, colonia municipium; h. *Nepi*; cives Nep ni; adj. Nepesinus.

Nephĕris, opp. Africae Pro in rupe exstructum et Carthag vicinum; h. prope *Moraisah.*

Neptuni s. Neptunius Mo v. Mons Neptuni.

Nequinum v. Narnia.

Neretum v. Neritum.

Nergobriga v. Nertobriga.

Nerĭcus, Nericum, Ne tum, urbs Acarnaniae, intra ist mum sita et postea Leucas dict v. Leucadia.

Nerĭgo, Nerigos, Nerigo Europae terra septemtrionalis, p Scandinaviae, a veteribus insula

, e qua facilis in Thulen esset
gatio. H. *Norwegen*.
erii, Hispaniae Tarrac. pop.
l Promont. Nerium.
eris, idis, mons Argolidis.
eritis s. Neritus v. Leucadia.
erĭtum, Neretum, opp. Ca-
ae in Salentinis; h. *Nardo*; ac-
Neretini s. Nerecini.
erĭtum, Neritus, mons Itha-
nsulae.
erium Promont. v. Arta-
Prom.
eronias v. Caesarea Paneas.
ertobriga, Nergobriga.
Celtiberorum in Hispania Tar-
h. *Almunia*.
erŭlum, Neruli, urbs muni-
ucaniae; h. prope vicum *Castel-*
; al. nunc *Orinolo*.
ervii, Galliae Belg. pop. for-
ius, ad utramque Sabis ripam
ans, cujus urbs princeps erat
cum s. Bacacum. Hos alii a
ianis, alii a Cimbris et Teuto-
ortos esse narrant.
sactium, Nesattium, Ne-
um, opp. Galliae Transpad.
ria ad Arsiae fluminis ostium,
alii jam diu dirutum esse
, alii nunc *Castel nouovo* dici
t.
scania, urbs Hispaniae Baet.
unicipium Romanorum, nobilis
salutaribus; h. ejus ruinae ubi
El valle de Abdelaciz; al. *el*

sibis v. Nisibis.
sis, idis, parva Italiae insula
in Puteolano, foecunditate, in-
s asparago optimo, nobilis; h.
.
sos, opp. Euboeae insulae.
ssa, urbs Siciliae cum castro,
Atheniensibus frustra oppu-
.
estus, Nessus, Mestus,
Thraciae occidentalis, de Sco-
s. Scombro monte defluens.
doniae et Thraciae terminus
Philippi nempe et Alexandri
emporibus. In Mare Aegaeum
procul Abderis excurrit, et h.
latur *Carasu Mestro*.
euri, Neuritae, pop. Scy-
s initio versus Borysthenem in-
s, serius fere ubi h. *Lemberg*.
a eorum appellabatur Neuris.

Nicaea, urbs Bithyniae ad Lacum Ascanium sita. Olbia prius dicta, post Antigonia ab Antigono; a Lysimacho vero ex nomine uxoris Nicaea appellata. Innotuit mercatura et Hipparchi ac Dionis Cassii natalibus. Clarissima est synodo ibi habita; h. *Isnich*; incolae Nicaei; adj. Nicaeensis.

Nicaea, Indiae intra Gangem opp. ad Hydaspis ripam sinistram. Alexander condidit in memoriam victoriae de Poro reportatae. Alia Indiae urbs ejusdem nominis sita erat in Paropamisadis ad Cophenen fluvium; h. *Naggur*.

Nicaea, Nicaea Palaea; urbs Locrorum Epicnemidiorum prope Thermopylas ad Sinum Maliacum; h. *Nizza del Paglia*.

Nicaea, Nicaea, Nicea, Nicia, opp. Liguriae ad Paulonem fluvium et mare. Massiliorum erat colonia. Situm erat in montano atque ad munimentum apto loco, nomenque a victoria contra Salyes accepisse fertur. H. *Nizza*; incolae Nicaeenses.

Nicaea v. Mariana.

Nicama, Nigama, urbs maritima Indiae intra Gangem; h. *Negapatnam*.

Nicatorium, Assyriae montes prope Arbelam; h. *Karadsjag*.

Nice, urbs Thraciae inter Byzantium et Hadrianopolim; h. *Kuleli*, *Kuseli od. Kululeu*.

Nicephorium, opp. Mesopotamiae ad Bilichae atque Euphratis confluentes, quod Alexander exstruendum curavit. A quarto seculo Callinici nomen usurpari coeptum est, quod serius in Leontopolis mutabatur, ex Leonis Imper. nomine; h. *Racca*; incolae Nicephorii.

Nicephorius, Mesopotamiae fluvius, qui Tigri jungitur, ad cujus ripam Tigranes Tigranocertam aedificavit.

Nicer, cri, Nicărus, Nicar, Nicerus, Neccaris, Neccarus, fluv. in Germania ad Abnobam montem ortus, qui in Rhenum infunditur; h. *der Neckar*; adj. Nicaranus, Neccarius et Neccarensis.

Nicomedia, urbs Bithyniae ad extremam Propontidis partem sita, a Nicomede I. condita, postquam

Astacus a Lysimacho eversa erat. Inprimis sub Romanis floruit, quamquam saepius terrae motu afflicta. Arriani erat patria. H. *Ismid*; incola Nicomedeūs.

Nicopolis, urbs Acarnaniae ad Sinus Ambracii introitum e regione Actii, victoriae Augusti de Antonio monumentum; h. *Prevesa.*

Nicopolis, urbs Aegypti non procul Alexandria, ab Augusto exstructa; h. *Kars od. Kiaffara.*

Nicopolis, Nicopolis ad Danubium s. ad Istrum, Nicopolistrum, opp. Moesiae Infer, ad Jatri et Danubii confluentes, a Trajano in memoriam victoriae de Dacis conditum; h. *Nicopoli*, cives Nicopolītae.

Nicopolis, serius Christopolis, urbs Thraciae ad Nesti ostium, a Trajano condita; h. *Nicopoli.*

Nicopolis, itidem Thraciae opp. ad Haemi radices prope Jatri fontes situm; h. *Nikub.*

Niger, Nigris, Nigir, Aethiopiae fluvius maximus. Fontes habet apud Oecalicas in Thala monte, occidentem versus fluit atque Nigritidem lacum facit; accolae Nigrītae et Nigrētes.

Nilopolis, urbs Aegypti in Heptanomi s. media provincia, in Nili insula posita.

Nilus, Aegypti fluv. notissimus, in Aethiopia oriens, cujus fontes veteribus erant incogniti, ita, ut de vano labore dicerent: Nili fontes quaerere. Varia olim nomina gessit, v. c. Siris, Aegyptus, Triton, Hebraeis Sihor, et Nahal Mizraim dicebatur. Catarrhactis aliquot factis apud Syenen Aegyptum ingreditur, saepiusque se incurvans Aegyptum mediam secat, atque versus Mare Nostrum decurrit. Apud Cercasorum urbem scinditur, fluitque in Pelusium et Canopum a dextra et sinistra parte medius per Delta, ac septem ostiis effunditur, unde septemplex et septemfluus dicitur. Is fluvius quotannis post solstitium aestivum, variis de causis ad sedecim usque cubitos intumescens, Aegyptum totam inundabat, cum in ea loca, in quae ejus aquae penetrare non poterant, canalibus factis ducerentur. Quae ejus inundationes solum, limo obductum et laetifi[catum], effecerunt fertilissimum. [H.] *Nil*; adj. Niliacus, Niloticus, Nil[o]tis, idis, f.

Ninus, in S. L. Ninive, ur[bs] Assyriae ingentis magnitudinis, [a] Nino condita, quam Tigris praete[r]fluit, regia et metropolis. Haec [a] Cyaxare, Astyagis patre, eversa e[st]. Posteriorem seculo VII. Arabes d[e]leverunt. Putatur esse h. vicus *M[o]nial* vel *Munia*, al. ejus rude[ra] quaerunt apud *Mosul.*

Ninus Vetus v. Bambyce.

Niphātes, Nymphates, N[y]phates, mons Armeniae haud e[xi]guae altitudinis et Tauri latus, ult[ra] Tigrim usque ad Mediae fines pe[r]tinens, in quo Tigris fontes habe[re] dicitur; h. quibusd. *Curdo.*

Nisaea, Nigaea, urbs et reg[io] Persiae inter Margianam et Ari[am]. In illa urbe regum erant sepulc[ra]; h. al. *Nesa*, al. *Herat*, al. *Tacat[...]*

Nisaea, Nissa, vetustissimus [Ni]saeae regionis in Megaride locus [et] Megarorum portus ad Sinum Sar[o]nicum, muro Megaris conjunct[us], cum castello cognomine, quo port[us] defendebatur. Nomen tulit a Ni[so] Pandionis filio.

Nisaei, monticolae Arianae i[n] Persia.

Nisĭbis, Antiochia, My[g]donia, Nesibis, Nesbēis, Nas[i]bis, in S. S. Achad vel Aram zoba, urbs magna et frequentiss[i]ma Mesopotamiae in Mygdonia [ad] Mygdonium amnem. Romanoru[m] erat sub Severo colonia et castru[m] praecipuum, quod tamen Jovianu[s] Parthis inconsultius concessit; h. vi[cus] *Nisebin od. Nesbin*; adj. Nis[i]benus.

Nissa v. Nisaea.

Nissa v. Nysa.

Nisўrus, ins. Aegaei Maris, qua[m] alii Cycladibus, alii Sporadibus accen[sent]. Olim dicta est Porphyris. Sit[a] fuit prope Cnidum et circuitu pateba[t] LXXX stadia. Erat teres, celsa et saxosa, ac magna inprimis lapidum molarium copia abundabat. Memoratur in ea urbs cognominis, portus et templum Neptuni. Saepius incolae mutati sunt. H. *Nisiro od. Nizaria*; incola Nisyrius et Nisyriacus.

Nitiobrigum v. Agennum.

Nivaria, Convallis, ins. Fortunatarum ad occidentalem Mauretaniae oram sita, atque altissimis montibus impleta; h. *Teneriffa*.

Nivernum v. Noviodunum Aeduorum.

Noae, urbs Siciliae; h. *Noara*; cives Noaeni.

Noaras, Carnorum fluv., qui pro in Pannonia miscetur; videtur esse h. *Gurk*.

Noëga, Hispaniae Tarrac. in Cantabris urbs maritima; fere ubi h. *Gijon*.

Noeodūnum, opp. Aulercorum Diablintum in Gallia Celtica, postea Diablintes dictum; h. *Jublins*.

Noeomagus v. Noviomagus.

Nola, urbs antiquissima Campaniae, quam Ausones condiderunt. Sub Vespasiano facta est colonia atque Augusta cognominata. Prope eam Caesar Augustus diem obiit. Ibidem a Paulino episcopo campanae sunt inventae. H. *Nola*; cives Nolani; adj. Nolanus.

Noliba, opp. Oretanorum in Hispania Tarrac.; h. quibusd. *Bolanos*.

Nomădes, commune plurium variorum populorum in India, Numidia, Arabia etc. nomen.

Nomădes, populus Sarmatiae Europ. inter Borysthenem et Carcinitam Sinum; ubi h. *d. kleine Tatarei*; adj. Nomadicus.

Nomădes Scythae, Asiae pop., qui ad aditum et ostium Caspii Maris referendus est. H. fere ubi regnum *Astracan*.

Nomantia v. Numantia.

Nomentum, Nomentus, Nomento, urbs Italiae Propr., quam Albani aedificarunt, quaeque postea sub Sabinorum potestatem venit. Ab ea Via Nomentana appellata est, quae Roma praeter Montem Sacrum ducit. H. vicus *Mentana*; cives Nomentani.

Nomi, ita dicuntur provinciae minores Aegypti, quae Strabonis aetate XXXVI, Plinii XLV erant numero.

Nonăcris, urbs Peloponnesi non procul Pheneo, in cujus agro sita erat, prope quam Stygis aqua fluebat. Pausaniae tempore jam eversa jacebat. H. nonnullis *Naukria*; adj. Nonacrius et Nonacrinus.

Nora, Neroassus, castellum Cappadociae in Isauritide, in quo Eumenes Antigoni obsidionem sustinuit.

Nora, orum, Nura, Sardiniae opp. contra Sulcos; ubi h. *Torre Forcadizzo*; cives Norenses et Norani.

Norba, urbs Latii Novi non procul via Appia, quae Syllano bello, incolis ad desperationem adductis, terribili modo deleta est. H. ubi vicus *Norma*; cives Norbani et Norbanenses: adj. Norbanus.

Norba Caesaria, Colonia Norbensis s. Caesariana, Hispaniae Lusit. in Vettonibus opp., Tajo adjacens, in quo Trajanus Imper. eximium pontem exstruxit; h. *Alcantara*; incolae Norbenses.

Noreia, Tauriscorum metropolis in Norico, quae jam Ptolomaei aetate evanuisse videtur; h. quibusdam *Friesach*.

Norĭcum, Europae regio, quae Cetio monte a Panonia, Danubio a Germania, Oeno a Rhaetia et Vindelicia et Savo terminabatur, eratque Mediterraneum et Ripense. H. *Ober - u. Nieder - Oestreich*, *Steyermark*, *Cärnthen*, *e. Theil v. Baiern*, *v. Crain*, *v. Tirol u. Salzburg*.

Notium, portus Colophonis in Ionia; incolae Notienses et Notiei.

Notium, promont. in australi Hiberniae parte; h. *Misen-Head*.

Novae, ad Novas, urbs Moesiae Infer.; h. fort. *Rustschuk od. Orostschuk*.

Novaria, urbs Laevorum in Gallia Transpad. munitissima ad Novariam (*Gogna*) fluv.; h. *Novara*.

Novempopulana s. Novempopulania, pars Aquitaniae veteris sensu latiori, sita inter Garumnam fluv. et Pyrenaeos, cujus caput erat Augusta Ausciorum.

Novesium, Nivisium, opp. Ubiorum in Gallia Belg. ad sinistram Rheni ripam positum; h. *Neuss*.

Noviodūnum, opp. Biturigum in Gallia Aquit; h. prope *Nouan*.

Noviodūnum, urbs Galliae Lugdun. in Aulercis; h. *Nogent le Rotru* - Novigentum Rotroci.

Noviodūnum, Noviodunum Aeduorum, Nivernum, Nivernium, Nevirnum, opp. Gal-

liae Lugdun., Ligeri adjacens; h. *Nevers*; incolae Niverni; adj. Nivernensis.

Noviodūnum sc. Suessiōnum, postea Augusta Suessionum, Augusta Suessorum, Suessiones, Suessonae, Suessionae, urbs Suessionum in Gallia Belg. ad Axonam flumen; h. *Soissons*; adj. Suessionensis.

Noviomăgum, Noviomagus, Neomagus, Batavorum in Gallia Belg. metropolis super Vahalim fluv., qui Batavorum Insulam a parte meridionali praeterlabitur. H. *Nimwegen*.

Noviomagus, urbs Galliae Aquit. in Biturigibus Vibiscis; h. *Castelneau de Medoc*, al. *Castillon*.

Noviomăgus, Noeomagus, Civitas Lexoviorum s. Lexubiorum, Lexovii, Lexovium, Lexobium, Lexubium, urbs Galliae Celticae in Lexoviis; h. *Lisieux*, al. *Caen*; adj. Lexoviensis.

Noviomăgus, postea Nemetas, Augusta Nemetum, Nemidae, Nemidona, Civitas Nemetum, Civitas Nemetum Spira, Pyrae Mons, Sphira, Spira, urbs Nemetum in Gallia Belg. inter Borgetomagum et Tabernas ad Rhenum sita. H. *Speier*.

Noviomăgus, urbs Galliae Belg. in Treviris ad Mosellam; h. *Neumagen*.

Noviomagus, Noviomum, Noviomum, Galliae Belg. in Veromandis opp.; h. *Noyon*.

Novum Comum v. Comum.

Nuba, Africae interioris lacus maximus, qui Libya Palus etiam vocatur, et Gir flumen excipit; videtur esse h. *Hadaba*.

Nubae, Nubei, Nubaei, Nubaei Aethiopes, ingens populus Africae ad occidentalem Nili ripam et Meroen insulam habitans; ubi h. *Nubien*.

Nuceria, Nuceria Alphaterna, urbs Campaniae ad Sarnum fluvium. Quae cum bello Punico sec. devastata esset, ejusque cives Atellam migrassent, Augustus eo coloniam misit, cognomine Constantinen; h. *Nocera*; incolae et accolae Nucerini; adj. Nucerinus.

Nuceria Apulorum v. Luceria.

Nuceria, Camellaria cognomine, Neu ceria, urbs Italiae Propr. in Umbria, ad Flaminiam viam sita h. *Nocera*.

Nudium, opp. Peloponnesi in Elide.

Numāna, urbs antiqua Italiae Med. in Piceno, a Siculis condita seculo IX Humana dicta, cujus tantum extant ruinae ubi h. *Umana*.

Numantia, Nomantia, urbs Hispaniae Tarrac. in Arevăcis vel Pelendonibus ad Durium sita. Potentissima fuit et duobus fluviis terraeque faucibus et silvis munita. Celebratur ejus virtus, cum IV. millium Celtiberorum obsidionem per XIV annos sustinuerit: Inde vero bellum Numantinum vulgatum est in quo urbs a Scipione Afr. expugnata et deleta est. H. propter rudera veteris urbis *Soria* esse putatur, alii vero ruinas extare dicunt apud *Puente de Don Garray*; incolae Numantini.

Numicius, Numīcus, Latii fluv. parvus, qui ultra Lavinium in Etruscum Mare emanat. Inter Tiberim et hunc Aeneam appulisse tradunt, in eoque idem suffocatum est. H. quibusdam *Nemi*.

Numidia, Africae septentrionalis terra ad Mare Mediterraneum sita. Ab Ampsaga usque ad Tuscam fluv. patens Numidia Propr. dicitur, vel Mauretaniam Caesariensem complectitur atque ad Malvam usque pertinet. H. fere ubi regnum *Algier*; incolae Numĭdae et Numides, gr. *Νομαδες*, quod nomen omnino de populis vagis usurpatur; adj. Numĭdicus et Numidianus.

Numidicus Sinus, Laturus Sinus, ad Numidiae oram, qui h. videtur esse *Golfo de Zereni*.

Numistro, Numestro, urbs Lucaniae in Apuliae confiniis. Prope illam Marcellus Hannibalem vicit; h. *Nusco*; incolae Numestrani.

Nursia, urbs Italiae Propr. in Sabinis. Sertorii matrisque Vespasiani patria; h. *Norcia*; incolae Nursini.

Nutria, urbs maritima Illyrici.

Nymbaeum, Laconicae lacus, promontorio Maleae vicinus.

Nymphaea, Nymphaeum, opp. Chersonesi Tauricae cum portu ad Euxinum Pontum. Jam Plinii aetate evanuerat, cujus tamen rudera prope *Vosfor* inveniri putant.

Nymphaeum, locus Illyrici Graeci ad Mare Jonium et Aoum fluv., quem Caesar portum esse ad Issum fluvium dicit., Plinius promontorium vocat. H. *S. Juan de Medua.*

Nymphaeus, Nymphius, Armeniae fluv., qui Martyropolim alluit atque apud Amidam Tigri jungitur.

Nymphates, Nyphates v. Niphates.

Nysa, urbs Boeotiae ad Heliconem sita.

Nysa, opp. Cappadociae inter Parnassum et Osianam ad Halyn positum; h. *Nous shehr.*

Nysa, Nyssa, Antiochia, Athymbra, Pythopolis, urbs Cariae ad Messogis Montis declivitatem et prope Maeandrum fluvium. In ea Strabo, duce Aristodemo, litteris operam dedit. Regio adjacens Nysais appellabatur. H. *Nasli od. Nosli*; incolae Nysaei.

Nysa, Nyssa, opp. Indoscytharum in India intra Gangem, sub radicibus montis, quem Neron s. Nerum vocant, situm. Id Bacchi coloniam esse affirmabant cives. Haec prima est urbs, quam Alexander M. in itinere offendit; incolae Nysaei.

Nysa, opp. Thraciae in Paeonia inter Nestum et Strymona fluvios, quod postea Macedoniae accessit.

Nysseium, Nyssa, mons Thraciae.

O.

Oaeneum, opp. Illyrici in Peuestia ad Artatum fluvium.

Oaenes, Oonae, ova edentes, incolae exadversum Sarmatiam positae insulae fabulosae.

Oānos, Siciliae fluv. prope Camarinam urbem; h. *Frascolari.*

Oăsis, Onasis, Avasis, nomen trium regionum fertilissimarum in Africa occidentali. Prima s. Major, h. *El-Vah od. Augila.* Secunda s. parva Aegypto propior, h. *El-Gharbi od. El-Kassar*, al. *Bahnasa.* Tertia prope Jovis Ammonis templum, dicta Ammonium s. Ammoniaca regio in desertis Marmaridarum locis, notior Alexandri ad templum illud celeberrimum profectione. H. *Siwah.*

Oaxus, Oaxius, urbs in Creta insula.

Oblivionis Fluv. v. Limaea.

Obris v. Orbis.

Obtrīcum, Trajectum Obtricense s. Superius, Trajectus ad Mosam, urbs Galliae Belg. Mosae adjacens; h. *Mastricht.*

Obulco, cogn. Municipium Pontficense, Obulcon, Obulcum, Turdulorum in Hispania Baet. opp.; h. *Borcunna*, al. *Bujalance.*

Oceanus Atlanticus, Oc. Occidentalis, Oc. Hesperius, Mare Exterius, pars magni Oceani, ab Atlante Monte dictus, qui universam Europae atque Africae oram occidentalem alluit, quatenus haec veteribus cognita erat. H. *das Atlantische Meer.*

Oceanus Australis, Mare Inferum, cujus partes erant Mare Aethiopicum atque Erythraeum. H. *das Aethiopische Meer.*

Oceanus Orientalis, Oc. Eous, Indicus, Sericus, mare ad Indiam extra Gangem atque insulas Asiae. H. *der östliche Ocean.*

Oceanus Septentrionalis, Oc. Borealis, Arctous, Mare Congelatum, Mare Glaciale, Pigrum etc. H. *der nördliche Ocean.*

Ocēlum, Ad Fines, opp.

Galliae Cisalp. in Alpibus Cottiis; h. *Avigliana b. Turin.*

Ocha, Oches, mons Euboeae ins. meridionalis, dives asbesti s. amianti lapidis

Ocha, urbs in meridionali Euboeae parte, quam Plinius solus memorat.

Ochus, Persiae in Bactriana fluv., qui in Oxum effunditur; h. *Dekasch.*

Ocra Mons v. Alpes Juliae.

Ocricŭlum, Ocricli, Ocricola, Utricoli, urbs Italiae Med. in Umbria haud procul Naris in Tiberim ostio; h. ab *Otricoli* duobus milliaribus distans; incolae Ocricolani.

Ocrinum Prom. v. Dannonium.

Octavanorum Colonia v. Forum Julium.

Octodūrum, Taurus, Taurum, opp. Vaccaeorum in Hispania Tarrac., quod etiam Gothorum Campus dicitur; h. *Toro.*

Octodūrus, Octodorus, Valinsa, Civitas Vallensium, vicus Veragrorum in Gallia Narbon. flumine parvo in Rhodanum influente divisus; h. *Martinach od. Martigni* - Martiniacum; incolae Octodurenses.

Octogēsa, urbs Ilergetum in Hispania Tarrac.; h. *Mequinenza*, al. fere ubi *la Granja.*

Octolopham, locus Macedoniae vel Thessaliae prope Macedoniam; h. quibusd. *Bitolia.*

Odessus, Odyssus, Odesopolis, Odissus, urbs maritima Moesiae Infer. Conditores fuerunt Milesii sub Astyage, Medorum rege; inclaruit natalibus Heraclidis et Demetrii historicorum. Quidam h. *Varna* esse putant. Incola Odessites.

Odessus, Ordēsus, urbs Sarmatiae Europ. cum portu celebri inter Axiacem et Borysthenem fluvios, fere ubi h. *Oczakow.*

Odomantica, regio Macedoniae inter fluvios Strymonem et Pontum, Thraciae affinis; incolae Odomanti.

Odrўsae, Odrusae, magnus Thraciae pop. circa Hebrum fluvium. Ab iis Thracia apud poëtas dicitur Odrysia Tellus, incolae etiam Odrysii; adj. Odrysius i. q. Thracius.

Odyssēa; opp. Siciliae cum portu prope promont. cognomine; h. *Porto di Palo.*

Odyssēa, prom. Siciliae Pachyno Promont. proximum; h. quibusd. *Cabo Marco.*

Odyssus v. Odessus.

Oea, Civitas Oeensis, Eōa, Colonia Oeea, Colonia Osa, Colonia Aelia Oea Augusta Felix, Africae in Regione Syrtica urbs maritima inter Abrotonum et Sabratam. Putatur esse h. *Tripoli.*

Oea, opp. Aeginae ins., ab urbe Aegina viginti circiter stadiis remotum.

Oeăso, Idanusa, Oedasyna, Olarso, urbs Vasconum in Hispania Tarrac. ad Pyrenaeos posita; h. *Oyarzun od. Oyarço*, al. *Fuentearabia.*

Oeasso, prom. Hispaniae Tarrac. Pyrenaeos versus septentrionem finiens; h. *Cabo del Higuer.*

Oebalia, Peloponnesi parva regio, Laconicae pars, ita dicta ab Oebalo, Arguli filio, Lacedaemoniorum rege. Agri quoque Tarentini tractum poëtae non nunquam Oebaliam appellant, respicientes nimirum ad urbis ejus originem, quae a Lacedaemoniis condita putatur. Ab eadem regione Castor et Pollux Oebalidae vocantur, et Virgilius Tarentum Oebalias Turres appellat.

Oechalia, urbs Thessaliae, sec. al. Boetiae, ab Oechaleo fluvio, eam praeterfluente, dicta. Hanc Hercules funditus evertit, cum Eurytus, ejus rex, ipsi pactam certaminis lege Jolen filiam tradere recusasset. Sunt et quatuor aliae hujus nominis urbes. Incola Oechalieus, Oechaliotes, Oechalius et Oechălis, idis, f.

Oeea Colonia v. Oea.

Oeniadae, urbs Graeciae in Acarnania ad Acheloi ostium sita, prius Erysiche, rectius Erysice, dicta, posterius Dragameste; h. *Trigardon*; cives Oeniadae et Oeniades.

Oenipons, Oenipontum et Oenus v. Aeni Pons et Aenus.

Oenoë, Oenoa, Oenee, Atticae vicus in Boeotiae finibus, Eleutherae vicinus, qui Plinii aetate jam evanuerat. Praeterea plures hujus nominis urbes memorantur.

Oenotria, Italiae pars maritima, a freto Siculo usque ad Tarentinum sinum extensa, quae a vini praestantia nomen sortita est, quod post ab Oenotrio, Sabinorum rege, toti Italiae inditum est. Primi regionis illius incolae Oenotri et Oenotrii dicebantur, qui deinde in Siciliam transierunt, ibique Opici vocati sunt.

Oenotrides, duae Tyrrheni Maris insulae parvae contra Veliam et Haletis ostium in Lucania positae.

Oescus, opp. Triballorum in Moesia Infer. ad Oescum fluvium; h. *Orescowitz*.

Oescus, Moesiae Infer. fluv. in Triballis, qui urbem cognominem alluit; h. *Esker*.

Oesȳma, **Oesyme**, urbs in ea Thraciae parte, quae post Macedoniae accessit, inter Strymonis et Nesti ostia jacens, quam Homerus Aesymen dicit; h. quibusd. *Cavalla*.

Oeta, **Oetaeorum Montes**, **Oetaeus Saltus**, **Oetes**, mons Thessaliae, cujus situs varie designatur, et sensu vel latiori sumitur, quo a Thermopylis versus orientem, ad Ambracium Sinum versus occidentem extenditur, vel strictiori, quo pars ejus altissima intelligitur prope Thermopylas, ubi ex Thessalia transitur in Locrida. Partem ejus altissimam, quae Thermopylis imminebat, Callidromon nominant plures; h. vocatur *Kumayta*, al. *Bunina*, al. *Katavothra*; incolae Oetaei, a quibus mons Oetaeorum Mons appellatus est; adj. Oetaeus.

Oeta, **Oete**, urbs Thessaliae, dicta a monte cognomine, cui adjacebat.

Oetes v. Oeta.

Oetȳlus, urbs maritima Laconicae, portu instructa; h. *Vitulo* od. *Vitilo*.

Ogygia, **Calypsus**, ins. Sinus Scylacii ad Agrum Bruttium, in qua Calypso Ulyssem et Telemacum hospitaliter excepisse dicitur.

Ogygia, urbs amplae magnitudinis in Thracia sub Haemo monte.

Ogygia i. q. Aegyptus, Attica, Boeotia et Thebae.

Ogyris, ins. in Sinu Persico ad Caramaniae oram, quae Tyrrhene atque Oaracte etiam vocatur, Ibi Erythrae regis esse sepulcrum tradunt; h. putatur *Gerun*.

Olarion i. q. Uliarus.

Olbia v. Borysthenis.

Olbia, urbs Bithyniae ad occidentalem sinus angulum, portu instructa. Videtur eadem esse, quae Astacus s. Astacum.

Olbia, Galliae Narbon. opp., quod alii in Liguria ponunt, Massiliorum opus. Vulgo h. esse putatur *Yeres* s. *Hieres*; cives Olbiopolitae et Olbiani; adj. Olbenus et Olbiacus.

Olbia, urbs Pamphiliae in Lyciae confinio ad interiorem sinum posita; h. quibusd. *Acopende*.

Olbianus Sinus, ad Bithyniam, qui nomen habet ab urbe Olbia. Idem dictus est Astacenus. H. *Golfo di Comidia* vel *Ismit*.

Olbiopolis v. Borysthenis.

Olcinium, **Olchinium**, **Ulcinium**, antea **Colchinium**, opp. Illyrici in Dalmatia ad Trinium; h. *Dulcigno*; cives Olciniatae.

Oleărus, **Oliarus**, Aegaei Maris ins. e Cycladibus, vicina Paro. Putant esse h. *Antiparos*.

Oleastrum, locus in Hispania Baet. haud procul Gadibus, ubi Melae Oleaster Lucus quaerendus esse videtur.

Olĕnus, urbs Aetoliae, quam Aetoli mature everterunt, cujus ruinas apud Pleurōnem videri Strabo auctor est.

Olĕnus, **Olenum**, una ex duodecim Achaicis urbibus, quae jam Polybii aetate evanuerat, prope Piri fluminis ostium posita; adj. Olenius.

Olinthus v. Olynthus.

Olintigi, urbs Hispaniae Baet. ad meridiem Onobae sita; h. *Palos*, al. *Moguer*.

Olisipo v. Ulyssippo.

Ollius, Galliae Cisalp. fluv., qui ad Adulam montem ortus Sebinum Lacum facit et Pado miscetur; h. *Oglio*.

Oloosson, ŏnis, **Elasson**, urbs ejus Thessaliae partis, quae vocatur Perrhebia, ad Eurotam cognom. Albam fluvium sita; h. *Alassona*.

Olpae, arx Epiri maritima apud Argos in colle posita; fere ubi h. *Vlicha.*

Olūrus, castellum montanum Achajae in Pellenes territorio.

Olus, untis, **Olulis**, urbs cum portu in Creta ins. prope Chersonesum; h. *Mirabello*; cives Oluntii.

Olympia, Peloponnesi in Pisatide locus prope Pisam ad Alpheum, in quo Jovis Olympii templum atque aedificia ad ludos celebrandos necessaria erant exstructa. Rudera eorum atque Pisae quaerunt, ubi h. *Langavico*, al. h. vicum *Miraka* situm esse ad orientale Olympiae veteris latus dicunt.

Olympiēum, **Olympĭum**, urbs Siciliae ins. ad Anapi ostium in colle posita, vix MD passibus Syracusis distans, in qua Jovis Olympii templum erat.

Olympus, mons in confiniis Arcadiae et Laconicae, qui cum Eva Monte atque Oeno fluvio intercurrente angustias facit, quibus via Spartam ducens communitur; h. *Olympo.*

Olympus, montium Jugum in Cypro ins., cujus summum apud Amathuntem erat cacumen.

Olympus, mons Galatiae ad caurum Onobae, fort. pars Didymi Montis.

Olympus, altus mons Lyciae, quem ignes evomere narrant, et cui urbs magni ambitus atque ejusdem nominis apposita erat, quae Phoenicus etiam appellatur; hanc nonnulli h. *Leville* dicunt; cives Olympeni.

Olympus, mons quem alii Macedoniae, alii Thessaliae adscribunt, quoniam alterum ejus latus ad Macedoniam, alterum ad Thessaliam vergit. Ejus excelsitatem plures variis modis exprimunt; hinc Deorum, Jovis maxime sedes esse fingitur. Inclaruit porro fabuloso Gigantum bello, quod sine dubio terrae motum spectat, quo ejus atque Ossae radices Peneus perrupit. H. *Lacha* vocant, Graeci *Elimbo*, Turci *Kirschische Dagui*, i. e. mons monachorum, quorum in eo est coenobium.

Olympus, mons Mysiae, unde etiam Mysius Ol. vocatur, Tauri brachium septentrionale et summum Asiae Min. montium jugum. Perquam silvosus fuit habuitque loca natura munita et recipiendis praedonibus apta; hinc Bithyniam, illinc Mysiam Min. attigit, inclaruitque praelio Cn. Manlii contra Galatas. H. *Anatolae-Dag*, Turcis *Keshesh-Dagh.*

Olynthus, urbs Thraciae, quae post Macedoniae accessit. Conditorem faciunt Strymonem, regem Thraciae; nomen ab ejus filio impositum est. Chalcidenses illam obtinuerunt eo tempore, quo Mardonius et Artabazus eam expugnarunt. Civitas deinde erat libera atque Atheniensibus societate conjuncta. Quam cum Philippus, Macedonum rex, obsideret, nec vi capere posset, ejus custodes auro corrupit atque ita ditioni suae adjecit. Sita fuit juxta Sithoniam Macedoniae, ubi etiam Plinius aliique ostendunt. Navale habuit Mecybernam in Sinu Toronaeo. Posteriores scriptores eam plane ignorant.

Ombrios, **Ombrio**, **Ombrion**, una ex Fortunatis Insulis ad Africam; h. *Isle de Fer od. Ferro*, al. *Palma.*

Onchesmus, **Onchimus**, **Onchesmus Portus**, **Anchisae Portus**, Epiri in Chaonia portus contra Corcyram positus. Ventus, ex hoc portu in Italiam navigantibus secundus, a Cicerone vocatur Onchesmites.

Onchestus, primo lucus Neptuno sacer, deinde urbs Boeotiae ad Copaïn lacum et Campum Tenericum. Secundum Strabonem Amphyctiones ibi judices sedebant, verum Pausaniae tempore ruinae tantum conspiciebantur, ubi h. coenobium *Mazaraki* esse volunt; incola Onchestius.

Onchestus, urbs Thessaliae in Phthiotide ad Pagasaeum Sinum. Condidit eam Onchestus, Neptuni filius, qui ibidem templum habuit; h. *Dominia*, al. *Cocino.*

Onchestus fluv., itidem in Thessalia.

Onēia, orum, montes in Attica Brilessi latus, qui usque ad Corinthi

litnum versus occidentem extendebantur.

Oningis, Oringis, Aurinx, urbs Hispaniae Baet. in Melesstum agro et regione fertilissima, prope quam argenti fodinae erant; h. non procul a *Munda*.

Onium, mons minor Corintho vicinus et usque ad Cenchreas meridiem versus porrectus atque ab Oneiis diversus.

Onŏba, Hispaniae Baet. opp. maritimum non multum ab orientali Baetis ostio remotum, ubi Aestuaria Onoba inveniuntur; h. *Huelva*; al. *Gibraleon*.

Onŏba, urbs Hispaniae Baet., quae diversa videtur esse a priori, et quam h. apud *Villa del Carpis* esse putant.

Onobălas v. Tauromínius.

Onugnathos, promont ad occidentalem Cariae oram, quod Strabo Cynos Sema, Mela Aphrodisium vocat.

Onognathos, Maxilla Asini, Laconicae prom. prope Maleam alterum prom.; h. *Capo Cervi*.

Ophiūsa ins. v. Colubraria.

Ophrynium, opp. Troadis inter Dardanum et Rhoeteum, juxta quod nemus erat Hectori sacratum; h. *Kenn-Kephi*.

Opis, urbs Persiae ad Tigrim in regione Apolliniatide, quae eadem esse videtur, quam Plinius Antiochiam nominat.

Opitergium, Epiterpon, urbs Venetorum inter Tarvisium et Forum Julii; h. *Oderzo*.

Oppidum Novum, Oppidum, Oppidonēum, urbs et colonia Mauretan. Caesar., quam Claudius aedificavit; h. quibusd. *Mezuna*.

Oppidum Novum, Oppinum, urbs Mauretaniae Tingit. ad Lixum fluv.; h. *Narandscha*.

Opuuntii Locri v. Locri.

Opuntius Sinus, in Graecia situs est, ubi Boeotiae ora versus Euboeam desinit, et promontorio prope Cynum terminatur. Nomen ei vicina urbs Opus dederat. H. tradunt dici *Golfo di Negroponte*.

Opus, untis, Opōes, entis, Opoeis, urbs Graeciae in Locris. Nomen traxit ab Opoënte, qui ibi regnavit. Quidam metropolin Locrensium Epicnemidiorum, alii Opuntiorum faciunt. A mari distabat circiter XV stadiis, atque a navali Cyno LX. H. aliis est *Oporo*, al. *Talandi*; cives Opuntii atque Opoisii.

Orbēlus, mons Thraciae, quem alii in Macedonia ponunt; h. vel *Karopnitze* vel *Monte Argentaro* appellant.

Orbilia, ita vocatur regio in Macedonia, quae juxta Orbelum montem sita est.

Orbis, Obris, Orŏbis, Galliae Narbon. fluv., qui fontes habet in Gabalorum finibus atque Cebennicis montibus. Is varias urbes praeterlapsus inter Villam Novam et Castellum Novum (*Castelnau*) in Sinum Gallicum exit; h. *Orb*.

Orbitanium, Italiae in Samnio opp., quod expugnabat Fabius; h. *Vitolano*.

Orcădes, Orchades, insulae in septentrione Britanniae Barb. sitae, quarum Mela XXX, Plin. XL. affert; h. *Orkney Inseln*.

Orchomĕnus, regio Boeotiae diu libera, ita ab Orchomeno rege dicta. Eadem prius appellabatur Andrēis, ab Andreo rege. A Minya rege Minyorum Terrae nomen traxit. Quorum cum pars Argonautarum expeditioni interfuisset, Archonautae etiam dicti sunt Minyi.

Orchomĕnus, urbs Boeotiae in regione cognomine, quae Diada prius nominabatur. Sita erat ad Cephissum fl. et Acontium montem. Quae cum a Thebanis eversa esset, Philippus Macedo incolas collegit eosque in patriam reducendos curavit. Rudera ejus conspiciuntur apud vicum *Scripu*.

Orchomĕnus, Orchomenum, urbs antiqua Arcadiae. Orchomenum conditorem producunt. Pausanias duas urbes veterem et novam commemorat, illam in montis vertice positam, hanc sub ambitum antiquorum murorum sua aetate habitatam, eamque ad montem Tactym collocat, et Neptuni ac Veneris delubra cum signis marmoreis memorat. Ruinae ejus apud vicum *Kalpaki*; cives Orchomenii. Inter hanc urbem atque Trachym montem, e

regione positam, lacus est profundus, itidem Orchomenus dictus est; h. *Kalpaki.*

Ordessus, Sarmatiae Europ. fluvius, qui Istro infunditur; h. *Sereth.*

Ordovices, pop. Britanniae Rom.; ubi h. *Wales.*

Orestae, pop. Epiri in Molosside.

Orestia, Orestis, opp. Macedoniae in Orestiade, in qua Ptolomaeus Lagi natus erat; civis Orestiaeus.

Oresta, Orestias v. Adrianopolis.

Orestia, Orestium v. Megalopolis.

Orestis v. Orestia.

Oretani, Oritani, pop. Hispaniae Tarrac., quorum terra inter Hispan. Baet. et Anam fluv. sita erat, eamque Baetis interfluebat.

Orētum, Oretum Germanorum, Orisia, urbs Hispaniae Tarrac. in Oretanis: h. ruinae ubi locus *de Oreto in la Mancha.*

Orgessum, Orgyssus, urbs Macedoniae in Pissantinis; h. *Argova.*

Orĭcum, Oricus, urbs Epiri in Chaonia cum portu. Ab Euboeis Ilio reversis conditam esse scribunt auctores. In plano sita erat nec armis valida. Celebratur terebinthus Oricia. Hodiernum nomen variatur, *Orcho, Velona, Orso*; incola Oricius et Oricinus. Adjacens regio vocabatur Oricia.

Orīcum, montana Assyriae regio inter Tigrim et Apolloniam sita.

Oriza, urbs Syriae in Palmyrenė; h. *Sukueh.*

Oroanda, Asiae Min. in Pisidia opp. montanum, unde Oroandes Mons nomen invenit, ad orientem Antiochiae situm. Erat caput populi, qui Oroandes, Oroandenses et Orondici dicuntur, quapropter tota regio Oroandicus Tractus appellatur.

Orobiae, opp. Euboeae prope Aegas, quod mature evanuit.

Orolaunum, Oralunum, Arlaunum, Galliae Belg. opp.; h. *Arlon, Orlon.*

Orontes, is et ae, Asiae fluv. in Syria. Antiquiora ejus nomina sunt Typhon, Thapsaeus et Ophites. Fontes ejus in Coelesyria inter Libanum et Antilibanum juxta Heliopolin ponunt. Ab ortu terram subit, post iterum emersus inter Apameam et Antiochiam terrae hiatu absorbetur ac subter terram per XL stadia labitur, dum iterum prodeat. Antiochiam praeterlapsus in Mare Syriacum rapidissimo cursu defertur. H. vocatur *El-Aassi*; adj. Orontēus.

Oropia v. Oropus.

Oropĭtum, Herbānum, Etruriae opp. ad Clanim, quod postea Urbiventum, Urbevetum, Urbibentum, Ornitum, Urbs Vetus, Orvietum dictum; h. *Orvieto.*

Orōpus, urbs portu instructa et munita in Boeotiae et Atticae finibus, quam Athenienses occuparunt. Sita erat contra Eretriam in Euboea; h. *Ropo*; territorium urbis dicebatur Oropia.

Orōpus, Macedoniae opp., in quo Seleucus Nicator natus est.

Orospĕda, Ortospeda, mons Oretanorum in Hispania Tarrac. In eo Baetis fontes habet, et nunc pro ratione locorum diversa sortitur nomina: *Sierra Vermigia*, *S. de Mundo de Alcarezaz* et *de Ronda.*

Orthosia, urbs Cariae, quam Maeander alluit; h. *Ortosa*; cives Ortosiei.

Orthosias, Orthosia, opp. Phoenices maritimum prope Eleutheri ostium; h. *Rhas al Hesn.*

Ortigia v. Ortygia.

Ortona, urbs Latii; h. *Orilolo.*

Ortygia v. Delos.

Ortygia, Ortigia, postea Nasos, parva insula ad Siciliam, quae Syracusārum pars erat.

Os Byzantiacum, Os Ponticum, Os Ponti i. q. Bosporus Thraciae.

Os Maeotidis i. q. Bosporus Cimmerius.

Osca, Osca Faventia, Ilerosca, Aetosca, Etosca, urbs opulenta Ilergetum in Hispania Tarrac.; h. *Huesca*; incolae Oscenses; adj. Oscensis.

Oscella, urbs Galliae Cisalp. in Lepontiis; h. *Domo d' Ossola.*

Osci, pop. Campaniae circa Atellas habitans; adj. Oscus.

Oscium, Thraciae fluv., qui in Rhodope monte oritur.

Osismii, Sismii, pop. Galliae Celticae, qui totum illud littus tenuerunt, ubi h. dioeceses urbium *Quimper* et *Leon* sunt.

Ossa, mons orientalis Thessaliae in Macedoniae confinio et Pelio conjunctus, qui etiam Gigantum fabula innotuit; h. *Cassovo*, al. *Olira*; adj. Ossaeus.

Osteōdes, insula ad septentrionale Siciliae latus contra Solos urbem sita; h. *Alicur*.

Ossonŏba, urbs Hispaniae Lusit. in Cuneo; h. *Estoy*, al. *Estombar*.

Ostia, Colonia Ostiensis, Ostia Colonia, Ostia Tiberina, urbs Latii, ad alterum s. Latinum Tiberis ostium. Conditor fuit Aucus Marcius, qui salinas quoque ibi instituit, quae hodienum extant. Portum, quem meditatus fuerat Jul. Caesar, perfecit Claudius, ac postea dictus est portus Romanorum et Augusti. Hunc Trajanus reparavit interiusque alium tutioremque sui nominis fecit; post idem appellatus est Phari portus. H. vicus *Ostia*, ubi veteris urbis rudera videntur.

Othrys, ÿos, mons Thessaliam occidentalem a Thracia disterminans; h. quibusd. *Delacha*.

Ovaca, Hiberniae fluv; h. *Boyne*.

Ovaria, Ovarium v. Ad Flexum.

Ovetum v. Lucus Asturum.

Ovilabis, Ovialis, Ovilia, urbs Norici Ripensis ad Trauuum amnem; h. *Wels*, al. *Lambach*.

Oxonia, Oxonium, Britanniae Rom. opp., cujus antiquum nomen ignoratur; *Oxford*; adj. Oxoniensis.

Oxus, fluvius Asiae post Gangem maximus, Fontes ejus in Indicis montibus veteres collocant et recentiores memorant montes *Belur Tagler*, primumque ejus nomen adferunt Harrat. In cursu dirimit Bactrianam et Sogdianam, Derbicum medios fines secat et juxta Hyrcaniam in Mare Caspium influit. Multos alios fluvios recipit, in quibus Ochum et Zariaspam. Hic sex vel septem stadia latus, rapidus, profundus, turbidus fertur et insalubris potu. H. Arabibus *Gihon*, Persis *Amuh-Darja od. Abu Amu*.

Oxyrynchus, Oxyrinchum, urbs Aegypti Infer. ad magnum occidentale Nili cornu; h. vicus *Benceseh*.

Ozene, una ex maximis Indiae intra Gangem urbibus, quae Ptolomaei aetate sedes erat principis, cui nomen Tiastanis erat, posita ad Namadum (*Nerbudda*) fluvium; h. *Uzen im Reiche Malva*.

Ozogardana, Zagardia, urbs Mesopotamiae prope Euphratem sita, quae Ptolomaei Pacoria esse videtur.

Ozolae v. Locri.

P.

Paala, fluv. Galliae Cispad., qui ad orientem Rheni fluit atque Pado miscetur; h. *Savena*.

Pacencis Colonia v. Pax Julia.

Pachÿnum, Pachynus, prom. Siciliae, quod orientem spectat. Frontem ejus in mare versus meridiem longe prominentem Odysseam Acram nominant; h. *Capo Passaro od. Passala*. Portum habet in laevo latere, quem Cicero Portum Pachyni, h. *Porto di Palo*, dicit.

Paconia, ins. ad Siciliam, quam quidam a Caesare Aponianam dici putant; h. *Pontalarea*, al. *Porcelli*.

Pactia v. Paros.

Pactōlus, Lydiae fluvius, a Tmolo monte delapsus Sardes perfluit, et Hermo jungitur. Aureas trahebat arenulas, ex quo se Midas in illo lavisset, unde etiam Chrysorrhoas dictus est. Eidem Croesus divitias debebat; h. *Sarabat*; adj. Pactolides.

Pactye, Pactya, urbs Cherso-

nesi Thraciae ad Propontidem sita et XXXVI stadiis a Cardia distans; h. quibusd. *Pazzi*, al. *Panido*.

Pactyca Regio, in India inter Choaspem et Indum posita, prope quam Caspatyrus opp. (*Cabul*) situm erat; h. *Pehkely*.

Padaei, populus vagus Indiae, qui cruda carne vescebatur atque etiam aegrotos senesque mactatos comedebat.

Pado v. Paulon.

Padua v. Patavium.

Padus, Eridănus, Bodincus, Bodingus, Galliae Cisalpinae fluvius maximus. Oritur in Vagiennis ad imas Vesuli montis radices e tribus fontibus, atque triginta, sec. alios quadraginta fluminibus augetur, quorum quindecim laeva, reliquos dextra ripa recipit. His addendi sunt lacus in eum se cum amnibus exonerantes. Septem ostiis, quae Septem Maria quoque vocantur, in Adriaticum Mare effunditur. Nulli amnium claritate inferiorem vocat eum Plinius. H. *Po*.

Paemani, pop. Gemaniae Infer.; ubi h. regio *Famine im Luxemb.*

Paeŏnes, pop., quem Latini Pannonios vocant, antiquioribus temporibus a Carniola usque in Macedoniam sedens, a quo septentrionalis Macedoniae pars dicta est Paeonia.

Paesicae, Paesici, Asiae pop., in Sogdiana ad Oxicos montes habitans.

Paestānus s. Posidoniātes Sinus, Lucaniae in Tyrrheno Mari sinus, qui Minervae Promontorio finitur et nomen ab urbe Paesto traxit; h. *Golfo di Salerno*.

Paestum, Italiae Infer. in Lucania opp., quod Vellejus Neptuniam vocat. Graecis Posidonia dicitur. Numi docent, a deductae eo coloniae tempore Latinos Paesti nomen praetulisse. Alii a Doriensibus tradunt constitutum, alii a Sybaritis, qui fuerunt Achaeorum coloni. Situm est in medio sinu, qui inde nomen invenit. Morbis obnoxium erat, quod Silari amnis stagnis tribuunt. Insalubritatem ex nebulis et foetido agro etiam nunc testantur. Olim rosarum abundantia inclaruit, sed hodie ibi spinae atque urticae offenduntur. H. *Pesti od. Pesto*; cives Posidoniatae et Posidonii.

Paesus, Mysiae Min. in Asia fluv., qui ad aquilonem urbis Lampsaci in Hellespontum infunditur.

Paesus, Apaesus, Mysiae min. opp. ad fluvium cognominem situm, quod in Homeri honorem conditum, sed mature deletum est.

Pagae, Pegae, Pache, urbs et emporium Graeciae, quod Megaridi tribuunt auctores, atque in montana ejus regione, Boeotiae vicina, locant; h. quibusd. *Livadosta*; incolae Paegaei.

Pagăsa, Pagasae, urbs Magnesiae. Nomen derivant alii a dorica voce παγαὶ fontes, alii a πήγνυμι quod ibi Argo compacta fuerit. Ponitur in Magnesia, in Thessalia et Phthiotide, quod locorum vicinia facit et nominum cognatio. Navale habuit, ubi Argonautae convenerunt. Incipit autem inde Thessalia stricte dicta. H. eam *Volo* dicunt.

Pagasaeus, Pagasaicus s. Pagasicus, Pagaseticus Sinus, in Thessalia. Nominis causa in promtu est; vocatur et Pelasgicus, a Pelasgis, qui olim accoluerunt. Os patebat V. stadiis. H. *Golfo di Armiro s. Golfo di Volo*.

Pagida i. q. Belus.

Palaebyblus, Palaeobyblus, urbs Phoeniciae inter Berytum et Byblum ad ostium vallis a montibus cinctae, inter Lycum et Adonidem fluvios.

Palaemyndus v. Myndus.

Palaepăphus s. Paphus Vetus, opp. Cypri insulae; h. *Paphos*; v. etiam Paphos.

Palaepolis v. Neapolis.

Palaestina, Asiae regio, in S. L. Canaan, Terra Sancta etc. dicta, quae a Jordani fontibus usque ad extremam lacus Asphaltitae partem, sive Beersabam extendebatur. Versus orientem termini certi propter deserta loca indicari nequeunt; occidentem versus Mediterraneo Mari alluebatur. Subdividitur in Galilaeam, Phoeniciae et Coelesyriae finitimam; in Samariam, medio loco sitam inter Jordanem et Magnum Mare; et Judaeam, quae in meri-

em vergit, Aegypto affinem. His eraea, Trachonitis atque Ituraea ans Jordanem ab oriente; et Iduaea ac Philistaea ab occasu adugendae sunt. H. *Palaestina*, *der dwestl. Theil Falestin.*

Palaetyrus v. Tyrus.

Palantia, Pallantia, Hispaiae Tarrac. opp., quod alii Vaceis, alii Arevacis tribuunt. Virtu s fama inclaruit; h. *Palencia*; cives allantini.

Palantium, Pallantium, Paunteum, urbs Arcadiae ad occaum Tegeae. Hinc Evandrum Arcaes colonos in Italiam deduxisse adunt. Jam Pausaniae aetate tanum rudera quaedam supererant.

Palibothra, Prasiorum in Inia caput, ad confluentem Erannoae et Gangis situm, de cujus noine ingens est dissensio. Putatur i esse *Patelpoot-her*, al. ubi *Allkaad*; accolae atque incolae Palibouri.

Palice, Palica, urbs Siciliae, iam Ducetius condidit, quaeque arvo tempore floruit; h. *Palagonia*; colae Paliceni.

Palice, s. Palicorum Lacus, alicinus Fons, in Sicilia proxie urbem Palicam, ex quo lacu conuua eructatione aquae sulphureae ad a cubitos in altum efferuntur, cadenque in se ipsas recipiuntur.

Palatium, opp. Italiae med. in binis, ad occidentem Reatis, Aboinum urbs prima; h. *Polegia*.

Palinūrum, Palinūrus, proont. Italiae infer. in Lucania, uod nomen ab Aeneae gubernatoibi suffocato reperit; h. *Punta lle Spartimento*.

Palinūrus, Palinurus Poras, urbs Lucaniae ad prom. coomine cum portu; h. *Porto di linuro*.

Pallantia v. Palantia.

Pallantium v. Palantium.

Pallēne, urbs Pallenes in Maceonia; h. putant esse *Cancstro*; inlae Pallenenses.

Pallēne, vicus Atticae ad Sium Corinthiacum positus.

Pallēne, Macedoniae paeninsula rugum feracissima, inter Sinum Thermaicum et Toronaicum sita. Nomen ejus antiquius fuit Phlegra. Hoc derivant a pugna Deorum contra Gigantes, fulmine et telis confectos; quae Gigantum pugna ad terrae motus et incendia subterranea spectat, quare nomen ad alia loca caecis ignibus exusta translatum est, veluti ad Cumas Italiae. Posterius nomen accepit a Pallene, Sithonis filia. Hodie in eo tractu reperitur, ubi est *Ajomama*; alii eam *Pailluri* vocant; incolae Pallenenses.

Palma, urbs insulae Balearis majoris; h. *Palma*.

Palmaria, insula, quae Tiberis ostiis objacet atque inculta est; h. *Palmaruola*.

Palmarum Civitas v. Hiericus.

Palmȳra, Palmīra, in S. L. Tadmor et Thadmor, urbs inclyta Syriae in Palmyrene et Cenobiae reginae sedes. A Salomone rege condita fertur. Longino philosopho etiam inclaruit. H. ruinae ejus, quae aliis *Tadmor* vocantur, aliis sunt ubi *Sayd*, ejus magnitudinem testantur; incolae atque accolae Palmyreni.

Paltus, urbs Syriae in agro Aradi inter Balaneas et Gabala, hodieque locus, ubi vestigia ejus inveniri putantur, vocatur *Baldo*; incolae Paltēni.

Palumbinum, urbs Italiae in Samnio, quam Carvilius expugnavit; h. *Palombaro*.

Palus, opp. bene munitum in Cephalenia ins., incolae Palaeenses et Palenses.

Palus s. Lacus Maeotis v. Maeotis.

Pamīsus, Pamisum, Panisus, Peloponnesi in Messenia fluv., qui major etiam dicitur, diversus a minore, qui Laconicam a Messenia dirimit. Ejus fontes ad Thuriam, Messeniae urbem, versus Arcadiam ponunt; fluebat purus et placidus, atque a mari X fere stadia navium erat patiens atque haud procul a Corone in medium fere Sinum Messeniacum effundebatur; h. *Pirnatza*.

Pampelona v. Pompejopolis.

Pamphylia, Asiae Min. regio inter Ciliciam Asperam et Lyciam. Dicta est a Pamphyle, Rhacii et Mantus filia, vel a Pamphylo, ante Mopsopia appellata. Incolae Pamphyli et

Pamphylii; h. *e. Theil v. Caramanien.*

Pamphylium Mare, Pamphylius Sinus, mare et sinus Interni Maris, quod etiam Phaselicum Mare dicitur ab urbe Phaseli, ad sinum posita.

Panăces, fluv. Sami insulae prope Calchantis et Podalirii sacella, dictus ab usu medicinae pecorum, quem alii etiam hominibus prodesse dicunt.

Pandateria, Pandataria, Tyrrheni Maris ins. ultra Tiberina ostia in Formiano prope Pontias insulas. Eo Romani exsules mittere solebant, et Augustus Juliam filiam, Agrippinam et Octaviam relegavit. H. vocatur *Isola Vandotina*, al. *Pianosa*, al. *S. Maria.*

Pandion, Paridion, extrema frons orae occidentalis in Caria.

Pandionis Regio, in extrema fronte Indiae intra Gangem; ubi h. *Marawa* et *Madura.*

Pandosia, urbs Italiae infer. in Agro Bruttio prope Acheronta fluvium, in qua olim Oenotriae reges sedem habuerunt atque ubi Alexander Epirota periit; h. quibusd. *Castel Franco*; cives Pandoseni et Pandosiani.

Pandosia, urbs Epiri in Thesprotia, quam Acheron praeterfluit; civis Pandosieus.

Panēas, adis, regio Trachonitidis cum urbe cognomine.

Panēas, Panias, urbs Palaestinae in Galilaea super., quae post Caesarea Philippi a tetrarcha et conditore vel instauratore ejus appellata est, etiam Paneadis vel sub Paneo monte cognomen habuit. H. quibusdam *Pelin.*

Panēas s. Panīus, fons Jordanis in Galilaea super. ad Paneum montem inter urbes Paneam et Dan.; h. *Jebel Sheik.*

Panēum, Panium, Panius Mons, in Trachonitide prope Paneadem urbem, ad cujus radices Jordanis fontes sunt.

Pangaeus, mons Thraciae, vel potius Macedoniae in Thraciae confinio, inter Strymonem et Nessum fluvios, nobilis auri argentique fodinis. Antea dictus est Carmanius; h. *Castagnatz.*

Panhellīnes, Panellēn generale Graecorum omnium nom

Panias i. q. Paneas.

Panionium, Panionia Regi Panium. lucus atque oppidum ritimum Joniae prope Ephesum Mycales montis radices, Neptuno cata. Ibi Jones ex XII urbibus c bant ad communia consilia ineun atque in honorem Neptuni Heli nii sacrificium celebrandum, Prienenses praefuerunt, taurumq mactarunt. H. ibi vicus *Dschän* ab *Changlee.*

Panium v. Paneum.

Panhormus v. Panormus.

Pannonia, Europae terra, M sia super., Danubio, Norico et Il rico terminis circumscripta. Divi tur in superiorem et inferiorem Arabonem. Inter Savum et Drav sita dicitur Interamnia, ad Savi flu ripas, Ripensis et Savia, quibus pa quaedam Valeriae nomine, sub G lerio in honorem Valeriae conju accessit. H. *e. Theil* v. *Oestrei* v. *Ungarn*, v. *Crain*, v. *Slavoni* v. *Bosnien u. Croatien.*

Pannonii, antiquissimis temp ribus a Graecis Paeonii appell Pannoniae incolae. Romano im rio deleto primum a Gothis, dein ab Hunnis subacti sunt.

Panopolis, Panonpolis, I nos, Pano, Aegypti in Theba urbs antiquissima ad dextram Nili pam, unde Panopolites Nomos men invenit, quae primum Che mis dicebatur. In ea Perseus gr cis ludis colebatur; h. *Akhenyn*, *Akmin.*

Panormus, Panhormus, C vitas Panormitana, Colon Augusta Panormitanoru Respublica Panormitanoru opp. Siciliae antiquissimum, cu conditores incerti sunt, nomen tem graecum habet a pulcherri portu. Olim Carthaginienses in luerunt, quibus Romani in bello p nico eripuerunt. Constabat vet et nova urbe factaque est post co nia militaris. H. *Palermo*; inco Panormitani et Panormitae; adj. P normitanus et Panormius.

Panormus, Atticae portus in gnis; h. *Porto Raphti.*

Panormus, parvus sinus et ap

portus in Achaja, e regione ipacti; h. *Teket.*
'anormus, Sami ins. portus.
anos v. Panopolis.
anticapaea, Panticapaeum, . Chersonesi Tauricae prope Bos-um Cimmerium. Nomen habet uvio Panticape. A Milesiis con-t metropolis fuit Bosporanorum opaeorum, portu instructa atque munita; h. *Kertseh,* al. *Janicale*; ila Panticapaeeus, Panticapeus anticapiātes.
anticăpes, is, Scythiae Europ. ius. Oritur in lacu, Hylaeam per-at atque in Borysthenem infun-. Non constat, utrum h. sit etz, an *Samara.*
anum Satyrorumque Cam-in Aethiopia. De simiis aut fe-hominibus explicant alii, alii ve-nde repetunt, quod, cum homi-aestu fracti quieti indulgeant, e ingruente refecti excitantur, nque saltatione et clamore se ex-ant et feras armentis infestas ut. Ex hoc insolito sono vete-numinis praesentiam augurabant. Locum vero quaerunt, ubi h.
.
anyăsus, fluv. Illyrici Graeci, rachium alluens; h. *Spirnazza.*
'anўsus, Moesiae infer. fluv., ta Mesembriam in Pontum Euxi-m emanans; h. quibusd. *Paniza.*
'aphlagonia, Pylaemenia, ae min. regio, quae Parthenio Halye fluminibus, Ponto Euxino Galatia definitur. Nomen a Pa-ago s. Paphlagone derivant; h. c. il v. *Natolien*; nonnullis regio li dicitur. Incolae Paphlagŏnes, rum pars Heneti fuisse videntur; . Paphlagonius.
aphos, Paphus, Cypri insu-opp. Conditor fuit Cinўras, at-e exciso Ilio Agapēnor, dux Ar-dum, coloniam eo deduxit. Aucto-Paphum Novam et Palaepaphum nominant, ut, utra intelligi pos-non appareat. Terrae motu af-tae Augustus non solum pecu-m largitus est, sed et permisit, mutato nomine Augusta vocare-r. Distabat Nova Paphus a Vetere X stadiis, atque utraque sita erat in ccidentali insulae parte. H. vicus *Baffa.*

Papia v. Ticinum.

Paracanda v. Maracanda.

Parāda, Phara, urbs Africae propriae.

Paradīsus, opp. Coele-Syriae Libano monti adjacens, quod Diod. Sic. Triparadisum vocat.

Paraetacēni, Paraetăcae, pop. Persiae, in montibus Persidem et Mediam dirimentibus sedens, cujus regio dicebatur Paraetacene.

Paraetonium, Paraetonius Portus, urbs munita in Libyae et Aegypti confinio cum portu spatioso, quam Strabo etiam Ammoniam vocat. Hodiernum nomen inter Geographos non constat; quidam *el Paretoun,* alii *Alberton* nominant.

Paralia, Parălos, angusta regio ad mare in Attica, a promont. Sunio ad Athenas porrecta; incolae Paralii.

Parapotamii, Parapotamia, urbs antiquissima Graeciae in Phocide, prope Cephissum fluv. in alta rupe posita, quam Xerxes evertit.

Parentium, opp. Istriae portu instructum; h. *Parenzo.*

Paretacene i. q. Paraetacene.

Paridion v. Pandion.

Parīsi, pop. Britanniae Rom. supra Abum fluv. ad orientem Brigantum habitans; ubi h. *Yorkshire.*

Parisii, pop. Galliae Celt. ad Sequanam; ubi h. *Isle de France*; v. etiam Lutetia.

Parisium v. Lutetia Parisorum.

Parium, Colonia Julia Pariana, Colonia Pariana Julia Augusta, opp. Asiae in Mysia min. ad Hellespontum situm, Milesiorum et Pariorum colonia, quod jure latino gaudebat, eoque Marc. Aurelius colonos mittebat. Cicero illam Parianam Civitatem vocat. In eo erat Psyllorum genus, qui a serpente morsis mederi poterant. H. est *Kamariss,* al. *Kamanar,* al. *Pario*; cives Pariani et Parii.

Parma, Colonia Julia Augusta Parma, urbs Galliae Cispad. in Bojis ad ejusdem nominis fluvium. Etruscorum erat opus, eamque primum Boji, deinde Romani expugnarunt. Cum Mutina a. V. c.

DLXX Romanorum facta est colonia, quam Augustus auxit. Patria fuit Crassi poetae et Macrobii. Laudatur etiam ejus lana alba. H. *Parma*; incolae Parmenses; adj. Parmaeus, Parmanus et Parmensis.

Parnassus, urbs Cappadociae propr. inter Ancyram et Archelaidem; h. *Bergenlu*, *Bazardsjanlu*.

Parnassus, Parnāsus, mons Graeciae in Phocide. Antiquius ejus nomen erat Larnassus, a Deucalionis arca ibi appulsa. Secabat Phocida in duas partes, et duobus surgebat verticibus, quorum alterum Tithorĕa, alterum Hyampēum s. Hyampēa, al. Lycorēa (n. *Liacura*) appellabatur. In uno vertice erant templa Dianae et Apollinis, in altero Bacchi. Phoebo et Musis sacer erat. Ad ejus radices fons erat Castalia, itidem Musis sacratus. H. *Japara*, al. *Parnasso*; incola Parnasius, Parnasias f., Parnasia, Parnassis, idis; adj. Parnasius, Parnasēus, Parnasis s. Parnassis et Parnassiacus.

Parnes, ethis, montes in Atticae et Boeotiae confiniis, silvosi atque apris abundantes.

Paropamīsus, Paropanisus, Parpanisus, Paropamissus, mons Indiae, pars Tauri, qui Indiam versus septentrionem ab una parte terminabat, ab altera Arianam, atque emittebat amnes Indum et Oxum. In gloriam Alexandri M., ut Caucasum superasse videretur, Macedones et postea scriptores eum Caucasum dixerunt; h. *Hendu Khos*, al. *Candaha*.

Paropamisadae, Paropanisadae, Asiae populi minores usque ad Alexandri tempora liberi, qui Paropamisum montem accolunt, quos a Bactriana separat. Regio eorum Paropamisus, Paropanisus et Paropamisias a monte cognomine dicitur; ubi h. *Sablistan*, *Sedschestan u. e. Theil v. Kabul.*

Parōpus, urbs Siciliae sita ad Nebrodum latus septentrionale; h. *Parco*; cives Paropini.

Paros, ins. Cycladum. Dicta est olim Pactia, Minoa, Demetrias, Zacyntus etc. Mansit Paros, quod a Paro, Parisii filio, Arcade, ducitur. Primum tenuerunt Cretenses, Arcades successerunt. Erat dimidio [...]nor, quam Naxus. Urbem [...] rant cognominem, quae hodie [...] tata *Parichia* esse putatur, duo[s] portus. Inclaruit inprimis m[a]re albo, quod in monte Marpe[ssa] Marpessa effodiebatur. Hodie l[api]cidinae obrutae sunt. Natus ib[i] Archilochus, poeta Jambograp[hus]. Celebratur hod. Chronicon s. Ma[rmor] Parium, in quo primae lineae h[isto]riae Graecae a Cecrope usque ad [an]num III. olymp. CVI. ductae [...] H. *Paro*; incolae Parii.

Parpanisus v. Paropamisus.

Parrhasia, urbs Arcadiae, [...] antiquissimis iam temporibus [...] Arcadiae dicta est Parrhasia. [...] lae dicebantur Parrhasii, quo[d] nomen in Arcades omnes tra[nsla]tum est.

Parrodūnum, Parradun[um], Parthanum, opp. Vindelicia[e ad] Loysam fluv.; h. *Partenkirch.*

Parstrymonia, locus in T[hra]cia circa Strymonem amnem sit[us].

Partheni, Parthini, Il[lyri]ci populus, circa Dyrrhachium [...] Dalmatiae confiniis habitans.

Parthenium, Chersonesi T[auri]cae promont., CX stadiis a m[etro]poli Cherroneso remotum, in [quo] Dianae vel Iphigeniae templum [...] H. est *Felenk-Bournon.*

Parthenium, Mysiae opp. [...]ca Troadem.

Parthenium Mare, Issia[cum] Mare, pars Maris Mediterranei [cir]ca Cyprum.

Parthenius s. Partheni[um], mons Peloponnesi in Argolide, [...]geae in Arcadia vicinus; h. [...] *benia.*

Parthenius, maximus Pap[hla]goniae fluvius, Bithyniae pro[pin]quus, qui in Olgasse monte o[ritur] atque ad occidentem Amastris [in] Pontum Euxinum egreditur; h. *[Bar]tin*, al. *Partine.*

Parthenope v. Neapolis.

Parthi, Parthyaei, pop. A[siae] olim obscurus, ex Scythia, q[ui] ferunt, egressus, post varias do[mi]norum, veluti Persarum, Mace[do]num, Syrorum, vices, cum a [Se]leuco, Arsace duce, defecisset, potentia atque opibus crevit, ut P[...]

vinceret et funesta cum Romanis a gereret, usque ad Artaxer- , qui Persarum in Oriente im- um restauravit. H. fere ubi re- *Cumis.*

arthia, Parthyaea, Par- ēne, Asiae terra; sensu latiore ristino Persarum regno sumitur; tiore vicinam habet Mediam, caniam, Ariam et Caramaniam. s primaria et regia Hecatompy- Regio, si *Damegan* Hecatom- s habetur, h. *Cumis* vocatur.

arthini v. Partheni.

arthus, urbs Africae propr. in Carthaginis, quam Scipio ex- avit.

arus i. q. Paros.

asargădae, Pasargada, Pas- gadae, urbs antiqua et prima- Persidis ad Cyrum fluv. posita. m condidit Cyrus eo loco, quo yagem vicerat, ibique sepultus h. *Fasa od. Pasa* al. *Chelqueta;* ae atque accolae Pasargadae.

asitigris v. Tigris.

assa, urbs Thraciae in Mace- iae confinio; h. *Papasli.*

assargadae v. Pasargadae.

assaro, Passaron, urbs Mo- dis in Epiro ad Charadrum fluv.

attaline, Patalēne, Pata- Patale, Pattale, Indiae insu- et urbs. H. putatur esse *Tatta*, situs ob incertam Indi ostiorum itionem incertus est.

atăra, orum et ae, opp. Ly- e in chersoneso positum. No- n derivant a Pataro, filio Apolli- et Lyciae, Xanthi filiae. Idem m Arsinŏe vocatur. Ibi Apollo tannis per sex menses hibernos, sex aestivos autem in Delo ora- a edidisse dicitur. H. *Patera* vo- it; incola Paterensis, Patareus, taraeus, Patarēius, Pataranus, Pa- is, idis, f.

Patavia v. Batava Castra.

Patavio, urbs Norici; h. *Pata- ue.*

Patavium, Patavinum, Pa- a, Venetorum in Gallia Cisalp. s ditissima et post Spinam anti- issima, ab Antenore Teucro con- a, unde Antenorēa quoque voca- r. Perfluebat eam Meduacus mi- r, praeterfluebat Meduacus major, in cujus sinistra ripa sita erat. Livii natalibus maxime inclaruit. H. *Padova, Padua*; cives Antenoridae, Patavini et Paduani.

Pathissus, Pathyssus v. Tibiscus.

Pathmos, Pathmus, Patmos, Patmus, Aegaei Maris ins. parva ex Sporadibus, Joannis Apost. exilio nota: h. *Patino*, *Palmosa*, *Palmossa.*

Patrae, Colonia Augusta Aroe Patrensis, Aroë, opp. Achajae Propr. Conditor ejus fuit Patreus, ita ut urbem Aroën pomerio ampliato simul includeret. Fuit in XII. urbibus, quae foedere coierant. Sita erat in promontorio longissimo Peloponnesi, ex adverso Aetoliae atque Eveni fluminis. Cum in bello contra Gallos Aetolos adjuvissent, acceptis multis cladibus urbem plerique deseruerunt, et dispersi plura habitaverunt oppida, e quibus post victoriam Actiacam evocatos, additis colonis, Patris restituit Augustus, et libertate aliisque beneficiis auxit. H. *Patrasso*, *Patras*, *Baliabadra*; incolae Patrenses.

Patruissa, Patavissa, Patavicensium Civitas, urbs Daciae inter Naucam et Salinas; ubi h. vicus *Mar-Ujvar*, al. *Burglos*, al. *Coloswar.*

Paula, urbs Corsicae ins.; h. *Porto Palo.*

Paulon, Pado, Liguriae fluv., cujus ostium est ad orientem Nicaeae; h. *Poglion.*

Pax Augusta, Badia, Badea, opp. Celticorum in Hispania Tarrac. ad Anam positum; h. *Badajoz.*

Pax Julia, Colonia Pax Julia, Colonia Pacensis, Begia, Bejara, urbs Turdetanorum in Hispania Lusit., a J. Caesare condita, ubi conventus agebantur. H. *Beja.*

Paxi, Paxae, Jonii Maris insula, inter Leucadiam et Corcyram posita; h. *Paxos u. Antipaxos.*

Peda v. Pedum.

Bedăsa, Pegasa, urbs Lelegum in Caria, quae postea Halicarnasso accessit, regionique nomen dedit; incolae Pedasenses.

Pedăsus, oppidulum Messenes infra Pylum positum.

Pediculi, Poedicli, pop. Ita-

liae infer. in Peucetia; ubi nunc *Puglia*.

Pednelissus, Petnelissus, Pednilissus, urbs Pisidiae interioris; cives Pednelissii.

Pedum, Peda, opp. Latii ad viam Labico Romam ducentem, quod ita intercidit, ut ne rudera ejus quidem appareant; cives Pedani.

Pegusa v. Cnidus.

Peiso Lacus v. Lacus Peisonis.

Pela, Pele, Asiae min. ins. ad Joniam exadversum Clazomenis.

Pelagonia, pars Macedoniae septentrionalis, sive Paeoniae pars ad Macedoniam referendae.

Pelăgus, regio silvestris Arcadiae inter Mantineam atque Tegeam, ubi prior pugna Mantineensis pugnata est.

Pelăsgi, qui primi in Graeciam immigrarunt, ex Thessalia atque Epiro oriundi, qui inter alia litteras graecas invenisse traduntur. E Thessalia pulsi in Asiam min. profecti sunt, ubi circa Larissam Mysiae consederunt, ac Lesbum ins., prius Issam nominatam, frequentarunt, ex eorum nomine Pelasgiam appellatam. Dispergebantur etiam usque ad Etruriae oram maritimam sub nomine Tyrsenorum s. Tyrrhenorum, post in Etruscorum mutato, ubi Spinam ad Padi ostium aedificarunt.

Pelasgia v. Delos et Peloponnesus.

Pelasgicum Argos i. q. Thessalia.

Pelasgicus Campus, Thessaliae planities, ab Oetae radicibus usque ad Pheras porrecta, quam Pelasgi olim incoluerunt, eamque Livius Campos Thessaliae vocat.

Pelasgicus Sinus i. q. Pagaseticus Sinus.

Pelasgiōtis, idis, vetus nomen Thessaliae ad euronotum sitae; incolae Pelasgiōtae.

Pelasgis v. Peloponnesus.

Pele v. Pela.

Pelĕcas, antis, mons Mysiae inter Apiae Campum et Megistum fluv., Temni montis cornu; h. *Daumakti*.

Pelendŏnes, pop. Hispaniae Tarrac., stirps Celtiberorum, circa Durii fontes sedens.

Pelethronium, mons Th[...] liae, Pelio vicinus; accolae [...] thronii.

Peligni, Italiae propr. [...] quem Maruccini et Marsi co[...] bant, quique Sagro flumine a[...] tanis sejungebatur. H. ubi A[...] *citra*.

Pelion et passim Pelius, [...] saliae mons in Magnesia, cu[...] tudinem decem stadiorum es[...] runt. Innotuit idem Gigan[...] bula et Chirōnis sede, ubi [...] nium antrum et Jovis templ[...] Postea Centauri, a Lapithis [...] loca, in his Pelion, occuparu[...] que etiam Argo navis fabri[...] quae inde Peliaca carina vo[...] *Petra*, al. *Zagora*.

Pella, Colonia Pe[...] Col. Julia Aug. Pella [...] antiquissimis Macedoniae ur[...] Bottiaea regione ad Lydi[...] dium amnem posita. Oli[...] mia s. Bunomus dicta es[...] nomen numi appositis bo[...] firmant. Pellae nomen a P[...] ditore tulit. Situs ejus fui[...] mulo, cingentibus altis p[...] Inclaruit Philippi atque A[...] natalibus. Defecit a pristi[...] tate et opulentia, unde [...] Julio Caesare ibi constituta[...] ranis ab Augusto freque[...] In ruinas corruit. Ibi h. esse *Palatisia* et *Ala-Klissa*, al. *Jenitza*.

Pella, urbs Decapoleos [...] cum fluv. versus euronotum [...] polis sita, in quam Christi[...] Judaico confugiebant; h. [...]

Pellēne, Pellina, un[...] minoribus Achajae civitatib[...] oni versus orientem affinis; [...] be cognomine, cujus port[...] stonautae dictus, LX stadiis [...] motus; incolae Pellenei.

Pellēne, Pellana, La[...] interioris opp., quod Pausa[...] aetate evanuerat.

Peloponnēsus, paenins[...] gustissimo Isthmo Graeciae [...] annexa, inter Aegaeum at[...] nium Mare, platani folio [...] Antiquius nomen fuit Ap[...] Apide rege; post dicta est [...] s. Pelasgis, sub Pelasgo, tum

Argo, denique Peloponnesus a elope, qui eo ex Phrygia coloiam deduxit, inde Pelopis Insula. egio haud ulli terrae nobilitate aeferenda. Notissimum etiam est llum Peloponnesiacum. Hodierum ejus nomen *Morea* a similitune cum mori folio derivant. Inlae Peloponnesii et Peloponnenses; dj. Peloponnesius et Peloponnesiaus.

Pelōrus, Peloris, idis, et Peprias, adis, f., raro Pelorum, iciliae promont. ad Fretum, Scyle adversum. Celebrantur ejus conhae et cochleae; h. *Capo di Faro.* djacens tractus maritimus etiam ebatur Peloris et Pelorias.

Peltae, medio aevo Peletis, rbs Phrygiae magnae non procul aenis; incolae Peltēni.

Pelusium, Aegypti infer. urbs unitissima ad Nili ostium, inde lusiacum dictum. Nomen graea invenit a situ in paludibus. iquamdiu metropolis erat Augunnicae provinciae; eadem est tolemaei geographi patria. In ejus cum successit *Al Farmah*, Arabicae gini, sed brevis aetatis. Plurimi unictte ibi ponunt. Incola Pelusius Pelusiōtes; adj. Pelusiacus.

Penestia, regio parva inter Macedoniam et Illyricum, cujus caput rat Uscana.

Penēus, medio aevo Salabrias, hessaliae fluv. maximus. Nomen ntiquius Araxon fuisse tradunt, uia Ossam ab Olympo abruperit. trumque montem olim conjunctum uisse ferunt, Thessaliamque interlusam et stagnantibus paludibus brutam, donec Peneo factus esset xitus vel a Neptuno, vel ab Herule. Rectius id terrae motui tribuunt, ut ipse Herodotus. Fontes habebat in Pindo monte, per Tempe luebat, plurimos Thessaliae fluvios xcipiebat atque in Sinum Thermaicum excurrebat, Macedoniam et Thessaliam terminans. H. *Selimbria*; dj. Peneus et Peneius.

Penēus, Penēius, Peloponnesi in Elide fluv., qui ad Scollim montem oritur, Elin urbem alluit atque apud Chelonaten promont. in Mare Ionicum effunditur; h. *Gastunia*, al. *Igliaco.*

Penius, Colchidis fluv., qui in Pontum Euxinum egreditur.

Penninae Alpes v. Alpes.

Penninus, Poeninus Mons, in Gallia Cisalp. ad septentrionem Augustae Praetoriae, in cujus culmine Deus Penninus colebatur; h. *d. grosse S. Bernhard.*

Penocrurium, opp. Cornaviorum in Britannia Rom. inter Unaconam atque Etaredum; H. *Stretton*, al. *Penkridge.*

Pentapolis, Pentapolitana Regio, Africae in Cyrenaica regio, ab urbibus quinque, Ptolemaide, Arsinoë, Berenice, Apolloniade et Cyrene nominata.

Pentelĭcus, mons Graeciae et Parnethis latus, qui usque ad Euboicum Mare protenditur, marmoris fodinis nobilis.

Pentri, pop. Italiae et stirps Samnitum, cujus metropolis Bovianum erat.

Peparēthus, Aegaei Maris insula, una Cycladum, sita ad orientem Sepiadis prom. in Magnesia. Dicta est olim Evonus urbemque habuit cognominem. Inclaruit vino generoso; h. *Scopelo.*

Peraea, Palaestinae regio, quae a Jordanis e lacu Genesara usque ad ejus in lacum Asphaltiten introitum extenditur. Terra erat aspera, arenosa, passim tantum fertilis.

Peraea Rhodiorum, tractus Cariae maritimus contra Rhodum insulam.

Percōte, urbs Mysiae min. ad Hellespontum, posita inter Lampsacum atque Abydum.

Pergămum, Pergamus, urbs Mysiae maj., quam Cayster perfluit, ab Attalo aut ab Eumene condita, splendida atque Attalicorum regum, nec non literarum sedes, in qua chartae, quam Pergamenam vocant, usus inventus est; nobilis etiam magna bibliotheca; eadem etiam Apollodori et Galeni patria fuit; h. *Pergamo*; cives Pergameni.

Perge, Perga, Pergae, opp. Pamphyliae inter Cestrum et Cataracten fluvios, Apollonii patria, cum templo Dianae, quae ex urbis nomine dicebatur Pergaea. Eadem nota est ex Actis Apost., quam Pau-

lus adiit ad debellandam, ut videtur, superstitiosum Dianae cultum. H. *Karahissar*, al. *Virgi*.

Pergus, Pergusa lacus s. palus, in Sicilia infra Aetnam; h. quibusd. *Lago di Goridan*.

Perinthus, urbs Thraciae. Dicta est olim Mygdonia, post Heraclea, quod Herculem ejus conditorem ferunt, atque inde conjuncte Heraclea Perinthus. Sita est ad mare in alti isthmi cervice. In hodierno nomine variant; h. aliis *Pantiro*, al. *Heraclea* s. *Erecli*, quod verius videtur.

Perisaboras, Persabora, Pirisabora, Babyloniae opp. munitissimum ad Euphratem, quod Julianus Imper. perdifficile expugnavit. Putant esse h. *Anbar*.

Permessus, Termessus, fluv. Boeotiae, qui in Helicone monte nascitur atque Olmio mixtus in Copaidem lacum effunditur; h. *Panitza*.

Perranthes, mons arduus Epiri in Thesprotia, qui Ambraciae urbi imminet.

Perrhaebia, montana Thessaliae regio ad Peneum, juxta quem Perrhaebi incolebant, postquam Lapithas inde pepulerant.

Persa, urbs Mesopotamiae prope Euphratem et Samosatam.

Persabora v. Perisaboras.

Persae, Asiae pop. a Perseo dictus, qui ducta Andromeda, Cephei filia, Persen filium progenuit, cum antea Cephenes a Graecis, atque a se ipsis et accolis Artaei appellarentur.

Perseis, urbs Macedoniae in Laconia; h. *Yersele*.

Persepolis, Persaepolis, urbs Persiae in Perside prope Araxem flumen, Mediae montibus quam mari propior, magna atque opulenta metropolis imperii Persici, cujus arcem Alexander incendio delevit. Urbis magnificentiam testantur ruinae admirandae, quas incolae *Tshil-Minar*, al. *Chilmanare* vocant.

Persia, Persis, Asiae imperium maximum, quod multas olim regiones magnae et minoris Asiae complectebatur; h. *Irak u. Persien*; incola Persa et Persis f.; adj. Persicus, Persidicus et Persis f.

Persicus Sinus, Persicu Mare, Erythraeum M., Baby lonium M., sinus est Maris Rubr Persiam atque Arabiam Felicem i terluens. Plures in eo sunt insul in quibus Icarion, Ichara. H. *Persische Meerbusen, od. d. Meer v Balsora*.

Persis, Asiae terra, mox sens latiori de Persarum imperio, mo strictiori ponitur de Perside propri cujus fines erant a septentrione Me dia, ab occasu Susiana, ab orient Carmania, a meridie Sinus Persicu Regio fuit montosa et aspera. H ibi *Farsistan*.

Perusia, Pirusio, una ex XI Etruriae civitatibus liberis, et urb amplae magnitudinis inter Trasime num Lacum et Tiberim posita. Fact est municipium sub Romanorum imperio. Perusino contra Antonium bello ab Auguso expugnata ac perfide devastata est. H. *Perugia*; cives Perusini et Perusiates.

Perusinus Lacus v. Lacus Trasimenus.

Pessinus, Pesinus, untis, urb Galatiae ad Sangarium posita, ant Arabiza dicta, quam Reges Attalic splendide exstruxerunt. Clara es Matris Deûm templo et porticibu candido marmore factis. Simulacru Deae Romam translatum est, und Cybele Pessinuntia nominatur. Ibidem nodum Gordium ab Alexandr rescissum esse tradunt. H. *Bosan* al. *Pessin od. Possene*.

Petelia, rectius quam Petilia Italiae infer. in Brutiis opp. maritimum atque antiquissimum. Situm erat i edito colle et natura loci munitum Postea Lucani illud occuparunt et metropolim suam habuerunt. Post pugnam Cannensem expugnavit Hannibal, qui Bruttiis rursus habitandum concessit; verum post Hannibalis discessum veteres incolae, a Romanis adjuti, illos expulerunt. H. alii *Strongoli*, alii *Belicastro* esse putant, alii ad devastatas urbes referunt; cives Petelini et Petelii.

Petëon, urbs vel vicus Boeotiae in Thebarum agro; incola Peteonius.

Petinisca, opp. Helvetiae; h. *Biel* - Bipennis, Bienna, Biella, Biellum.

Pelitarus, Aetoliae fluvius.
Petnelissus v. Pednelissus.
Petovio, Petobio, Poetobio, Petavio, opp. Pannoniae Super. ad Dravum; h. *Petau.*
Petra v. Araceme.
Petra Aornos, Aornus, altissima rupes ad Indum in India intra Gangem cum castello, in quam Bazirae incolae confugiebant, cum Alexander urbem eorum oppugnaret.
Petra, locus prope Corinthum.
Petra, vicus in Elide.
Petra, urbs maritima Illyridis Barbarae cum vili portu.
Peta, Petraea, Petrina, urbs Siciliae; incolae Petrini.
Petra, opp. Thraciae in Maedica regione.
Petra Pertūsa, Ad Intercisa sc. saxa, Intercisa, urbs munita Umbriae ad Metaurum fl. haud procul Urbino Metaurensi, Vespasiani opus; h. *Pertusa.*
Petra Sogdianae, Ariamazis Petra, Oxipetra, ardua rupes in Sogdiana, forte Oxo fl. propinqua, quae, Alexandro Macedone cum exercitu adveniente, a triginta millibus, sed frustra, defendebatur.
Petrina, Petrini v. Petra Siciliae.
Petrocorii, Petricorii, Petrocorii, incolae regionis in Gallia Aquit.; h. *Perigord*; adj. Petrocorius et Petrocoriensis.
Petuaria, urbs Parisorum in Britannia Rom.; h. *Peterborough.*
Peuce, Moesiae infer. ins. magna ad Danubii ostium Sacrum, quod Peuces etiam vocatur a pinorum multitudine; h. *Piczina*, al. *Barilla*; incolae Peucini et Peuci, gens Bastarnarum.
Peucetia, Italiae infer. regio ac media pars Japygiae, inter Aufidum fl. et Brundusium sita; h. *Terra di Bari.*
Phabiranum, Fabiranum, Chaucorum majorum in Germania Infer. opp.; h. *Beverstedt zw. Bremervörde u. Hagen.*
Phacium, oppidulum munitum Thessaliae in Hestiaeotide ad Apidanum fluv., ultra Peneum; incola Phacieus.

Phaeāces, incolae Corcyrae ins., a quibus haec Phaeacum Insula s. Phaeacia, et metropolis Corcyra Phaeacum Urbs nominatur.
Phaenagora v. Phanagoria.
Phaestus, urbs Cretae ins., quam Minoa condidisse tradunt; incolae Phaestii; adj. Phaestius.
Phaestus, Thessaliae in Hestiaeotide urbs munita, Peneo apposita.
Phagre, Phagres, Macedoniae castellum ad Pangaei montis angustias; h. *Orfan*; incola Phagresius et Phagresaeus.
Phalacrine v. Falacrinum.
Phalanna, Phalannum, Phalannae, urbs Thessaliae in Perrhaebia; incola Phalannaeus.
Phalăra, Falera, oppidulum Phthiotidis in Thessalia ad Maliacum Sinum cum portu, qui Lamiae portus habebatur; h. *Stillida.*
Phalereus Portus, Athenarum secundus portus ex Phalēro vico nominatus; h. *Porto Draco.*
Phanae, Phanaea, prom. ad australe Chii ins. latus; h. *Capo Mastico*; et portus eodem loco.
Phanagorĭa, Phanagŏri Urbs, Phanagorus, Phanaegora, Bosperanorum in Sarmatia Asiat. caput et emporium freto appositum, cui in Europaeo littore Panticapaeum respondet. Milesiorum vel secund. alios Teiorum opus esse narrant. Fuit ibi insigne Veneris templum. H. *Taman* ibi stare putatur.
Phanŏte, Epiri castellum non procul ab Illyrici finibus; h. *Vuno.*
Phanŏteis, Phanoteus, Phanŏte, Phanotia, urbs Phocidis; eadem quae Panŏpe.
Phara, urbs et vallis Arabiae Petraeae, Sinui Arabico adjacens, unde solitudini nomen Pharan s. Paran est; h. *Fara*; incolae atque accolae Pharanitae.
Pharae, Pherae, urbs parva atque antiqua Achajae ad Pierum s. Pirum fluvium; h. ubi vici *Kato Achaia u. Epano Achaia*; civis Pheraeus.
Pharae, rectius quam Pherae, urbs Messeniae, VI stadiis a Sinu Messeniaco distans et Nedonis ostio propinqua. Ex hac urbe coguomi-

lus adiit ad debellandam, ut videtur, superstitiosum Dianae cultum. H. *Karahissar*, al. *Virgi*.

Pergus, Pergusa lacus s. palus, in Sicilia infra Aetnam; h. quibusd. *Lago di Goridan*.

Perinthus, urbs Thraciae. Dicta est olim Mygdonia, post Heraclea, quod Herculem ejus conditorem ferunt, atque inde conjuncte Heraclea Perinthus. Sita est ad mare in alti isthmi cervice. In hodierno nomine variant; h. aliis *Pantiro*, al. *Heraclea* s. *Erecli*, quod verius videtur.

Perisaboras, Persabora, Pirisabora, Babyloniae opp. munitissimum ad Euphratem, quod Julianus Imper. perdifficile expugnavit. Putant esse h. *Anbar*.

Permessus, Termessus, fluv. Boeotiae, qui in Helicone monte nascitur atque Olmio mixtus in Copaidem lacum effunditur; h. *Panitza*.

Perranthes, mons arduus Ep... in Thesprotia, qui Ambraciae u... imminet.

Perrhaebia, montana Th... liae regio ad Peneum, juxta ... Perrhaebi incolebant, postqua... pithas inde pepulerant.

Persa, urbs Mesopotamia... Euphratem et Samosatam.

Persabora v. Perisabo...

Persae, Asiae pop. a ... ctus, qui ducta Androme... filia, Persen filium pro... antea Cephenes a Grae... se ipsis et accolis A... rentur.

Perseis, urbs ... Laconia; h. *Yersele*.

Persepolis, P... Persiae in Persid... flumen, Mediae r... ri propior, ma... metropolis impe... cem Alexande... Urbis magnifi... nae admirand... *Minar*, al. C...

Persia, ... rium maxi... regiones ... complect... incola P... sicus, I...

...ate ...mari- ...o, Me- ...qui in ea ...et sepultus ... colonia de- ...maxime turri ...nocturnis igni- ...regeret. Struxit ...multis fastigiis ...architectus, aucto- ...Philadelpho. Constituit ...Mundi miraculis an- ...insula porro no- ...LXXII seniorum, ...hebraico in graecum ...Pharus, si de insula ...feminini generis, si de ...masculini. Ibi est h. castrum ...Turcarum, eamque alii vo... alii *Pharillon*.

Pharus, Paros, Pharia, ins.

Persicus Sinus ... Mare, Erythra... lonium M., sinu... Persiam atque ... terluens. Plure... in quibus Icar... *Persische Meer* ... *Balsora* ...

Persis. ... latiori de... strictiori ... cujus fi... dia, ab ... Carma... Regio ... ibi ...

... nomi... ...rgonautarum ...vibus Phasiani ...autae avexerunt ...*Fasz*, Turcis *Fach* ...

...s, Colchidis opp. ad Po... ...uxinum et Phasidis ostium ...erat colonia, nobile ... ...siorum ... Aeetae olim sedes ... ...rium atque etiam aureo a Jaso... gia. Vellere ... templo, a Phryxo in ... ablato, et ... Leucotheae exstructo, fuit ... norem ... hodierna urbs, quae est ... lustre. Ho... ab Italis *Faso*, a Ga... plissima ... aliis *Putili od. Poli* vo... *Fasc*, ab ... Phasiates; adj. Phasi... tur. Incolae ... us et Phasias, adis, ... nus, Phasiacus ...

Phasyles v. Phaselis.

Phea, Pheia, Phia, urbs El... dis ad Jardanum cum portu ape... h. *Castell Tornese*.

Phea, opp. Persiae in Aria, Ar... bonis regionis caput.

Pheca, Phecadum, urbs ... nita in Hestiaeotide Thessaliae ... occidentem Gomphorum sita.

Pherae, Thessaliae opp. amplis... simum, Pelio monti propinquum ... Demetriadi, quod aliquamdiu Jaso... ni aliisque tyrannis paruit, qui ma... gnam Thessaliae partem sub suam re... degerunt potestatem. In urbe ... dia fons erat celebris, Hyperea...

…r; cives
…iae

…th
…yriae
…ut, cu-
…an dictae.
…us Lydiae
…n Sardium et
… Cogamus alluit,
…rae motu concus-
…amen aevo validissi-
…; h. *Alla-Schehr*; ci-
…phii et Philadelpheni.

…enorum Arae, portus in … Africae propr. et Cyrenes …rtim maj., exstuctae a Carthaginiensibus in honorem Philaenorum fratrum, ibi sepultorum.

…hileae, Philea, Phileas, …lia, Philias, promont., regio … opp. Byzantinorum ad Bosporum Thraciae; h. *Philine*.

…hilippi, Colonia Augusta …ulia Philippensis, Colonia …lia Philippensis, ante Crenides et Datos, urbs primaria …acedoniae in Edonide, propinqua …ngaeo. Nomen adepta est a Philippo, qui eam expugnaverat. Inclaruit Caesaris et Augusti victoriis, …rum vestigia hodieque in magna …mulorum copia superesse itinera… testantur. Memorantur ibi aurifodinae. Eo colonos Octavianus mi-

sit. H. ibi vicus *Felibah*, al. *Philippigi* vocari et magna aedificiorum rudera ibi esse narrant.

Philippopolis, urbs Thraciae interioris in Odrysarum gente ad He…m, Philippi Macedonis opus, pri… …neropolis, Dulopolis, Eumol… postea Trimontium, de si… tria cacumina habente, …opoli; cives Philippo-

…lis v. Thebae

…omelium, … ad Lycaoniae … Pisidiae adscri- …a Tauri lateri; h. *Aggiul Fellanos*; in- …menienses.

…era, Philoteris, Phi- …, urbs Africae in Troglo- …m ora, portu instructa, quam …rus condidit, quem Ptolemaeus …iladelphus ad perscrutandam hanc oram atque elephantorum venationem miserat, nomenque ab altera Ptolemaei sorore imposuit. H. putatur *Corseir*.

Philotera, Philoteria, urbs Galilaeae ad Tiberiadem lacum.

Phinopolis, Thraciae in ora Bospori opp.; ubi h. *Mauromolo*; al. *Dercus*; al. eandem esse, ac Phileam putant.

Phintias, Phinthia, urbs Siciliae maritima cum portu, quam Gelenses condiderunt.

Phitonia, ins. Tyrrheni Maris prope Sardiniam, contra Corsicam; h. *Isola Rossa*.

Phlanon i. q. Flanona.

Phlius, untis, urbs libera Achajae inter Sicyonem et Argolidem, cujus ager dicebatur Phliasia, in quo Asopus fontes habebat. Ab ejus conditore urbs et regio Arantia, posthac Araethyrea dicta est; cives Phliasii; adj. Phliasius, rarius Phliuntius.

Phocaea, Joniae opp. ultimum in paeninsula situm. Nomen deducunt vel a Phoco, vel a phoca marina. Conditorem faciunt Philogenem, Atheniensium ducem. Vetus erat et celeberrimum emporium, duobus portibus tutis, Naustathmo et Lamptera, instructum. Ei Massilia atque Atalia in Corsica originem

nis deducta est colonia in Cretam ins.; h. *Palaea Choro*, al. *Pheramidi*; incola Pharaites.

Pharan, Sinus Arabici prom. inter Heroopoliticum atque Elaniticum Sinum; h. *Ras Mohammed.*

Pharanitae v. Phara.

Pharia v. Pharus.

Pharmacusa, Pharmacusae, Pharmacussa, duae insulae Sporadum, Salamini vicinae; incola Pharmacusaeus et Pharmacusius.

Pharmacūsa, ins. Asiae min. in Mari Icario prope Miletum, in qua Attalus occisus, et J. Caesar, cum studiorum causa Rhodum navigaret, a praedonibus captus est; h. *Formuca.*

Pharnacēa, Pharnacia v. Cerasus.

Pharsālus, Pharsalia, urbs Thessaliae in Phthiotide ad Apidanum fluv., quae bello Philippi Macedonis contra Romanos, magis etiam Caesaris et Pompeji pugna inclaruit; h. *Farsa*, *Farsla.* Discernitur ab hac Palae s. Palaeopharsalus, inter quam et Enipeum fluv. posterius praelium commissum est. Adjacens regio Pharsalici Campi a Plinio nominatur; adj. Pharsalicus et Pharsalius.

Pharus, Pharos, Pharon, prope Alexandriam in Aegypto. Insulam appellant plures utriusque linguae scriptores. Trojana tempestate eam habitavit Proteus, Deus marinus et vates. Nomen a Pharo, Menelai proreta, deducunt, qui in ea insula a serpente morsus et sepultus est. A J. Caesare eo colonia deducta est. Inclaruit maxime turri eodem nomine, quae nocturnis ignibus navium cursum regeret. Struxit eam ex albo lapide multis fastigiis Sostratus, Cnidius architectus, auctore Ptolomaeo Philadelpho. Constitit DCCC talentis. Mundi miraculis annumeratur. Haec insula porro nobilitatur conventu LXXII seniorum, qui Scr. S. ex hebraico in graecum transtulerunt. Pharus, si de insula dicitur, est feminini generis, si de turri masculini. Ibi est h. castrum seu arx Turcarum, eamque alii vocant *Pharos*, alii *Pharillon.*

Pharus, Paros, Pharia, ins. ad Dalmatiam ad orientem Issae, quam Demetrius Pharius tenuit. Urbs ejus Pharia condita fuit a Pariis; h. *Lezina od. Huar.*

Pharus, Maris superi insula. Uti Pharus ab Alexandria satis remota erat, ita nostra a Brundusio. Urbem habuit cognominem munitamque; h. *Lesina.*

Phasēlis, Phasydes, opp. Asiae min., quod alii Lyciae, alii Pamphyliae adscribunt. Situm erat in chersoneso triplicique portu instructum. Incolae rei nauticae erant peritissimi, urbemque Servilius Isauricus evertebat, quod praedonum essent socii. H. *Tekrova*, al. *Fiondu*; cives Phaselitae.

Phasis i. q. Araxes.

Phasis, idis, Asiae magnae in Colchide fluv. rapidus naviumque patiens. Delabitur ex Moschicis montibus in Armenia, ubi Boas vocatur, post auctus, ubi Caucasus et Iberia terminantur, alterum nomen sortitur. Inclaruit Argonautarum expeditione atque avibus Phasianis, quas inde Argonautae avexerunt et propagarunt. H. *Fasz*, Turcis *Fachs*, accolis *Rione.*

Phasis, Colchidis opp. ad Pontum Euxinum et Phasidis ostium Milesiorum erat colonia, nobile emporium atque Aeetae olim sedes regia. Vellere etiam aureo a Jasone ablato, et templo, a Phryxo in honorem Leucotheae exstructo, fuit illustre. Hodierna urbs, quae est amplissima, ab Italis *Fasso*, a Gallis *Fasc*, ab aliis *Pulili od. Poli* vocatur. Incolae Phasiates; adj. Phasianus, Phasiacus et Phasias, adis, f.

Phasydes v. Phaselis.

Phea, Pheia, Phia, urbs Elidis ad Jardanum cum portu aperto; h. *Castell Tornese.*

Phea, opp. Persiae in Aria, Anabonis regionis caput.

Pheca, Phecadum, urbs munita in Hestiaeotide Thessaliae ad occidentem Gomphorum sita.

Pherae, Thessaliae opp. amplissimum, Pelio monti propinquum et Demetriadi, quod aliquamdiu Jasoni aliisque tyrannis paruit, qui magnam Thessaliae partem sub suam redegerunt potestatem. In urbe media fons erat celebris, Hyper-

dictus; h. ***Firino***, al. ***Jenizar***; cives Pheraei.

Pherinum, castellum Thessaliae occidentalis circa Gomphos.

Phiala, Galilaeae super. lacus montanus, ex quo Jordanum oriri dicunt, CXX stadiis a Pancade remotus; h. quibusd. *Medan*.

Phigalia, Phialea, Phialia, Phialaea, vetus Arcadiae opp. ad Limacem fluv. in montana regione. Condita et nominata est a Lycaonis filio. A Spartanis capta atque deleta ac postea instaurata in Aetolorum ditionem venit, ex qua Philippi II. auxilio liberata est; h. al. *Paulitza*, al. ***Phanari***.

Phila, Macedoniae opp. in Pieria, inter Dium et Tempe ad Peneum in ardua rupe positum, quod Demetrius, Antigoni filius, condidit.

Phila, Phla, ins. Libyae, quam Triton amnis facit.

Philadelphia, primum Ammana, deinde Astarte, Rabbammana, in Vet. Test. Rabbath et Rabbath Ammon, Coelesyriae opp. atque Ammonitarum caput, cujus ruinae supersunt ***Amman*** dictae.

Philadelphia, vetus Lydiae metropolis ad orientem Sardium et radices Tmoli, quam Cogamus alluit, saepe quidem terrae motu concussum, medio tamen aevo validissimum castrum; h. ***Alla-Schehr***; cives Philadelphii et Philadelpheni.

Philaenorum Arae, portus in confinio Africae propr. et Cyrenes ad Syrtim maj., exstuctae a Carthaginiensibus in honorem Philaenorum fratrum, ibi sepultorum.

Phileae, Philea, Phileas, Philia, Philias, promont., regio atque opp. Byzantinorum ad Bosporum Thraciae; h. ***Philine***.

Philippi, Colonia Augusta Julia Philippensis, Colonia Julia Philippensis, ante Crenides et Datos, urbs primaria Macedoniae in Edonide, propinqua Pangaeo. Nomen adepta est a Philippo, qui eam expugnaverat. Inclaruit Caesaris et Augusti victoriis, quarum vestigia hodieque in magna tumulorum copia superesse itineraria testantur. Memorantur ibi aurifodinae. Eo colonos Octavianus misit. H. ibi vicus ***Felibah***, al. ***Philippigi*** vocari et magna aedificiorum rudera ibi esse narrant.

Philippopolis, urbs Thraciae interioris in Odrysarum gente ad Hebrum, Philippi Macedonis opus, prius Poneropolis, Dulopolis, Eumolpias, ac postea Trimontium, de situ in monte tria cacumina habente, dicta; h. ***Filippopoli***; cives Philippopolitae.

Philippopolis v. Thebae Phthiae.

Philomēlum, Philomelium, oppidulum Phrygiae ad Lycaoniae fines, quod serius Pisidiae adscriptum est, vicinum Tauri lateri; h. ***Bulawadni***, al. ***Aggiyl Felķanos***; incolae Philomelienses.

Philotĕra, Philoteris, Philoteras, urbs Africae in Troglodytarum ora, portu instructa, quam Satyrus condidit, quem Ptolemaeus Philadelphus ad perscrutandam hanc oram atque elephantorum venationem miserat, nomenque ab altera Ptolemaei sorore imposuit. H. putatur *Corseir*.

Philotĕra, Philoteria, urbs Galilaeae ad Tiberiadem lacum.

Phinopolis, Thraciae in ora Bospori opp.; ubi h. ***Mauromolo***; al. ***Dercus***; al. eandem esse, ac Phileam putant.

Phintias, Phinthia, urbs Siciliae maritima cum portu, quam Gelenses condiderunt.

Phitonia, ins. Tyrrheni Maris prope Sardiniam, contra Corsicam; h. ***Isola Rossa***.

Phlanon i. q. Flanona.

Phlius, untis, urbs libera Achajae inter Sicyonem et Argolidem, cujus ager dicebatur Phliasia, in quo Asopus fontes habebat. Ab ejus conditore urbs et regio Arantia, posthac Araethyrēa dicta est; cives Phliasii; adj. Phliasius, rarius Phliuntius.

Phocaea, Joniae opp. ultimum in paeninsula situm. Nomen deducunt vel a Phoco, vel a phoca marina. Conditorem faciunt Philogenem, Atheniensium ducem. Vetus erat et celeberrimum emporium, duobus portibus tutis, Naustathmo et Lamptera, instructum. Ei Massilia atque Atalia in Corsica originem

debent. H. *Fokia*, al. *Palaeophoggia*; incolae Phocaeenses et Phocaei; adj. Phocaicus.

Phocëae, arx urbis Leontinorum in Sicilia.

Phocis, idis, Graeciae propr. regio, inter Locros Opuntios, Epicnemidios et Boeotiam, Doridem et Locros Ozolos atque Sinum Corinthiacum sita. Incolae Phocii et Phocenses, qui a Phocaeensibus in Jonia discrepant. A Lelegibus originem trahunt, et Phocum gentis auctorem faciunt, etsi varia ratione.

Phoebēum, locus circa Spartam situs.

Phoenice, Phoenica, Phoenicia, antea Rabbothin, Colpites et Clina. Pars Syriae, quae fines habebat Eleutherum fluv., montes Libanum atque Antilibanum, Mare Mediterraneum et Chorseum s. Cherseum fluv., apud Caesaream. Incolae artibus et disciplinis excelluerunt, veluti ballista, textura vestium, arithmetica, astronomia, quippe siderum cognitio eorum navigationes adjuvabat. Inprimis solertia inclaruerunt Sidonii, quorum artificiosa opera laudantur. H. *e. Theil v. Syrien*; incola Phoenix et Phoenissa; adj. Phoenicius, Phoenissus et Phoenix.

Phoenicus, untis, Olympus, opp. Lyciae prope Olympum montem, quod a Servilio eversum est.

Phoenicus Portus, Siciliae orientalis portus non procul Eloro s. Heloro prope Pachynum prom.

Phoenicus Portus, Joniae portus ad Mimantis radices; h. forte *Dschesme*.

Phoenicūsa, ins. ex Aeoliis ad Siciliam, quae Phoenicōdes etiam dicitur a palmis; h. *Felicur Gio*, al. *Dattalo*.

Phoenissa v. Carthago Nova.

Phoenix, parvus Thessaliae fluv. in Phthiotide, qui in Othrye monte oritur, atque infra Heracleam in Sinum Maliensem excurrit.

Phoeteae, Phytēum, Phytia, Phoetiae, urbs Graeciae in Acarnania.

Phoenicum Oppidum v. Modiana.

Pholegandros, insula saxosa Aegaei Maris, quae Cycladibus annumeratur, Sideria quoque ob naturam vocata; h. *Policandro*; adj. Pholegandrius.

Pholŏë, mons Arcadiae, qui Elidem spectabat, Erymanthi meridionale latus. Nomen debet Pholo Centauro, Herculis amico; h. *Xiria*.

Phorcynus, Ithacae ins. portus, prope quem antrum erat Nymphis sacrum.

Phricium, Thessaliae oppidulum Cyretiis vicinum; h. *Urziani*.

Phrixa, Thrixa, urbs vetus Elidis in Triphylia, in fastigato monte sita et Pisatidi propinqua.

Phrudis, Galliae Belg. fluv. in Ambianis; h. *Somme*-Samara, Sumina, Somena; al. *Bresle*.

Phrygia, Asiae min. terra, quae diversis temporibus diversis circumscripta erat finibus. Alexandri M. tempore Galatia, Cappadocia, Lydia, Pisidia, Mysia, Lyconia et Caria terminabatur. Dividebatur in majorem et minorem, in qua Troada ponunt; hinc Phryges pro Trojanis apud poetas tragicos inprimis et latinos. Illa utriusque populi confusio inde orta esse videtur, quod Phryges et Mysi post Trojae excidium haec loca occuparunt. H. *ein Theil v. Natolien*; incolae Phryges, Phrygii.

Phthia, urbs Phthiotidis in Thessalia. Nomen derivant a Phthia muliere, vel a Phthio, Neptuni filio. Inclaruit Achille, qui inde Phthius Achilles appellatur. H. quibusd. *Zeiton*. Incola Phthiōta et Phthiotes; adj. Phthius, Phthiotis, Phthias f. Phthioticus.

Phthiōtis, Phthia, Thessaliae pars, terminos habens Oetam, Maliacum Sinum, Pindum et Pharsalum, cujus incolae erant Achaei, qui discriminis causa cognominabantur Phthiotae; adj. Phthioticus.

Phthira, Phtheir, mons Cariae.

Phycus, untis, prom. Cyrenaicae, quod per Creticum Mare excurrit, e regione Taenari in Peloponneso, cum urbe s. castello cognomine. Nomen ab algae copia accepisse creditur. Nautis h. dicitur *Capo Rusato*, al. *Ras Sem*.

Phygela v. Pygela.

Phylăce, oppidulum Thessaliae

in Magnesia), Othryn montem et Sperchium fl. adjacens.

Phylăce, urbs Molossidis in Epiro.

Phyle, vicus Atticae bene munitus, in agro Tanagrae situs; h. *Argivo Castro*; incola Phylasius.

Physcus, mons Italiae Infer. in Bruttiis prope Crotona; h. *Pozzi*.

Picentia, urbs Campaniae et primaria Picentinorum ad mare sita. H. quaeritur ubi rudera sunt, quae *Vicenza* vocantur; al. *Piconza* nominant.

Picentini, stirps Picentium, qui a Romanis ad Campaniae oram collocabantur, postquam Lucanos sedibus pepulerant. Habitabant inde a Silaro fluv. usque ad Minervae prom., eorumque regio Picentinus Ager nominatus est. H. ubi *Principato citra*.

Picēnum s. Ager Picenus, Italiae Propr. regio, ab Aesi fl. Mari Supero atque Aterno fluv. terminatus et Apenninis ab Umbris et Sabinis sejunctus. H. *d. Mark Ancona u. e. Theil v. Abruzzo citra*; incolae Picentes, a quibus distingendi sunt Picentini ad Mare Etruscum sedentes.

Picenum v. Ancona.

Pictavi, Pictava, Pictavinum v. Limacum.

Picti, pop. Britanniae barb. caurum versus sedens, ubi prius Caledones et Majatae habitabant, qui Scotis erat conjunctus. Nomen sine dubio a corporum pingendorum consuetudine invenerunt.

Pictŏnes, Pictāvi, Galliae Aquit. pop.; ubi h. *Poitou*.

Pidōrus, urbs Macedoniae in Chalcidice ad Sinum Singiticum prope Atho montem sita.

Piĕra, fons Elidis inter urbes Elin et Olympiam.

Piĕres, Thraciae pop., ortus e Pieria in Macedonia, qui ab Alexandro, Perdiccae patre, expulsus est. Ab hoc Orpheus originem ducebat.

Pieria, Piĕris, idis, Macedoniae regio ad Sinum Thermaicum. Nomen ducunt alii a Piero, Musarum parente, alii a Piero, heroë, alii a Piero, Lini patre. An vero ab hac regione Musae Pierides vel Pieriae appellatae sint, disputatur. H. *Veria* esse dicunt.

Pietas Julia v. Pola.

Pimpleia, mons Thraciae Musis sacer, inde Pimpleides dictis.

Pinara, urbs Lyciae interioris, sub Crago monte posita; incola Pinareus.

Pinarus, fluv. Ciliciae campestris, qui fontes in Amano monte habet atque apud Issum in sinum effunditur.

Pindenissus, Pindenissae, opp. Eleutherocilicum, Amano vicinum, atque a Cicerone expugnatum.

Pindus, mons Thessaliae, Acarnaniam ab Aetolia dividens, Apollini Musisque sacer, etiam Lapitharum sedes. Ex ejus cacumine, quod Lacmon vocatur, Aous s. Aeas et Inachus oriuntur, ex eoque Peneus delapsus Thessaliam irrigat. Pars ejus Lingus appellatur a Livio. H. *Agrapha*.

Pinna, Italiae propr. in Vestinis opp., Apennino adjacens; h. *Civita di Penna*.

Pintia, Pincia, Vallisolētum, Valdoletum, urbs Vaccaeorum in Hispania Tarrac.; h. *Valladolid*; adj. Vallisoletanus.

Piraeus, Piraeum, Piraeeus (trisyl.), vicus in Attica prope Athenas et portus triplex Olim insula fuit. Ab urbe distabat XL stadiis, quod intervallum longus murus jungebat, a Themistocle Archonte factus. Totum omnino spatium, quod ille murus complectebatur, Piraeeo adscriptum fuisse videtur, in quo porticus, areae, fana erant. Sulla eum vi cepit et evertit. H. *Porto Leone*; adj. Piraeeus, Piraeĕus et Piraeensis.

Pirēne, fons Corinthi ad montem, in quo acropolis erat posita, qui aquam urbi praebebat. Ortus erat ex Pegasi ungula, e Meduseo palude nati.

Pirisabora v. Perisaboras.

Pirustae, Pyrustae, Illyrici pop., qui, cum Romanis inito foedere, libertatem recuperavit.

Pisae, Pisa, urbs Elidis in Pisatide s. Pisaea. Dubitarunt de urbe, et fontem olim ejus nominis intelligebant. Alii nomen a Piso, Pirioris filio, conditore, alii a Pisa,

Endymionis filia, petunt. Pisam praeterfluebat Alpheus. Ruinas esse putant, ubi h. *Languanico*; incola Pisätes et Pisaeus.

Pisae, Pisa, Pissa, urbs Etruriae ad Arnum fluv. Plerique urbis originem derivant a Pisaeis Peloponnesi, qui cum Nestore ad Trojam profecti in reditu ejecti erant. Unde etiam apud Virgil. Alpheae cognomen habet, quod a Pisaeis ad Alpheum condita dicitur. Anno U. c. DCXXII colonia Romanorum facta est, quam nova auxit J. Caesar, vel Augustus, unde Colonia Julia Pisa vocatur. Transiit deinde in municipium. Portu utebatur Arni ostio. L. stadiis remoto, qui Pisanus Portus (h. prope *Livorno*) appellabatur. Commemorantur ibi aquae calidae, II Mill. distantes. H. *Pisa*; incolae Pisāni; adj. Pisanus.

Pisātis, Pisaea, antiquissimis temporibus civitas parva, montibus cincta atque ab Alpheo, Arcadia, Elide et Triphylia terminata, in qua urbes octo et Pisam primariam fuisse Strabo narrat.

Pisaurum, Senonum in Italia propr. urbs maritima ad Pisaurum amnem, a quo nomen ejus petunt. Coloniam eo Romani deduxerunt a. V. c. DLXVIII, et postea Augustus. H. *Pesaro*.

Pisaurus, Isaurus, Italiae propr. fluv., qui fontes habet in Umbria, Urbinum Hortense praeterfluit et prope Pisaurum in Superum Mare exit; h. *Foglia* - Folia.

Pisidia, Asiae Min. regio, Lycaoniae, Isauriae, Pamphyliae, Cariae et Phrygiae contermina, maximam partem in Tauri vertice sita, frugifera tamen vitiumque ferax. Incolae Pisĭdae. H. *e. Theil v. Caramanien* vel *Versacyeli*.

Pisidon, Pisadon, portus Africae in Regione Syrtica. H. *Fissato* esse putant.

Pisistrati insulae, tres ins. ad oram Joniae, Anthinae, Myonnesos et Diaressa dictae.

Pissaeum, Pisaum, opp. Macedoniae in Pelagonia.

Pistirum, Pissyrus, urbs Thraciae cum portu.

Pistoria, Pistorium, Pistoriense Oppidum, urbs Etruriae inter Macram et Arnum fluvios ad Apenniorum radices posita, in cujus territorio Catilina in praelio cecidit; h. *Pistoja*; adj. Pistoriensis.

Pisye, Pitye, urbs Cariae; cives Pisuetae.

Pitāne, Pittane, urbs Aeolidis ad Evenum fluv., duplici portu instructa; h. *Sandarlik*.

Pithecūsa, Pithecusae, Pithecussae, Italiae infer. insula ad Campaniam. A statione navium Aeneae dicta quoque Aeneae insula et Aenaria. Virgil. eam Inarimen vocat. Nomen a simiis impositum esse tradunt. Incolas faciunt Eretrienses, quibus post successerunt Neapolitani. H. *Ischia* putatur.

Pitynda, opp. Indiae intra Gangem, quod putant esse h. *Bagnagar*.

Pityūsa, ins. Sinus Argolici; h. *Tulca*.

Pityusa i. q. Chios, Lampsacus, Miletus etc.

Pityūsae, Pityussae, insulae Hispaniae in Mari Mediterraneo, dictae a pinuum feracitate, quorum major Ebusus, minor Ophiusa nominatur; h. *d. Pityusischen od. Fichten-Inseln*.

Placentia, Galliae Cispad. opp. Trebiae et Pado appositum. Condiderunt id Romani paulo ante bellum Punicum secundum, floruitque mercatura atque municipii jure donatum est. Regio adjacens Placentinus Ager vocabatur. H. *Piacenza*.

Placia, Place, urbs Mysiae min. ad Propontidem et orientem Cyzici, Pelasgorum colonia; h. *Panermo*; civis Placus; adj. Placianus.

Planasia, ins. ad Etruriae oram, pavonibus abundans, in quam Augustus Agrippam nepotem transportari jussit; h. *Pianosa*.

Planesia, ins. Maris Interni ad Hispaniam Tarrac. in Sinu Illicitano posita; h. *Isola Plana*.

Platanus, vicus atque angustiae locorum in Phoenicia prope Leontopolin.

Plataea, Plataeae, urbs Boeotiae, sita in planitie inter Cithaeronem et Heliconem montes ad Asopum flumen. Plus semel expugnata, eversa atque instaurata est. Prope illam a Pausania atque Aristide, Mardonio duce, Persae profligati

sunt. Ruinae ejus h. vocantur *Palaeo Castro* apud vicum *Kokla*; incolae Plataeenses.

Platēa, Platēa, Plataea, ins. ad Cyrenaicam contra Menelai portum sita.

Plavis, Galliae Cisalp. fluv., qui in Alpibus Noricis fontes habet, Carnos a Rhaetia sejungit et per Veltinos in Mare Adriaticum exit. H. *die Piave*.

Plemis Parva, urbs Aethiopiae, prope quam Nili magnus primusque catarrhacta conspicitur. Putant esse h. *Ibrim*.

Plemmyrium, prom. in orientali Siciliae parte od ortum Nasi; h. *Punta di Gigante*.

Plestīna, urbs Italiae propr. in Marsis; h. *Peschiolo*.

Pleumosii, Pleumoxii, pop. Galliae Belg., qui sub Nerviorum erat imperio.

Pleuron, ōnis, urbs antiqua et amplissima Aetoliae ad Calciam montem et prope Evenum fluv. sita. A Demetrio Mecedone eversa cum esset, novum ejusdem nominis opp. ad Aracynthi montis radices et alteram Eveni ripam aedificatum est. Incolae Pleuronii; adj. Pleuronius.

Plotae, insulae Maris Jonii, quae diversae sunt ab aliis septem insulis, quae itidem Plotae appellatae sunt. Dictae sunt deinde Strophădes a conversione Zethae et Calais, qui Harpyias in eas usque insulas persecuti sunt. Duae erant et sitae ante Zacynthum, vel inter Zacynthum et Elidem. H. *Strofadia od. Stribali*.

Plotinopolis, urbs Thraciae ad Hebrum, ubi postea Didymotichos posita est; h. *Demotica, Dimotika*; cives Plotinopolitae.

Plynos, Plynus, Africae portus in Marmarica, qui Panormus Ptolom. esse videtur.

Podium v. Anicium.

Podium Ceretanum, opp. Hispaniae Tarrac. in Ceretanis ad Pyrenaeos situm; h. *Puicerda*.

Poediculi v. Pediculi.

Poetobio v. Petobio.

Pogon, portus Troezenis urbis in Argolide.

Pola, Istriae opp. ad Sinum Polaticum s. Polaticum. Colchos conditores faciunt, quos nimirum, cum ad repetendam Medeam ab Aeete emisissi essent, in illis locis consedisse fabula narrat. Postea dicta est Pietas Julia. H. *Pola* esse putatur, urbs nota, et antiquae rudera conspici quidam affirmant.

Polaticum s. Poleaticum Prom. in Istria ab urbe Pola dictum; h. *Promontore od. Ponte di Promontorio*.

Polemonium, Tolemonium, metropolis Ponti Polemoniaci ad Sidenum fluv. cum portu celebri, a Polemone rege aedificata et prius Side, ut regio, vocata. H. *Vatiza*, al. *Parmon*.

Polentia, Pollentia, urbs Balearidis majoris; h. *Pollenza*.

Polentia, Pollentia, Potentia, Carrea, Statiellorum in Liguria ad Tanari et Sturae confluentem opp. et municipium. Ibi Marius Cimbros et Stilico Gothos profligavit; H. *Polenza*; adj. Pollentinus.

Polichnia, oppidulum montanum Troadis ad Aesepum fluvium; cives Polichnaei et Polychnaei.

Politorium, urbs Latii, quam Ancus Martius expugnavit et evertit; h. *Pocigliano*.

Pollentia, opp. Piceni, quod vel idem est, atque Urbs Salvia (*Urbisaglia*) vel vicinum; incolae Pollentini.

Polyaegos, ins. Cycladum in Archipelago prope Melos, quae a caprarum multitudine nomen accepit.

Pometia v. Suessa.

Pompeditha, opp. Mesopotamiae, Nehardae propinquum, ubi sedes erat alterius Babylonicae Judaeorum academiae. H. *Giuba* esse credunt.

Pompeji, urbs celebris Oscorum et Tyrrhenorum in Campania ad Sarni fluminis ostium, quae Tito imperante an. p. Chr. n. LXXIX una cum Herculano Vesuvii eruptione atque obruta, nostra vero aetate eruta est. Ubi h. vicus *Torre del Annunciata*, al. *Pomigliano*. Incolae Pompejani, et hinc Pompejanum, vicinum Ciceronis praedium.

Pompejopolis v. Eupatoria.

Pompejopolis, Pompĕlo, Pompelona, Pampeluna, urbs Hispaniae Tarrac. in Vasconibus sub

Pyrenaeis, Pompeji ex Sertoriano bello, ut creditur, monumentum. H. *Pampelona*; incolae Pompelonenses.

Pompejopolis v. Soli.

Pompeji Sepulcrum, in Aegypto Infer. in Casiotide ad radices Casii montis.

Pomptinae s. Pontinae Paludes, Latii paludes juxta oram maritimam, inter Circejos et Terracinam, quas Ufens et Nymphaeus fluvii efficiunt. Eas Corn. Cethegus a. V. c. DXC, Jul. Caesar, Augustus multique post illos alii exsiccare frustra enisi sunt; recentioribus etiam temporibus ejusmodi conatus irriti fuisse videntur. H. *Paludi Pontine.*

Poneropolis v. Philippopolis.

Pons Aeni v. Aeni pons.

Pons Darii, quem Darius Hystaspis in Moesia infer. in Danubio, cum Scythis bellum illaturus esset, prope Tibiscam fecit; h. contra *Ismael in Bessar.*

Pons Trajani, in Danubio apud Dardanos in Moesia super., cujus rudera h. videntur inter castellum *Zernigrad, in Bulgar.*, et vicum *Tzernez in der Wallachei.*

Pontia, insula media et maxima plurium in Mari Tyrrheno prope Minturnas ad Campaniam positarum. Coloniam eo deduxerunt Romani a. U. CCCCXCI. Eodem postea exules miserunt. H. *Isola di Ponza*; adj. Pontinus.

Pontiae Insulae, quas Volsci olim tenuerunt, e quibus praeter Pontiam notae sunt Palmaria, Sinonia et Pandataria.

Pontus, Asiae min. regio, ab Halye fluv. ad Trapezuntem pertinens. Terminatur Ponto Euxino, Colchide, Armenia, Cappadocia et Paphlagonia. Dividitur in Pontum Galaticum, Cappadocium et Polemoniacum. H. fere ubi *Amasia od. Amasan.*

Pontus Euxinus, magnum mare, quod in occidente ab Europa in Asiam, septentrione a Maeotide Palude usque ad Thracium Bosporum extenditur atque in Scythici arcus formam curvatur. Quondam Axēnus i. e. inhospitalis dicebatur; etiam Cimmerium, Caucasium, Ponticum et Nigrum Mare vocatur. H. a nostris appellatur *das schwarze Meer*, a Graecis *Maurithalassa* h. e nigrum mare, a Turcis *Caradenize.*

Populonium, Populonia, Poplonium, Puplana, Pupluna, Etruriae opp. Conditores faciunt alii advenas ex ins. Corsica, alii Volaterranos. Sita erat haec urbs vetusta in sublimi promontorio, quod inde Populonium dicitur, quae Strabonis tempore, cum Sullano bello multum obsidione perpessa esset, devastata jacebat, ita ut tantum templa, domus aliquae et navale superessent. H. rudera ejus conspiciuntur prope urbem *Plumbino* s. *Piombino.* Navale vetus est h. *Porto Baratto*, promontorium *Capo di Campana.*

Poras, Pyretus fl. i. q. Hierasus.

Porphyrĕon, Porphyrium, Leontopolis, urbs Phoeniciae ad Leontem (h. *Awle*) fluvium. Putatur esse h. *Geysa.*

Porphyris v. Nisyrus.

Porta Ferrea, Portae Ferreae i. q. Albaniae Portae.

Portae Amanicae v. Pylae Am.

Portae Caspiae v. Pylae Casp.

Porthmus, Eretriae urbis in Euboea contra Oropum portus; videtur esse h. *Porto Bufalo.*

Portus Argous, Aethaliae s. Ilvae ad Etruriam insulae portus; h. *Porto Ferrajo* - Portus Ferrarius.

Portus Delphini, Delphini, orum, Ingaunorum in Liguria portus; h. *Porto Fino.*

Portus Deorum, Portus Divinus, Portus Divini (plur.), celebris in Mauretania Caes. portus, inter Sigam et Cartennas positus; h. *Marz al Kibir*; al. *Arzen.*

Portus Gratiae v. Carocotinum.

Portus Hannibalis, Hispaniae Lusit. intra Cuneum Agrum portus. H. quaerendus est prope *Lagos*; hinc quibusdam est *Albor.*

Portus Herculis Labronis, Portus Liburnus s. Liburnicus, P. Labro, Etruriae notissimus portus; h. *Livorno.*

Portus Herculis Monoeci, celebris portus Liguriae, ubi Herculis Monoeci templum erat. H. *Monaco*, *Mourgues* - Monoecium.

Portus Iccius, Ictius, Itius, Galliae Belg. in Morinis portus, ex quo J. Caesar solvit. H. al. *Boulogne*, aliis *Witsant*, al. *Visan.*

Portus Magnus, urbs maritima Belgarum in Britannia Rom.; h. *Portsmouth.*

Portus Magnus, opp. portu instructum in Mauretania Caesar. inter Sigam et Cartennas; videtur esse h. *Arzeu.*

Portus Magonis v. Mago.

Portus Romanus v. Augusti Portus.

Portus Trajanus s. Trajani, Etruriae juxta Centumcellas portus; h. *Frangazo.*

Portus Veneris, apud Ingaunos in Liguria; h. *Porto Venere.*

Portus Veneris, in Calabria ad Castrum Minervae portus; h. *Porto Badisco.*

Portus Veneris, Pyrenaei Portus, in Gallia Narbon. prope Pyrenaei latus, ubi Aphrodisium stetit, unde ipse nomen nactus esse videtur; h. *Port de Vendre.*

Portus Victoria, Cantabrorum in Hispania Tarrac. opp.; h. *St. Ander.*

Posidēum, opp. et prom. Cariae inter Miletum et Jassium Sinum.

Posidēum, urbs in confinio Ciliciae ac Syriae posita.

Posidĭum, Italiae infer. in Lucania prom. ad meridiem Sinus Paestani; h. *Punta della Licosa.*

Posidonia v. Paestum.

Posonium, Posonia, Poson, Pisonium, urbs Pannoniae Super. ad Danubium; h. *Presburg*; adj. Posoniensis.

Potentia v. Carrea.

Potentia, urbs maritima Italiae propr. in Piceno, Romanorum colonia; h. *Porto di Potenza* s. *di Recanati*; cives Potentini.

Potentia, Lucaniae in Italia infer. opp.; h. *Potenza.*

Potidaea, urbs Macedoniae in Pallene paeninsula. Fuit Corinthiorum et postea Atheniensium colonia. Eandem ab Atheniensibus in bello Peloponnes. atque a Philippo dirutam restituit Cassander, unde abolito vetere nomine dicta est Cassandrēa. Is enim ex Chersonesi urbibus, in quibus Potidaea est, novos incolas in suam urbem coëgit, ita ut Cassandrea prae ceteris valeret. Potidaea igitur videtur intercidisse incrementis illi novae urbi parandis et Cassandrea in ejus locum et nomen successisse. H. quibusdam *Schiato*; incolae Potidaeātae, Cassandrenses; adj. Cassandrensis et Cassandrēus poët.

Potidania, castellum Aetoliae ad ortum Naupacti.

Potniae, locus Boeotiae ad Asopum fluv., x stadiis a Thebis distans, quem eundum cum Hypothebis quidam esse putant.

Practius, Troadis fluv., qui fontes in Ida monte habebat atque non procul Abydo in Hellespontum emanabat; h. *Borgas.*

Praeneste, is, n., Praenestus, Praenestum, antea Polystephănon et Stephane, antiquissima urbs Pelasgorum in Latio in Aequorum confinio. Sita est in loco sdito naturaque munito; florebat oraculo, Praenestinae Sortes dicto, Marius ibi a servo se occidi jussit. Sulla cum expugnasset incolas concidi jussit; idem postea magnificum Fortunae templum ibi exstruxit. H. *Palaestrina.*

Pras, antis, opp. Thessaliae in Perrhaebia; incolae Prantes.

Prasus, Praesus, urbs antiqua in Creta ins. prope Dicten montem.

Prelius, Prilis, Prillis, Aprilis, lacus Etruriae inter Umbronem et Arnum fluvios; h. *Lago Castigliane della Pescaja.*

Priami Pergamum, opp. Troadis ad Scamandri ripas.

Priăpus, urbs Mysiae, in qua Priapus prae ceteris colebatur, a quo urbem etiam esse conditam opinabantur. H. *Karaboa*; cives Priapēni.

Priaticus Campus, Brianticа Regio, prius Galaica, regio Thraciae utramque Lissi ripam adjacens.

Priēne, urbs Joniae prope Maeandri ostium, angusto tantum freto a Samo ins. sejuncta. Cares hanc urbem olim habitarunt, eamque praeter duos portus nobilitavit Bias, unus ex septem sapientibus. Nunc in ruinis jacet et locus audit *Samson Kalesi*; incolae Prienei, Prienii et Prienenses; adj. Prieneus et Prienensis.

Privernum, Privernus, Italiae med. opp. in Volscis, juxta Ufentem amnem positum et vino ge-

neroso nobile; h. *Piperno Vecchio*; incola Privernas.

Prochўta, parva Tyrrheni Maris insula inter Pithecūsas et Prom. Misenum; h. *Procida.*

Proconnēsus, Proconesus, Propontidis ins. ante Cyzicum, quae a quibusdam Elaphonnesus dicitur, ab aliis vero utraque distinguitur. Urbem habet a Milesiis conditam. Inclaruit Aristeo poeta et marmore in medio nigro, quo exstructum vel excultum est Mausoleum, forumque a Constantino in nova urbe exornatum. H. plerique putant esse *Marmora*, Turcis *Mermer Adassi*; incola Proconnesius.

Pronēsus, Pronni, urbs in orientali Cephaleniae ins. parte cum portu; h. *Porto Poro*; cives Pronaei.

Propontis, idis, et idos, f., mare inter Hellespontum et Bosporum Thracium interjectum, quasi vestibulum Ponti Euxini. Ab insula praecipua dicitur; h. *Mar di Marmora.* In eadem est Proconnesus et Demonesi, quo nomine plures insulae minores notantur; h. *die Prinzen-Inseln.*

Proschĭum, antea Pylēne, opp. Aetoliae inter Pleuronem et Stratum.

Prosopitis, idis, urbs et nomos Aegypti infer. inter Saiticum et Sebennyticum Nili cornu et Pharaonis fossam.

Prota, ins. Propontidis una ex Demonesis, Chalcedoni proxima, quam Graeci h. *Protc* vocant.

Prote, Jonii Maris ins. non longe a Sphacteria ins. et Pylo Messeniae opp. sita; h. *Prodano.*

Prote v. Stoechades insulae.

Provincia Romanorum, Gallia Romanorum, Rhodano fluv. finitima erat, qui eam a Celtis dividebat, et Mari Ligustico, Alpibus et Allobrogibus terminabatur. Fere ubi n. *die Provence;* v. etiam Gallia Transalpina.

Prusa, urbs Bithyniae in arduo colle ad Olympum montem et Hypium fluv., ab Hannibale condita, unde ejus cognomen ad Olympum. Medio demum aevo floruit atque etiamnum sub nomine *Bursa.*

Prusias, adis, v. Cios.

Psamăthus, untis; adj. Psamathuntius et Psamathusius, v. Amathus.

Psophis, idis, urbs Arcadiae in Azania regione. Olim dicta est Erymanthus ante Phegei regnum, post Phegēa, denique Psophis, a Psophide conditore. Modico intervallo praeterfluebat eam Erymanthus validis que instructa erat munimentis. A Philippo Macedone expugnata defecit, ejusque ruinae quaeruntur ubi h. est *Jakovo*; incolae Psophidii.

Ptolemāis, idis, Ptolemaidis polis, Ptolemais Hermii, urbs Aegypti in Thebaide, quae Abydo deficiente ita crevit, ut Memphin magnitudine aequaret. H. *Mensie* al. *Suaquen.*

Ptolemāis, idis, urbs magna Cyrenaicae, quae ex portu Barces urbis orta est, unde Barce antiquum Ptolemaidis nomen habetur. Hoc adepta est a Ptolomaeo, qui eam vel restauravit vel ampliavit. Aquae penuria a pristino splendore defecit etsi aquaeductus ejus a Justiniano refecti erant. Ruinae ejus h. vocantur *Tolometa.*

Ptolemāis, idis, cognomine Theron et Epitheras, urbs et portus Africae in Troglodytice prope Monoleum lacum. Ptolomaeus Philadelphus primum hic elephantorum venationem instituit, hic enim ejus fuit conditor. H. *Mirza Mombarre* al. *Suchen*, al. *Ahchaz*; incolae Ptolemaites.

Ptolemāis, idis, Colonia Claudii Caesaris Ptolemais, urbs Galilaeae super amplissima prope Carmelum montem, quae Aca, Acco, Acon etiam vocatur; h. *Acre*, *St. Jean d'Acre.*

Ptychia, Jonii Maris ins., Corcyrae vicina; h. *Scoglio di Vido.*

Pucĭnum, Istriae castellum in intimo Adriatici Maris angulo in colle in mare prominente situm, quod generoso vino nobilitatur; h. *Duino*; adj. Pucinus.

Pulchrum Prom. v. Hermaea.

Punicus et Punicianus v. Carthago.

Puteolānus Sinus, inter Prom. Misenum et Puteolos in Campania antea Sin. Cumanus. Interior ejus pars Lucrinus Lacus dicebatur, seri-

Portus Julius; h. *Golfo di Puzzuolo*; v. etiam Bajanus Sinus.

Puteŏli, orum, Colonia Augusta, Campaniae urbs maritima, quae ante Dicaearchĭa, Dicaearchaea, vocabatur. Antiquitus fuit navale Cumanorum atque a Samiis originem traxisse videtur. Romani bello Punico secundo expugnarunt, amplificarunt, magisque munitae praesidium imposuerunt et coloniam eo deduxerunt. Notandus ibi est portus, annona et mercibus Alexandrinis eo convectis celebratus; deinde pons, quem in eo portu insano conatu exstruit Caligula. Nec praetereundum Puteolanum, Ciceronis praedium, juxta situm, quod post Academiam appellavit, in quo posthac diem obiit Hadrianus Imper. Ager plenus fuit cavernis sulphureos ignes et calidas aquas ejaculantibus. H. *Pozzuolo*; incolae Puteolani, adj. Puteolanus et poët. Dicarchaeus.

Pydna v. Cydna.

Pygela, Phygela, urbs Joniae cum portu.

Pygmaei, Cattuzi, populus fabulis notissimus, quem alii in Aethiopia, alii in India esse tradunt.

Pylae s. Portae Albaniae, Porta Ferrea, Portae Ferreae, una ex tribus angustis viis in Asia, super Caucasum in Albaniam ducentibus, ubi Casius in Mare Caspium effunditur; h. urbs *Derbent*, *Darband*.

Pylae s. Portae Amanicae, Amani Montis Portae, Amanides Pylae, Amanidae Pylae, angustiae ad Amanum montem inter Ciliciam Campestrem et Commagenen in Syria, per quas Darius ad Issum fl. profectus est.

Pylae s. Portae Caspiae, in Asia. Sunt duplices Portae Caspiae distinguendae, quarum aliae prope Mare Caspium, ubi h. *Derbent*, aliae inter Mediam et Parthiam sitae sunt, quae hod. a quibusdam *les portes de Tiflis* appellantur. Per eas Darius brevi ante Alexandrum transiit.

Pylae Ciliciae, Tauri Pylae, angustiae in Tauro monte. Per eas Alexander e Cappadocia in Ciliciam ingressus eoque regressus est.

Pylae Persidis, angustiae locorum inter Persidem et Susianam.

Pylae Syriae, unicus e Cilicia in Syriam transitus.

Pylaea, urbs Macedoniae ad Oetam montem sita.

Pylēne v. Proschium.

Pylus, urbs Messeniae maritima sub Aegialeo monte. Condidit hanc Pylus, Lelegibus in Megaride eo ductis, illoque pulso occupavit Neleus atque ibi sedem regiam constituit, etsi alii ipsum Neleum conditorem faciunt. Eadam regia fuit Nestoris. H. *Navarino Vecchio* esse putatur. Tres sunt in Peloponneso hujus nominis urbes, Triphyliaca, Messenia et Elea.

Pyrămus, Leucosȳrus, Ciliciae campestris fluv., qui ad septentrionem a Cilicia in Cataonia ortus diu sub terra labitur, tum aperto per Taurum angusto transitu in Ciliciam ruit atque in fretum inter Ciliciam et Cyprum effunditur. Putatur esse *Tahan*, vel etiam *Quinta*, al. *Geihun od. Jyhoon*.

Pyrenae s. Pyrenaeum Promont. v. Aphrodisium Prom.

Pyrenaei Montes, Pyrenaeus Saltus, Pyr. Jugum, Pyrenaeus, Pyrene, Galliam Narbon. et Aquit. ab Hispania citeriore s. Tarrac. dividens. Nomen ejus deducunt a Pyrene, Bebrycis regis filia, ab Hercule vitiata, et, cum metu patris aufugisset, in illo monte discerpta. Alii a πῦρ, quia pastores igni subjecto saltus concremasse dicuntur, unde rivuli auri argentique exsudarint atque in Hispaniam demanarint. Alii a Celtica voce Pyren, mons, derivant. H. die *Pyrenaeen*.

Pyrgi, orum, in Etruria castellum olim munitissimum, quo tempore Tusci piraticam exercuerunt, postea expugnatum a Dionysio Siciliae tyranno. Fuit ibi fanum Lucinae et colonia. Portu ejus utebantur Ceretes. Vestigia ejus habet in vicinia vicus *Santa Severa*; adj. Pyrgensis.

Pirgi, Pyrgus, urbs maritima Peloponnesi in Triphylia.

Pyrrha, urbs Joniae ad Sinum Latmicum; h. quibusd. *Demonago*.

Pyrrha, promont. Thessaliae in Phthiotide ad Sinum Pagasaeum.

Phthiotidem et Magnesiam finiebat, et cui parvae insulae, Byrrha et Deucalion, adjacebant.

Pythium urbs Tripolitidis in Thessalia.

Pytna v. Camirus.

Pyxites, Cappadociae fluvius, qui Trapezuntem alluit atque Pontum Euxinum emanat.

Pyxus v. Buxentum.

Pyxus, untis, Lucaniae flu... qui prope Buxentum in Mare T... rhenum exit.

Q.

Quadrata, urbs Pannoniae super. ad Danubium, inter Noviodunum et Sisciam; h. *Queteveny od. Hochstrass*, al. *Neukirchen.*

Quarantania, mons Iudaeae in locis desertis inter Hierosolyma et Hierichuntem, hodieque *Quarantania.*

Quintana sc. Castra, Quintianis, urbs Vindeliciae ad fluv. cognominem et Danubium, quod in vicum evanuit; h. *Kinzen*, al. *K... schelburg.*

Quintinopolis v. Augusta V... romanduorum.

Quiza, Africae in Maur... Caesar. opp. s. castellum, quod... dam etiam Xenitanam, pereg... rum urbem, vocant. Situm er... ter Portum Magnum et Arsena... h. alii *Geeza*, alii *Oran* nomin...

R.

Rabbattamana i. q. Philadelphia.

Raetiaria, Ratiaria, urbs Moesiae super. prope Dorticum; h. *Arzer-Palanca.*

Ragiāne, Rhagiana, Rhagae, regio fertilis in Media, propinqua Caspiis Pylis.

Rama, Ramatha v. Arimathaea.

Raphĭa, Rhaphia, Rhaphea, opp. Judaeae ad Mare Mediterraneum, portu instructum. Ibi Antiochus Magnus a Ptolomaeo IV. victus est; h. *Retha.*

Ratae, Ratis, urbs Britanniae Rom. in Coritanis; ubi h. *Leicester.*

Ratiaria v. Raetiaria.

Ratiastum, Ratiatum, opp. Galliae Aquit. in Pictonibus; h. *Machecou.*

Ratis bona v. Regina Castra.

Raudii Campi, Raudius Campus, planities Galliae Transpad. prope Veronam, in qua Marius Cimbros vicit.

Ravenna, Rabenna, Galliae Cispad. in Lingonibus urbs antiquissima ad Mare Superum, Pelasgorum erat colonia. Magnificis aedificiis ornata, munimentis vali... ma, nec non insigni portu inst... ta erat. A quarto inde seculo ...peratores Romani ibi sedem s... habebant. Ceterum in mediis p... dibus sita aquae salubris inopi... borabat. H. *Ravenna*; incolae ...vennates; adj. Ravennas.

Reāte, Reatus, Reati... Sabinorum in Italia propr. m... polis. Perantiqua fuit ad Veli... fluvium sita; h. *Rieti*; cives R... ni; adj. Reatinus.

Reatinus Ager, Reatina T... pe, regio amoenissima et fertil... ma prope Reatum, quam Ve... perfluit.

Reātum, Italiae infer. in C... bria opp.; h. *Missurga.*

Redŏnes, Rhedones, Re... nica Regio, pop. Galliae C... cae, cujus caput erat Condate; h. *Rennes.*

Regia, urbs Hyberniae interiori... fere ubi h. *Omagh*, al. *Armagh*. A... tera ejusdem nominis in eadem i... sula; h. circa *Drumahare.*

Regillus lacus, parvus, ... Latio ad Viam Lavicanam lacus, pr...

pe quem Romani de Latinis victoriam reportarunt anno p. V. c. CCLVIII; h. *Laghottò*.

Regillum, opp. Italiae propr. in Sabinis; h. quibusd. *S. Severa*.

Regina Castra, Reginum, Augusta Tiberii, Colonia Tiberia Augusta, Ratisbona, etc. urbs amplissima Vindeliciae ad Danubium sita; h. *Regensburg*; adj. Ratisbonensis.

Regium v. Rhegium.

Regium Lepidi v. Rhegium Lep.

Reji Apollinares, Colonia Rejorum Apollinarium, Albece Rejorum Apollinarium, Civitas Rejensis s. Rejensium, Albece, Albioece, urbs Albioecorum in Gallia Narbon.; h. *Riez*; incolae Rejenses.

Remi, Rhemi, pop. Galliae Belg. inter Matronam et Axonam sedens; ubi h. *Reims*.

Remi v. Durocortorum.

Renus v. Rhenus.

Resaena, Resaina, Ressaina, Rhesina, urbs Mesopotamiae ad Chaboram fluv.; quae a Theodosio Imper. munita Thedosiopolis nomen accepit; h. *Ras el Ain*, al. *Ain Verdeh*.

Resapha, Resafa, Rossafat, urbs Syriae in Chalybonitide; h. *Arsoffa*, al. *Roslave*.

Rhā, indecl., Sarmatiae Europ. fluvius maximus, qui in septentrionali ejus parte ortus primum orientalis (*Kama*) et occidentalis (*Wolga*) dicitur, magnasque terras percurrens et multis fluminibus auctus per Sarmatiam Asiaticam delapsus in Mare Caspium pluribus ostiis effunditur. H. *Wolga*.

Rhabo, Rhabon, Daciae fluv., cujus fontes sunt ad Alpes Bastarnicas; apud Tibiscum opp. Tibisco flum. miscetur. Eundem Marisum quidam dicunt; h. *Marosch, Maros*; alii Sargetiam esse putant et h. *Syl* vocari.

Rhaetēum v. Rhoeteum.

Rhaetia, Europae regio, quae Vindeliciae et Norico vicina est, et Plavi fluvio a Carnis, Alpibus Tridentinis et Rhaeticis a Gallia Transpadana, et Rheno ab Helvetia separatur; h. *Graubünden*.

Rhaetium, Rhaetium Castrum, Sarunetum in Rhaetia opp.; h. *Rezüns*.

Rhagae v. Ragiane.

Rhagiana v. Ragiane.

Rhamnus, untis, Atticae pagus Amphiarai templo et Phidiaca Nemesi clarus. A Marathone distabat versus Oropum LX stadiis, ac situs erat ad mare. H. *Tauro Castro*; adj. Rhamnusius et Rhamnusis, idis, f.

Rhebas v. Rhesus.

Rhegium, Regium, Italiae infer. in Bruttiis opp. ad Fretum Siculum. Alii adspirationem admittunt, alii rejiciunt, prout nomen vel a ῥήγνυμι, ob Siciliam ab Italia avulsam, vel a rege, cujus sedes quasi a Samnitibus dicta fuerit, derivatur. Fuit urbs graecā. Conditores ferunt varios, qui ad fabulas potius referendi sunt; melius alii Chalcidenses assumtis Messeniis commemorant: quod factum est eodem tempore, quo conditum est Tarentum. A Dionysio maj. solo aequata, a Dionysio jun. autem restaurata est. Multa pertulit mala in bello Marii et Sullae, et vehementer vexata est terrae motu atque inundationibus; unde Jul. Caesar eam refecit; hinc Rhegium Julium etiam vocata est. H. *Reggio*; Rhegini.

Rhegium Lepidi, R. Lepidum et Lepidium, Civitas Regium, Forum Lepidi, Bojorum pagus antiquus in Gallia Cispad., quem Lepidus urbanis aedificiis ornavit. H. *Reggio*; incolae Rhegienses.

Rhemi v. Remi.

Rhenēa, Rhenia, Rhenis, Rhene, insula Cycladum in Mari Aegaeo, quae dicta quoque est Celadussa, Artemis, Ortygia. Vicina fuit Delo atque utramque insulam ponte junxit et Apollini chorum pompamque traduxit Nicias. Quare ipsa et Delos hod. appellantur *Dili* et rupes sunt desertae et praedonum latebrae. Olim Polycrates, Sami tyrannus, eam Apollini consecravit et catena ad Delum alligavit. Incola Rheneus, Rhenius et Rhenaeus.

Rhenus, fluv. insignis, in Adula monte originem habens in Lepontiis, qui in Cottiis Alpibus habitarunt. Nomen derivant a ῥεῖν, alii a *rinnen* s. *rennen*, ob velocem cursum, alii a *rein*, ab aquis limpidissimis. Hel-

vetiam a Rhaetia sejungit, Brigantinum lacum perfluit, ac longo tractu Germaniam a Gallia Belg. separat; tum circa Batavorum fines in tria cornua dividitur, quorum unum Vahalis in Mosam, alterum inter Batavorum Insulam et Caninefates in Oceanum Britannicum effunditur, ac tertium in Flevum lacum emanat; H. *Rhein*; adj. Rhenānus.

Rhenus, Bononiensis Amnis, Galliae Cispad. in Bojis fluvius, qui in Apenninis fontes habet, Bononiam permanat atque in Padum se immittit.

Rhesaina v. Resaena.

Rhesus, Rhebas, parvus Bithyniae fluv., ad orientem Cyanearum insularum in Pontum Euxinum exiens, qui Argonautarum cursu innotuit.

Rhetĭco, mons Germaniae inter Segum et Lanicum fluvios exadversus Bonnam ad Rhenum situs; h. *das Siebengebirge* - Sebēnus.

Rhinocolūra, Rhinocorura, Rhinocurura, urbs extrema Aegypti infer. versus orientem, ad mare sita, quam nonnulli Syriae adscribunt; h. *El-Arisch*, al. *Faramida*.

Rhipaei montes, in Sarmatia Europ. Nomen derivant a ῥίπτειν, ob impetum Boreae. Situm eorum varie constituunt, quidam ad Tanaidis fontes. H. c. *Theil des Ural*.

Rhithymna, Rhythymna, Rhitymnia, urbs ins. Cretae maritima; h. *Retimo*.

Rhium, Molicrium Rhium, promont. Peloponnesi in Achaja. Dictum etiam est Drepănum. Claudebat ostium Sinus Corinthiaci, qui Aetolos a Peloponneso dirimebat. Oppositum habebat Antirrhium in finibus Aetoliae et Locridis. Utrumque Italis est h. *Dardanelli od. die kleinen Dardanellen*. Sed et fretum appellatur Rhium, quod Patras et Naupactum interfluit.

Rhizinium, Rhizon, Rhizana, Resinum, opp. Illyrici in Dalmatia, Rhizōnem fluv. et angustum sinum adjacens, qui h. *Busen v. Cattaro* vocatur; h. urbs *Rizano*; Rhizaeus et Rhizonius.

Rhizus, untis, serius Rhizaeum, urbs Ponti cum portu, ubi Rhizius in Pontum Euxinum effunditur. Eam Justinianus egregie munivit. H. *Rizeh od. Irrisch*.

Rhoda, Rhodos, Rhode, urb Indigetum in Hispania Tarrac. A Rhodiis conditam esse veterum te stimonia probant. Ad mare sit erat, non procul ab Emporiis, at que ad Tichis ripas. H. *Roses*; in colae Rodētae.

Rhoda, opp. Galliae Narbon. a Rhodanum, Massiliorum opus. For tasse eadem est, quae Arelate; cive Rodētae.

Rhodănus, Galliae fluv., cuju nomen alii a Rhoda urbe, alii ῥοδανός, quo verbo ad fluminis rap ditatem exprimendam utuntur. I Adula, Alpium summo monte n scitur. Impetum ejus testantur plu res, fertúrque per Lemanum la cum, deinde Ararim excipit, atq ad meridiem conversus tandem i Mare Massiliticum pluribus ost evolvitur. Graecis passim vocatu Eridanus. H. *Rhone*; adj. Rhoda nicus.

Rhode v. Sagaricus Sinus.

Rhodius, Dardanus, parvu Troadis fluvius.

Rhodŏpe, mons Thraciae, cu jus latera usque ad Hebrum exten duntur, quique a Scomio sejunct versus orientem paene ad Nes ostium procurrit. H. *Despoto* o *Despoti-Dag*; al. *Valiza-Czerna werti*; adj. Rhodopeius, poet.

Rhoduntia, regio vel caste lum Thessaliae circa Oetam monte prope Heracleam. Sec. Livium i dicebatur Oetae cacumen.

Rhodus, Rhodos, nobilissim Asiae ad Cariam insula in Mari Ca pathio. Varia olim tulit nomina, c. Telchinis, Ophiusa, Asteria, A thraea, Trinacria, Corymbia, Macari etc. Nomen Rhodi a Rhode, Vene ris filia, Solis conjuge ducunt; plu res a rosarum largo proventu, qu flos etiam in ejus nummis conspicitur. Potens fuit mari et classes peregre misit, et Rhodii urbes condiderunt atque insulas frequentarunt. Laudantur ejus fertilitas, salubritas, opera et litterarum studia, inprimis schola rhetorica, inde ab Aeschinis tempore clara. Tulit cives illustres

vel aluit receptos, Dionysium, Thracem, Apollonium, Argonauticorum auctorem, Molonem, rhetorem, quem Cicero audivit, aliosque. Memorabilis est Colossus, Charetis Lindii opus. Eversus est terrae motu, ut traditur, Flaminio Nepote et Furio Philo Css., a. V. DXXXI, et, licet erigendi denuo pericula facta essent, jacuit usque ad a. Chr. DCLIII, quo mercator Judaeus aes redemtum DCCCC camelis avexit. Insula experta est et nunc experitur graves terrae motus. H. ***Rhodis***; incola Rhodius et Rhodiensis.

Rhodus, Rhodos, urbs insulae cognominis, quam incolae trium antiquae urbium, Lindi, Jalysi et Camiri in septentrionali ejus parte condiderant, quaeque diu princeps fuit atque adhuc est. Portus habuit duos; ad minoris introitum Colossus ille positus erat. H. ***Rhodis.***

Rhoetēum, Rhaeteum, prom. Troadis ad Hellespontum, prope Sigeum prom., cujus nomen a Rhoetea, Protei filia, ducunt. Erat ibi Aeantēum s. Ajacis sepulcrum. H. vocatur ***Cap. Barbieri.*** Magis celebratur urbs, quae in adjacente colle fuisse videtur, sed a posterioribus ignoratur. Eam prope vicos ***Intepe*** et ***Jaurcui*** quaerunt; adj. Rhoetēius, contr. Rhoetēus.

Rhōsus, Rhossus, Syriae in Pieria opp., XV Mill. Pass. a Seleucia distans ad Issicum Sinum, celebre vasis fictilibus; adj. Rhosiacus s. Rhossicus.

Rhubo, Rhubon, Sarmatiae Europ. fluv., qui in Balticum Mare exit; h. ***Niemen od. Memel***, al. ***Windau.***

Rhyndăcus, Mysiae min. fluvius. Ante dictus est Lycus. Oritur in Azanitide, Phrygiae parte atque in ipso Olympo. Disterminat Asiam et Bithyniam, praeterfluit Apolloniam et prope insulam Besbicum (***Cololimno***) in Propontidem effunditur; h. ***Lupati***, al. ***Mehullith***, al. ***Mikalitza.***

Rhypes, Rhypae, una ex XII Achaici foederis urbibus, a littore remota, cujus ruinae ad occidentem Aegii jam a Strabone et Pausania inventae sunt.

Rhytium, urbs Cretae. Eadem esse videtur, quae Rhitymna.

Ricti v. Rittium.

Riparia, Pedepontium, urbs Nariscorum in Germania ad Danubium, Reginis Castris opposita; h. ***Stadt am Hof.***

Rittium, Ricti, Bittium, urbs Pannoniae infer. inter. Acimincum et Taurunum; h. ***Szurduk***, al. ***Salankemen.***

Ritupiae v. Rutupiae.

Robodūnum, Rhobodunum, opp. Quadorum in Germania; h. ***Brünn***, al. ***Hradisch.***

Robogdium, Hiberniae ins. promont. extremum ad septentrionem; h. ***Fair-Head.***

Rodumna, Rhodumna, urbs Segusianorum in Gallia Celtica ad Ligerim; h. ***Roanne.***

Roma, urbs Latii veteris ad Tiberim. Unde nomen acceperit, a quo et quo tempore condita sit, non satis constat. Montibus septem imposita stetit, unde septicollis nominatur, portas habuit XXXVII, regiones XIV, multos pontes et aquaeductus insignes, plurima aedificia et templa magnificentissima. Quoniam ad summum potentiae fastigium evecta erat, variis in veterum libris titulis ornatur, v. c. Domina gentium, Lux orbis terrarum, Vertex mundi, Princeps urbium. H. ***Rom***; civis Romanus; adj. Romanus, Romaniensis, Romanicus.

Rostrum s. Rostra Nemaviae, opp. Estionum in Vindelicia ad Hilarium amnem; h. ***Mindelheim.***

Rotomăgus, Rotomagum, Rodŏmum, Rothomum, opp. Velocassium in Gallia Celt.; h. ***Rouen.***

Rubĭco, Rubicon, ōnis, fluv., Italiae propr. et Galliae Cisalp. terminus, qui in Apennino monte nascitur atque inter Ravennam et Ariminum in Mare Superum emanat. Inclaruit historia J. Caesaris, eum transeuntis. H. ***Pisatello***, al. ***Rugon.***

Rubra Saxa, in Etruria rupes, et nomen loci prope Romam.

Rubrēsus lacus, Rubrensis lacus, in Gallia Narb. prope Narbonem, in quem Atax illabitur, quo ut portu utebantur. H.

Etang de Bages, al. *l'Etang de Sigean*, al. *de la Rubin.*

Rubricatum, rectius quam Rubricatus, Hispaniae Tarrac. fluv. in Barcinonis littore. Nomen a rubore fluctuum habet, quem colorem ab arenis trahit; amnis alias inglorius; h. *Llobregat.*

Rubrum Mare, ita a Latinis vocatur, a Graecis ἐρυθρὰ θάλασσα, rectius quam ἐρυθραία. Idem Mare Australe, et opponitur Boreali i. e. Interno ad Syriam. Variae adferuntur de causa nominis sententiae, v. c. a vicinorum montium rubro colore; ab arena minio simili; plerique ab Erythra, qui ibi regnavit, appellatum esse putant. Latiori sensu facit Arabicum et Persicum Sinum; angustiori de Sinu Arabico dicitur, a quo alii distinguunt. Producitur omnino ab Idumeae littore per Sinum Arabicum et per Oceanum Australem, qui Arabiam et Indiam alluit, atque ex nexu intelligi debet, quae Maris Rubri pars intelligenda sit. H. *das Rothe Meer*; accolae vocant *d. Meer v. Mecca.*

Rudiae, Rhudiae, Rhodia, Rhoda, urbs Italiae infer., quam alii in Pediculorum agro, alii in Sallentinis ponunt, et quidem in mediterraneis oppidis. Plerique Ennium poetam faciunt Rhudium, at alii aliter. Mature intercidit; hodiernum nomen est vel *Carovinga*, vel *Ruia* s. *Musciagna in terra d'Otranto*, vel *Rotigliano*. Cives Rudii, Rudini, Rudiatae, Rhodaei.

Rufiāna, urbs Nemetum in Gallia Belg. ad Rhenum posita. Eadem a nonnullis etiam Banconia et Banconica dicitur. H. quibusd. *Oppenheim.*

Rufrae, opp. Campaniae, quod Turno auxilia misit adversus Aeneam; h. *Lacosia Rufaria.*

Rufrium, urbs Italiae infer. in Hirpinis non procul ab Aufido sita, h *Ruvo.*

Rugii, Ruticlēi, magnus Germaniae pop. ad oram Maris Baltici inter Viadrum et Vistulam sedens, qui insulam adjacentem quoque tenebat, in qua Herthus dea praecipua religione in nemore colebatur.

Rugium, opp. primarium Rugiorum ad orientale Viadri ostium; fere ubi h. *Camin.*

Rusādir, Rusadder, Ryssadirum, urbs maritima et emporium Mauretaniae Tingit.; h. *Melilla.* Plin. habet promontorium cognomine eodem loco; h. *Capo di tre Forcas.*

Ruscia, Rusciana; urbs Italiae infer. in Lucania ad fluv. cognominem cum castello Rusciano Sybaritarum navale; h. *Rossano.*

Ruscīno, serius Roscilianа Galliae Narbon. in Volcis Tectosagi urbs antiquissima et colonia. Destructa urbe a. DCCCCXXVIII superest turris excelsa, h. *la tour de Roussilon.* Ruscinōnis vicem supplevit oppidum h. *Perpignan*, quod veteris urbis loco II M. P. distat; adj. Ruscinonensis.

Rusconia, Rusgunia, urbs Mauretaniae Caesar., Augusti colonia; h. quibusd, *Morosus.*

Rusellae, urbs Etruriae. Erat una ex XII civitatibus liberis, quam Romani expugnarunt et Coloniam Rusellanam ibi constituerunt; h. *Rosello*; cives Rusellani; regio adjacens Ager Rusellanus.

Rusicada, Rusicade, Rusicada, urbs Africae propr., sita ad intimum Sinus Numidici angulum e Thapsae fluminis ostium, eratque Cirtae opp. navale. Videtur eadem esse ac Thapsa. H. *Spigata* vel *Stora.*

Rutēni, Rutheni, Rutani Galliae Aquit. pop., Tarnim accolens ubi h. *Rovergue.*

Ruticlei v. Rugii.

Rutŭli, pop. et regnum Lat. ad mare, cujus caput erat Ardea ubi h. *Campagna di Roma.*

Rutunium, opp. Cornaviorum in Britannia Rom.; h. *Roudon Rowdon.*

Rutupiae, Ritupae, Ad Ritupis Portum, Cantiorum in Britannia Rom. urbs et portus prope Fretum Britannicum, unde Romani in Galliam trajicere solebant h. *Richborough*; al. *Sandwich*; adj. Rutupinus.

Ryndacus v. Rhyndacus.

Ryssadirum v. Rusadir.

S.

Saba, Sabat, urbs et portus Aethiopiae ad fretum Dere s. Dire (*Bab el Mandeb*); h. *Assab*.

Saba, Sabas, Sabae, urbs Sabaeorum in Arabia Felice, sita in loco edito, regionis cognominis caput, dicta quoque Meriaba, Mariaba, Maraba; h. *Saada od. Saade*, al. *Zebit*. Incolae Sabaei, qui a scriptoribus antiquis ditissimi et beatissimi praedicantur; quos regina imperio regebat, quae sapientiae studio excitata ad Salomonem venit.

Saba, Sabae, opp. Arabiae Felicis in interiore parte; h. *Sabbed*, cives Sabaei.

Saba i. q. Meroë.

Sabaria, Savaria, Colonia Claudia Sabaria, Colonia Divi Claudii Sabaria, Colonia Sabaria Claudiana Augusta, urbs Pannoniae super., S. Martini patria; h. *Stein am Anger*, al. *Sabarre*.

Sabāta, orum, Sabatia, Sabatia Vada, Vada, Sabbatorum Vada, Vadis Sabotes, opp. Liguriae ad mare et montes ad littus usque pertinentes situm. Innotuit bello Punico secundo, quod Mago ibi appulsus est. H. *Savona*.

Sabāte, locus Etruriae ignobilis, a quo lacus Sabata, Sabate, Sabatinus Lacus, Sabatina Stagna accepit; h. *Lago di Bracciano* dictus.

Sabātus, Italiae in Samnio fluv., qui Beneventum praeterfluit, atque in Campaniae finibus Vulturno miscetur; h. quibusd. *Sabutò*.

Sabi, Sambi, pop. Indiae citra Gangem.

Sabini, Italiae med. pop., qui Umbris in meridiem subjacet, Tiberi, Nare atque Aniene terminatus. Commendatur morum simplicitate, animi magnitudine et fortitudine. Terra ejus Sabina s. Sabine fertilitate insignis erat. Fere ubi h. *Spoleto*; al. *Sabina*; adj. Sabinus.

Sabio, Sabiōna, Sublavio ublabio, urbs Rhaetiae in Brixentibus; h. *Kloster Seben od. Seven* al. *Clausen*.

Sais, Galliae Belg. fluv. in Nerviorum agro, qui Mosae infunditur; h. *Sambre*.

Sabis, Persiae in Carmania fluv., qui h. *Pindamîr* putatur. Ibidem urbs est cognominis.

Sablōnes, urbs Galliae Belg. in Gugernis; h. *Venloo*.

Sabriāna, Sabrina, Britanniae Rom. fluv., qui in Mare Hibernicum exit; h. *Severn*.

Sabriāna, Aestuarium s. Sinus Sabrinae, Britanniae Rom. ad Mare Hibernicum sinus, in quem Sabrina effunditur; h. *Meerb. od. Canal von Bristol*.

Sacra Insula v. Ins. Sacra.

Sacriportus, Latii portus, prope quem Sulla Marium filium fugavit.

Sacrum Promont., Corsicae ins. prom. septentrionem versus; h. *Capo Corso*.

Sacrum Promont., Hispaniae Lusit. in Cuneo prom., ita dictum ab Herculis templo, quod in eo fuit; h. *Cap St. Vincent*, prope quod locus *Sagros*.

Saepinum v. Sepinum.

Saetăbis, fluv. Contestanorum in Hispania Tarrac., qui prope vicum *Villa Real* in mare exit; h. *Alcoy*; al. *Millas*.

Saetăbis, Saetabis cognom. Augustanorum, Setabis, urbs Hispaniae Tarrac. in Contestanis, posita in colle, quae lini praestantia et texturae subtilitate laudatur. H. esse putatur *Xativa*; cives Saetabitani.

Sagalassus, Sagalessus, Agalassus, urbs munita ad Pisidiae fines; h. *Aglason Bey*; regio Sagalensium et Sagalenus Ager dicebatur.

Sagaricus Sinus, Ponti Euxini ad Sarmatiam Europ. sinus, in quem Axiaces fluvius atque alter, Sagaris vel potius Rhode, (h. *Sarigol*, al. *Berezen*) immittitur; h. *Busen v. Berezen*.

Sagra, Sagras, parvus Bruttii Agri fluv. circa Locros, praelio Locrorum et Crotoniensium nobilis; h. *Sagriano*.

Sagrus, Sangrus, Sagrum, Italiae in Samnio fluv., qui Frentanos et Pelignos dirimit atque inter

Artonam et Histonium in Mare Superum effunditur; h. *Sagro*.

Saguntia, Seguntia, opp. Hispaniae Baet.; h. *Xigonza od. Gigonza*.

Saguntia v. Segontia.

Saguntum, Saguntus, Zacantha, Zacynthus, urbs Edetanorum in Hispania Tarraconensi. Condiderunt eam Zacynthii, quibus accesserunt Ardeates. A mari distabat circiter VII stadia, sed hod. II M. P., vel quod urbs antiqua latius patuit, vel quod mare recessit. Sita fuit in ima parte montis, in mare procurrentis, in confinio Iberiae et Celtiberiae. Civitas fuit longe opulentissima atque agri fertilitate insignis. Nota est ejus in Romanos fides. Inde Punicum bellum II exarsit. Octavo anno post receptam urbem pristinis cultoribus, quos belli vis reliquerat, restituerunt Romani. H. *Murviedro*, ab antiquis muris, qui ibi supersunt, praeter ingentes ruinas et fragmenta amphitheatri, quae pristinam ejus magnitudinem declarant; incolae Saguntini vel Sagunteni.

Sais, eos, urbs Aegypti infer. ad Sebenniticum Nili ostium, celeberrima in Delta, ubi Minervae templum et Pharaonum ultimorum sepulcra erant. Metropolis Saitae Nomi fuit. Hodie ruinis tecta jacet. Sunt, qui ibi nunc *Sahid* esse putent; cives Saitae; adj. Saiticus.

Sala, Salas, Germaniae fluv. in Hermunduris ortus, qui in Albim emanat; h. *Sala*; adj. Salanus.

Sala, Mauretaniae Tingit. fluvii duo, qui in Atlanticum Oceanum effunduntur, quorum alter citra Atlantem minorem; h. *Szala od. Zala*; alter ultra Atlantem; h. *Beni Tamar*.

Sala, urbs Thraciae ad Mare Aegaeum, in regione, quae ad Samothraces referenda est.

Salabrias v. Peneus.

Salacia, urbs Hispaniae Lusit. in Turdetanis, quae Urbs Imperatoria cognominatur, posita ad sinum inter Tagum et Anam. H. ab aliis *Alcacer de Sal* esse putatur, sed rectius *Secimbra*.

Salămis, Salamin, inis, Salamina, Graeciae ins. Atticam ad contra Eleusin. Olim alia gessit nomina, in quibus sunt Cychria, Sciras, Pityusa, Coronis. Nomen Salamis accepit a Salamine, Asopi filia. Inclaruit Aeacidis, qui eam possederunt, atque excidio classis Persicae. In Atheniensium potestatem venit per Phylaeum, Ajacis nepotem, cujus civitatis acceptum. Urbs cum portu memoratur cognominis. H. *Koluri*.

Salămis, Salamina, urbs Cypri insulae. Conditor fuit Teucer, Telamonis filius. Sita fuit in orientali insulae parte ad Pedaei ostium. Portum habuit clausum ad hibernandum aptum, et Jovis templum a Teucro positum, et Veneris Prospicientis. Destructa a Judaeis seditiosis sub Trajano Imper., ex quo vetitum erat Judaeis in Cyprum venire. Terrae motu concussa sub Constantino, sed ab eodem instaurata, atque in ejus honorem Constantia dicta et metropolis facta est. Postea Richardus, Angliae rex, denuo eam vastavit, ut hodie nil nisi rudera murorum non procul ab urbe *Famagusta* appareant; al. *Porto Constanze*.

Salapia, Salapiae, opp. Apuliae Dauniae et celebre emporium in regione palustri, non longe a mari distans. In bello sociali deletum est ac propius mare instauratum. H. vicus *Salpi*; incolae Salapini.

Salapina Palus, ab urbe Salapia dicta, quae cum mari conjuncta portum ejus fecit. H. *Lago di Salpi*.

Salaria, Colonia Salaria, medio aevo Saliotis, opp. Bastitanorum in Hispania Tarrac. H. forte *Sabiote*.

Salaria, urbs Hispaniae Tarrac. in Oretanis; h. *Chinchilla*.

Salassi, pop. Galliae Cisalp., inter Alpes Grajas et Penninas ad Duriam majorem et minorem habitans, qui Romanos diu a transitu in Galliam prohibere conabatur, verum ab Augusto plane victus atque maximam partem in alias terras collocatus est. Fere ubi h. *Aosta*.

Saldae, Salde, Sarda, urbs Mauretaniae Caes., Augusti colonia, et portus celebris, ubi terminus erat imperii Romani et Jubae regni. H. putatur esse *Tedles*.

Salduba v. Caesaraugusta.

Salduba, urbs Hispaniae Baet. in Turdulis. H. ponitur ubi extat *las Bavedas*.

Salem v. Hierosolyma.

Salentina v. Japygia.

Salentini, Sallentini, pop. Italiae infer. in Calabria, quem alii a Salentino prom.; alii a salo, propterea quod paene circumquaque mari ambiatur; alii denique ab urbe Salentia in Messapiis dictum putant. Ortum esse tradunt a Cretensibus et Illyricis, qui societate cum Locrensibus inita in iis locis consederunt.

Salentinum Promont. v. Japygium Prom.

Salera, opp. Africae propr. non procul mari positum, atque a Scipione expugnatum.

Salernum, Picentinorum in Italia infer. opp. ad Paestanum Sinum et montis radices positum, cum portu. Romanorum colonia fuit, idque munierunt, cum Picentiam et Marcinam devastassent. H. *Salerno*; cives Salernitani; adj. Salernitanus.

Saletio, Saliso, urbs Nemetum in Gallia Belg.; h. *Selz*.

Salia, Hispaniae Tarrac. fluv. in Cantabris; h. *Rio de Sella*.

Salice v. Taprobane.

Salici v. Salyes.

Salinae, Apuliae locus inter Salapinam Paludem et mare situs; h. *Torre delle Saline*.

Salinae, Salinum, urbs Daciae non procul Marcodava; ubi h. *Torda*.

Salinae, Civitas Salinarum s. Saliensis, Civitas Solliniensium, urbs Galliae Narbon. in Suetris et Alpibus Maritimis; h. *Castellane*, al. *Seillans*.

Salinae, urbs Hermundurorum in Germania ad Salam, a salinis dicta; h. *Halle*-Hala axonum.

Salinae, urbs Siciliae; h. *Saluzes*.

Salinum v. Salinae Dac.

Salinum, Vetussalina, Vetusallum, Pannoniae infer. locus; h. prope *Eresin*.

Saliso v. Saletio.

Sallentini v. Salentini.

Salluvii v. Salyes.

Salmăcis, idis, fons Cariae limpidissimus juxta Halicarnassum ad rupis radicem, eo nomine olim male audiens, quod in eo lavantes aut ex eo bibentes molles et effeminatos redderet. In rupis cacumine positum erat castellum tutissimum, in quo Persae diu se contra Alexandrum defenderunt.

Salmantĭca, Elmatica, urbs Hispaniae Tarrac. in Vettonibus; h. *Salamanca*.

Salmōna, Galliae Belg. fluv., qui Mosae miscetur; h. *Salm*.

Salmone v. Samonium.

Salmōne, urbs antiquissima Pisatidis in Peloponneso ad Enipeum fluvium.

Salmydessus v. Halmydessus.

Salodūrum, Salodorum, Solodurum, Helvetiae opp. ad Arulam fluv. in Ambronico Pago; h. *Solothurn*.

Salōnae, Salo, Salona, Colonia Julia Salonae, Colonia Martia Julia Salona etc., urbs Illyrici in Dalmatia cum portu. In bello Caesaris et Pompeji ab Octavio, ejus duce, oppugnata acriter feliciterque defendebatur. Innotuit etiam eo, quod Diocletianus, cujus et patriam quidam faciunt, cum se imperio abdicasset, in villa amoenissima, cujus rudera extant, hortos et olera colendo confenuit. Salona a Gothis eversa cives Aspalatum concesserunt. H. vicus *Salona* prope *Spalatro*.

Salsŭlae sc. aquae, Salsulae Fons, urbs Galliae Narbon. inter Narbonem et Ruscinonensem tractum. Serius vocabatur Salsas et h. *Salces*.

Salsus Sinus, Gallicus Sinus Minor, in Gallia Narbon. propius Hispaniam.

Salutiae s. Salutium v. Augusta Vagiennorum.

Salyes, Salluvii, Sallyi, Salici, pop. Galliae Narbon., a Druentia fluv. usque ad oram maritimam habitans. Ejus et Massiliensium bella Romanis ansam dederunt ad Galliae Transalp. partem occupandam. Fere ubi h. *Arles* et *Aix*.

Samachonitis, idis, Samechonitarum Lacus, prius Aquae Merom, Galilaea super. lacus, qui Jordanem, eo loco parvum dictum, excipit. H. *d. See Merom*.

Samarīa, in S. L. Schomron, Schomrin, proprie nomen montis, in quo urbs cognominis in media Palaestinae parte, Israelitici regni metropolis, condita est, ubi prius situs erat locus Mareon. A Salmanassare diruta postero tempore instaurata atque iterum a Joanne Hyrcano eversa est. Sub Romanorum demum imperio a Gabinio praefecto denuo exstructa est, a quo etiam Gabiniae nomen traxit. Ab Herode M., cui illam Augustus donaverat, amplificata et splendide ornata, ejusque nomen cum Sebaste mutatum est. H. ibidem vicus ejusdem nominis est, qui *Schenirun* etiam vocatur. Brevi ante Christum regio Samariae nomen accepit, cujus caput erat urbs cognominis, Judaea, Galilaea, Phoenicia et Jordane terminata. Urbis atque regionis incolae appellabantur Samaritae et Samaritani.

Samarobrīva, Samarobriva Ambianorum, Civitas Ambianensium, Ambiani, Ambianum, Galliae Belg. opp. in Ambianis ad Samaram; h. *Amiens*; adj. Ambianensis.

Same v. Cephallenia.

Same, Samos, urbs Cephalleniae insulae, quae prius unica, perpetuo autem primaria fuit, sita ad fretum perangustum, quo insula ab Ithaca dirimitur. Romani captam diruerunt; incolae Samii.

Samicum, Samacum, opp. munitum Peloponnesi in Triphylia, Cyparissio Sinui intimo propinquum; postea vicus tantum, vicino Neptuni Samii templo memorabilis. H. *Neocastro.*

Samnites apud Caes. et Plin. i. q. Nannetes.

Samnītes, um et ium, Italiae infer. populus dives ac fortis, per LXX annos cum Romanis belligerans, ac tandem subactus. Ortus erat e Sabinis, Opicorum stirpe, unde interdum Sabelli quoque vocatur. Dividitur in Samnites Pentros, meridiem versus, et Samnites Caracenos ad septentrionem. Ad eos etiam Hirpini et Frentani referendi erant. Terra eorum dicebatur Samnium, ad utramque Apenninorum partem sita, quae Sagro a Marsis et Pelignis, Vulturno a Campania et Volscis dirimitur, ac Picentinis atque Apulis finitima erat. Hod. pars occidentalis de *Abruzzo citra, d. Grafschaft Molise u. Principato ultra*; incola Samnis et Samnitis, is; adj. Samnis, Samnitis et Samniticus.

Samonium, Salmonidis, Salmōne, Cretae ins. prom; h. *Cap Sidero.*

Samos v. Cephallenia et Same.

Samos v. Samothrace.

Samos, Samus, Aegaei Maris ins. ad Asiam, e regione Ephesi et Mycales prom. Prisca ejus nomina sunt Parthenia, Dryussa, Anthemusa, Melamphyllus, Cyparissia, Parthenoarusa, Stephane. Nomen Sami a Same, Maeandri fluminis filia, deducunt. Insulae cultae et habitatae auctores faciunt Ancaeum, Cydrolaum, Macaris filium, Thymbrionem, Proclem. Insula exiguo freto a continente dirimitur, ita ut loquentium voces ab utraque parte exaudiri possint. Urbs occurrit cum portu clauso, a Dario eversa. Strabo in ea vinum ignorat, recentiores vinum muscatum laudant. Ortus ex illa fuit Pythagoras, inde senex Samius appellatus. Celebrantur porro Samia vasa et Samiae placentae. Sacra erat Junoni, quae ibi templum et insignia habuit, et cui pavones nutriebantur. Conspiciuntur h. exigua rudera. Insula nunc Graecis *Samos*, Turcis *Sussam*, *Sussam Adassi*, *Samo*; incolae Samii; adj. Samius.

Samosăta, orum, Samosata Legio VII, urbs Syriae in Commagene ad Euphratem, magna et nobilis, naturaque et arte munitissima, regni caput usque ad Vespasianum. Flaviae cognomen in numis praefert, estque Luciani atque haeretici Pauli Samosateni patria. H. *Scempsat.*

Samothrāce, Samothracia, insula Aegaei Maris ad Thraciam. Olim dicta est Leucania, Leucosia, Saoris, Melite, Dardania. Nomen Samothraces plerumque a colonis Samiis, Joniae adjunctis Thracibus, ducunt. Alii, qui Samum olim dictam esse agnoscunt, a Thracibus incolis postea Samothracen factam esse putant. Jacebat ante Hebrum, habuit urbem et portum cognominem, in eaque Saoces mons altitudi-

ns eminebat. Ante libera sub Vespasiano Romanorum ditioni accessisse videtur. Inclaruit Corybantum sacris; praedicatur ejus fertilitas. H. *Samothraki od. Samandrachi*; incolae Samothraces.

Sanctio, urbs Alemannorum in Germania ad Nicerum sita; h. *Sechingen*, al. *Sulz.*

Sandaliōtis v. Sardinia.

Sane, urbs Thraciae, inter Atho montem et Pallenen ad Sinum Singiticum posita.

Sangarius, Sagaris, Sangaris, Asiae min. fluvius. Fontes habet prope vicum Sangiam in Adoreo, Galatiae monte, quam alluit, atque Bithyniam permeans in Mariandinum, Ponti Euxini sinum, pluribus ostiis emittitur; h. *Sakarja*, al. *Ajala.*

Sanitium, Sanitia, Sanitio, Saniciensium Civitas, opp. Vesditanorum in Gallia Narbon; h. *Senez.*

Santōnes, Xantones, Santoni, pop. Galliae Aquit. ad ostia Garumnae habitans; ubi h. *Saintogne* est; adj. Santonicus.

Santones v. Mediolanum Santonum.

Santonum Portus, Galliae Aquit. portus; h. *Rochelle*, al. *Tonnay-Charente.*

Saoces v. Samothrace.

Saocoras, Mygdonius, Mesopotamiae fluv., qui in Chaboram influit; h. *Hermas*, al. *Sindschar.*

Sapaei, Sapae, pop. Thraciae inter Bistonidem lacum et mare sedens. Ab eo Sapaeorum fauces ad Pangaeum montem nomen invenerunt.

Saracēni, Sarraceni, Arraceni, Arabiae Felicis pop., qui nomen ab Arra oppido traxisse videtur. Fere ubi nunc *Jemama.*

Sarāvus, medio aevo Sarra, Galliae Belg. fluv. in Vogeso monte ortus, quem Mosella excipit; h. *die Saar.*

Sardemīsus, Tauri latus caurinum, supra Pergen usque ad Phaselidem in Pamphylia pertinens, in quo sita erat Termessus. Hunc montem Strabo Solymum collem appellat. H. quibusd. *Castnios.*

Sardes, ium, Sardis, Metropolis Asiae, olim Gygepolis, urbs vetus et primaria Lydiae, posita ad Pactolum auriferum in planitie et ad Tmolum, in cujus vertice castellum erat Sardibus adjacens. Croesi olim regia. Mature bis a Cimmeriis eversa sed instaurata erat. Sub Persarum imperio magna fuit ac potens. H. in ruinis jacet, ubi locus *Sart*, al. *Sardo*, *Sardis.* Cives Sardiani; adj. Sardianus, Sardius et Sardianicus.

Sardi v. Sardinia.

Sardiaei, Sardiotae, Sardiotes, populus Dalmatiae; ubi h. *Monte Negro.*

Sardĭca, Serdica, postea Ulpia Sardica et Triaditza, urbs Moesiae infer., quae serius Daciae Ripensi adscripta est, quam Oescus alluit. Prope illam natus est Maximinus Imper. Illustris etiam concilio Sardicensi in causa Athanasii. H. *Triaditza.*

Sardinia, Sardo, Sardon, ins., quae in majoribus Interni Maris insulis numeratur. A figura soleae dicta est Graecis Sandaliotis, atque a forma humanae plantae Ichnūsa. Forma insulae exposita erat suspensa tabula in aede Matris Matutae. Montes habet a septentrione editissimos, qui prohibent, quo minus a borea posset perflari, quo fiebat, ut aeris pestilentiae maxime esset obnoxia. Nec minus male audiebant ejus incolae, unde in proverbium abiit risus Sardous i. e. fallax, et Sardi venales i. e. viles, improbi, contemti. H. *Sardinien*; incolae Sardi, Sardoi, Sardonii; adj. Sardiniensis, Sardinius, Sardinianus, Sardous et Sardonius.

Sardis v. Sardes.

Sardōnes, pop. Galliae Narbon. ad Mare Mediterraneum habitans, a quo regio adjacens dicebatur Sardonum Regio. Ubi h. *Guienne.*

Sardopătris Fanum, locus in Sardinia, ubi tutelare numen incolae colebant. H. prope *Capo di Frasca*, al. *St. Honorato.*

Sardōum Mare, Sardonium M., Mediterranei Maris pars ea, quae a Sardinia versus Iberiam pertinet. Prius ea Maris Interni pars,

quae a Sardinia usque ad Herculis Columnas extenditur.

Sarepta, Sarapta, Sarephtha, in S. L. Zarphat; Sara, opp. Phoenices prope Libanum montem, cujus vina Romanis erant accepta; h. *Scrphant od. Ssarfand;* adj. Sareptanus.

Sargetia, Daciae fluv., qui Sarmizegetusam praeterfluit atque Mariso infunditur. In eo Decebalus thesauros suos abscondidit. H. *Cnipai* quidam vocant.

Sariphi Montes, Margianam ab Aria secantes, in quibus Oxi fontes sunt; h. *Sahar od. Sahr.*

Sarmătae, ita dicuntur populi omnes, qui Asiaticam atque Europaeam Sarmatiam incolebant. Graeci frequentius eos Sauromatas appellant. Sunt Scythicae originis. Etenim cum Scythis, ad Tanaim habitantibus, Amazones coaluisse et maximam Europae partem occupasse referunt. H. *Polen u. Russen.*

Sarmatia Asiatica, ab Europa Tanai fluvio ac Palude Maeotide disterminabatur, meridiem versus Caucasum, Mare Caspium et Sogdianam attingebat, ceterum orientem et septentrionem versus incerti ejus sunt termini. H. *e. Theil d. Asiat. Russlandes u. der Tatarei.*

Sarmatia Europaea ex veterum sententia omnes illas regiones complectebatur, quae a Vistula ad Tanain atque a Carpatibus usque ad Mare Balticum extendebantur. H. *d. Europ. Russland u. Polen.*

Sarmatici Montes, in Germania ad euronotum, supra Danubium ad sinistram Grani ripam porrecti et Carpates attingentes; h. *d. Czerhat-Fatra- u. Klakgebirge.*

Sarmizegetūsa, Zarmigethusa, Zarmisogethusa, post Augusta Dacica s. Colonia Ulpia Trajana Augusta Dacica Zarmizaegethusa etc. Daciae Ripensis opp. ad Sargetiam fluv., Decebali regia; cujus magnitudo h. ex ruderibus conspicitur apud vicum *Varhel od. Varhely.*

Sarnia, maris Britannici ins. ad Galliam Celticam posita; h. *Guernsey*-Garnia, Garneseja, Gernseja.

Sarnus, Campaniae amnis navium patiens; h. *Sarno.*

Saronicus Sinus, inter Isthmum Corinthiacum, Mare Creticum et Myrtoum. H. *Golfo di Egina* ab insula in eo sita vocatur.

Saron, Sarōnas, planities fertilissima ad oram Maris Mediterranei, a Joppe usque ad Caesaream extensa.

Sarpēdon, Thraciae promont. inter sinum Melam et Erginum fl.; h. *Capo Greco.*

Sarpēdon, prom. Ciliciae Asperae prope Calycadni fluminis ostia. Innotuit pace Romanorum cum Antiocho M., cujus terminus regni hic constitutus est. H. est prope *S. Theodoro.*

Saïs, tis, fluv. Hispaniae Tarrac. supra Minium, qui Ullae miscetur; h. *Sar*, al. *Rio Ezaro.*

Sarsĭna, Sassina, Saxina, Bobium, opp. Italiae med. in Umbria ad Sapim fluv., Plauti patria; h. *Sarsina*; incolae, Sarsinates; adj. Sarsinas, Sassinas, Sarsinatis, e.

Sarus, Sinarus, Asiae Min. fluv.; in Cappadocia fontes habens et Comanam praeterfluens in Cilicia Campestri prope Rhoexum in mare ingreditur; h. *Seihan od. Seihoun.*

Sasima, urbs Cappadociae, in qua Gregorius Nazianzenus episcopi munere fungebatur.

Sason, Saso, Sasonis Insula, Adriatici Maris ins., quae post Asson dicta est. Sita est medio inter Epirum et Brundusium trajectu; h. *Sasena.*

Sassina v. Sarsina.

Satăla, cognom. Apollinaris, Armeniae min. opp. in profunda valle situm; h. vicus *Sakme*, al. *Balli.*

Saticŭla, Saticulus, Saticola, urbs Italiae in Samnio, confinis Campaniae; fere ubi h. *Caserta Vecchio;* al. *Savignano;* cives Saticulani.

Sation, opp. Illyrici Barb. circa Lychnitum lacum, h. *Sapigo.*

Satricum, opp. Latii, quod in Romanorum bellis eversum est; h. *Pratica.*

Saturae Palus, Stura, Latii inter Antium et Circejos palus; h. *Lago di Paola.*

Saturnia, Saturniana Colonia, Aurinia, urbs Etruriae ad

meridiem Umbronis fluv.; incolae Saturnini et Aurini.

Saturnium Mare v. Adriaticum M.

Satyri, Africae interioris pop., in fabulis notus.

Sauconna, Saugonna v. Arar.

Saunium, Hispaniae Tarrac. in Cantabris fluv.; h. *Saja*.

Savaria, urbs Norici ad Murum fluv. posita; h. *Grätz*, al. *Leibnitz*.

Savo, Safo, Campaniae fluv., qui ad meridiem Sinuessae in Mare Inferum effunditur; h. *Saona*.

Savus, Savius, Saos, Carnorum fluv., qui ad Alpes Noricas oriens in Pannoniae infer. et Moesiae finibus apud Taurunum a Danubio excipitur; h. *Save od. Sau*.

Scalăbis, Lusitanorum in Hispania opp. ad Tagum amnem; h. *Santarem*.

Scagensis Sinus v. Codanus Sinus.

Scaldia, ins. Galliae Belg., nomen nacta a Scaldi praeterlabente; h. *Schouwen*.

Scaldis, Scaldia, Scalta, Tabula, Tabuda, med. aevo Tabul et Tabula, Galliae Belg. fluv., qui in Veromanduis ortus pluribus ostiis in Mare Germanicum emanat. H. *die Schelde*.

Scaidava v. Scedava.

Scaldis Pons, locus Galliae Belg. inter Tornacum et Bagacum; h. *Condé*, al. *Escaut-Pont*.

Scamandria, Scamandrus, urbs parva Troadis ad fluvium cognominem, ut videtur, sita.

Scamandrus, Scamander, Asiae in Troade fluvius. Antiquius nomen fuit Xanthus, quod ejus aquae potus oves rufo colore inficiat. Fontes in Ida sunt, quorum alter frigidus, alter calidus est. Excipit in cursu Simoënta et prope Sigeum in mare effluit. Cursum suum veterem mutavit atque admodum tenuis fluit. Ante commistionem cum Simoënte vocatur *Gosda-Su*, eaque facta, *Mandra-Su*.

Scandinovia, Scandinavia, Baltia, Basilia, Scandia, Scania, Scanzia, Schonia, regio ultra Mare Balticum in Germania transmarina posita, quam veteres insulam putant, cum potius paeninsula sit. A Chersoneso Cimbrica sejungitur Sinu Codano et Lagno. Incolébant hanc terram a meridie Suitones, et septentrionem versus Sitones, rei nauticae peritissimi. H. *Schweden u. Norwegen*.

Scandĭle, ins. Maris Aegaei ad Sinum Pagasaeum; exigua, humilis et ignobilis; h. *Skangero*.

Scapte Hyle, Scaptes Hyle, Scaptesula, urbs parva Thraciae ad mare contra Thasum posita, cum aurifodinis. Ibi Thucydides diem obiit. H. *Skipsilar*.

Scarabantia v. Julia Scarabantia.

Scardōna, Illyrici Maris ins. ad oram Liburniae, quae Jaderae urbi imminet; h. *Arbe*, al. *Malconsiglio*.

Scardōna, Scardon, Sardona, urbs primaria Liburniae non procul ab ostio Titii sita; h. *Scardona od. Sardin*.

Scardus, Scordus, Scodrus, mons Dalmatiam a Moesia dividens et Haemo affinis; h. *Scartag*, al. *Marinat*, al. *Argentaro*.

Scarphe, Scarpha, Scarphia, urbs Graeciae in Locris Epicnemidiis prope Thermopylas, quae medio aevo terrae motu eversa est.

Scarpona, Scarponna, Galliae Belg. opp. Mosellae adjacens; h. vicus *Charpagne*.

Scedava, Scedaba, Scaidava, urbs Moesiae infer.; h. *Oroschuck od. Rutschuck*.

Scheria v. Corcyra.

Schiste, via montana in Phocide interiore, quae supra declivitatem Parnassi ducit.

Schoenus, Schoenitas, portus vel parvus sinus ad orientalem Isthmi Corinthiaci partem.

Schoenus, fluv. Boeotiae in agro Thebano,

Sciăthus, Sciathi, Aegaei Maris ins. contra Sepiadem, Magnesiae prom., desertis locis et asperrimis insulis adnumeranda, nobilis Persicae classis casu adverso; olim piratarum perfugium. H. *Skiatho*.

Scironia Saxa, Scironĭdes Petrae, scopuli erant per agrum Megaricum porrecti, qui Oneos montes et rupem Moluridem contingebant, qua transitus patebat ex

Isthmo ad Megarida et Atticam. Nomen traxerunt scopuli a Scirone saevo, qui viatores ad lavandum pedes coegit porrigere atque inter lavandum calcibus in mare deturbavit, ubi a testudine devorarentur. Eadem saxa posteriori etiam tempore latrociniis innotuerunt. Scirōnem interfecit Theseus. Dicuntur hod. *Kacke Skale.*

Scodra, Illyrici Barb. opp. et regum sedes; h. *Skodar od. Scutari*; incolae Scodrenses.

Scodrus v. Scardus.

Scolus, Boeotiae vicus ad Asopum fl. situs, in ea agri Thebani parte, quae Parasopia dicitur.

Scombraria, Saturni Prom., Hispaniae Tarrac. prom. non procul Carthagine Nova distans; h. *Cabo di Palos.*

Scombraria, Herculis Insula, ad Hispaniam Tarrac., Carthaginem Novam spectans, a scombrorum multitudine, qui ibi capiuntur, nomen nacta; h. *Escombrera*, al. *Islote.*

Scomius, Scombros, altus mons Thraciae, Rhodopae vicinus; h. *Witoscha-Berg u. Rulla Gebirge.*

Scopi, Scupi, Moesiae super. opp., prope quod Regillianus Gallienum vicit. H. *Scopia*, *Unsekup*, *Uskub*; incola Scupiensis.

Scordisci, Moesiae super. populus, Dardanis vicinus et Scordum montem incolens, moribus et lingua cum Bastarnis Transdanubianis conveniens. Hic Romanis a. V. DCXXXVI maximam cladem afferebat. Ubi h. *d. südl. Servien.*

Scordus v. Scardus.

Scotia v. Caledonia.

Scotitas, Laconicae regio silvestris, Argolidis finibus propinqua, quae versus occidentem usque ad Tegeae agrum extendebatur.

Scotussa, Scotusa, urbs Thessaliae in Pelasgiotide, juxta quam colles erant, Κυνὸς Κεφαλαί dicti, ubi Philippus rex a Q. Flaminino victus est. Incolae Scotussaei.

Scultenna, Scutana, Galliae Cisalp. fluv., qui in Apenninis fontes habet atque in Padum excurrit; h. *Panaro.*

Scupi v. Scopi.

Scylăce, opp. maritimum Mysiae inter Cyzicum et Olympum montem. Colonia fuit Pelasgorum. H. *Siki.*

Scylaceum, Scylacium, Scyllaceum, Italiae infer. in Bruttiis opp., mari propinquum. Antea Scylletium dictum fuisse referunt; colonia Atheniensium auctore Menestheo; h. *Squillace.*

Scyllaceus, Scylaceus, Scylleticus Sinus in Italia infer., ab urbe Scyllaceo appellatus; h. *Golfo di Squillace.*

Scylla, saxum et promont. Scyllaeum in freto Siculo e regione Charybdis, in cujus cavernis aquae franguntur, unde fabula de canum latratu nata est.

Scyllaeum, rarius Scylla, oppidulum Italiae infer. in Bruttiis prope Silam silvam; h. *Scigliano*, al. *Scilla.*

Scylleticus Sinus v. Scyllaceus S.

Scyrus, una ex Sporadibus Maris Aegaei insulis, exadverso Euboeae sita. Saxosam fuisse plurimi narrant. Incoluerunt eam olim Pelasgi et Cares. His successerunt Chalcidenses, quos secuti sunt Dolopes. Atheniensibus eam tenentibus Philippus cum vicinis sub potestatem Macedonum redegit. Reddita est illis bello Macedonico olympiade CXLVII. Achillem ibi apud Lycomedem latuisse res est celebrata. Eadem Neoptolemi erat patria. Praeter lapicidinas laudantur caprae Scyriae. H. uno tantum vico incolitur et *Skyros od. Skiro* vocatur; incolae Scyrii.

Scythae, hoc nomen latissime patet. Nam modo a populis, modo a regionibus, modo a coeli plagis notantur, eorumque fines mox angustiores, mox latiores constituuntur, quod in populis valde ignotis non mirum esse debet. Veteres omnino populos, ad septentrionem habitantes, Scythas vocarunt. H. fere ubi *d. kleine u. grosse Tatarei.*

Scythia, septentrionalis pars Asiae, quae per Imaum, Tauri latus, dividitur. Citerior pars dicitur Scythia intra Imaum, ulterior Scythia extra Imaum, tota fere incognita. H. *die grosse Tatarei.*

Scythia Europaea, regiones complectebatur super Paludem Maeotida ad dextram Tanais ripam sitas; h. *d. kleine Tatarei u. d. Krim.*

Scythicae Insulae, Helo-

des, Caspii Maris ins. ad oram Albaniae.

Scythopolis v. Bethsan.

Sebaste v. Cabira.

Sebaste v. Samaria.

Sebaste, urbs Asiae Min. in Galatia, quam Galli Tectosages incolebant; h. prope *Satalia*.

Sebastia, urbs Asiae Min. in Ponto Polemon. ad Cappadociae fines; h. *Saustia*.

Sebastopolis v. Myrina.

Sebastopolis, opp. Ponti Galatici juxta Irim flumen.

Sebastopolis, quae dicta etiam serius est Phasis, ad fluv. cognominem.

Sebātum, Sevatum, urbs Breunorum in Rhaetia inter Littamum et Vipitenum; h. *Seben*.

Sebennytus, urbs princeps nomi Sebennytae in Delta, unde Nili ostium vocatur Sebennyticum; h. *Semmenud*.

Sebēthus, Campaniae fluv. ad ortum Neapolis; h. *Fiume della Madalena*.

Sebinus Lacus v. Lac. Seb.

Secani i. q. Sequani.

Secundanorum Colonia v. Arausio.

Sedinum, Germaniae septentrionalis opp. Viadro adjacens, quod a Sedenis, prope incolentibus, nomen reperisse putant. H. *Stettin*.

Sedūnum, metropolis Sedunorum ad Rhodanum; h. *Sitten od. Sion*.

Sedelaucum, Sedelocus, Sidoleucum, opp. Galliae Lugdun.; h. *Saulieu*.

Segedunum v. Segodunum.

Segedūnum, Segedinum, urbs Daciae ad Tibiscum; h. *Segedin*.

Segesta, Segestana Civitas, prius Egesta et Aegesta, apud Virg. Acesta, urbs Siciliae antiquissima ad Sinum Longuricum posita atque ab Aenea condita; h. *Castel a Mare di Golfo*; incolae Aegestani, Acestaei, Segestani, Segestenses.

Segestice, Segeste, opp. Pannoniae ad Savum, Augusti munimentum, unde Segestica, Savi insula, nominata est; h. prope *Sisseck*.

Segida, Segide, urbs Arevacorum vel Celtiberorum in Hispania Tarrac., quae Segestica Livii esse videtur.

Segobia v. Segovia.

Segobriga, Celtiberorum in Hispania Tarrac. opp.; h. *Priego*; cives Segobrigenses.

Segobriga, urbs Hispaniae Tarrac. in Edetanis; h. *Segorbe*.

Segodūnum, Britanniae Rom. opp. in Ottadinis; h. *Seton*.

Segodūnum, opp. Rutenorum in Gallia Aquit., postea Ruteni; h. *Rhodez*.

Segontia, Saguntia, urbs Hispaniae Tarrac. in Arevacis; h. *Siguenza*.

Segovia, Segobia, Segubia, Arevacorum Urbs, Hispaniae Tarrac in Arevacis opp., ubi aquaeductus erat Trajani, etiamnum conspicuus; h. *Segovia*.

Seguntia v. Saguntia.

Segusio, Segusium, Secussio, medio aevo Secusina Civitas, urbs Taurinorum in Gallia Cisalp. ad Duriam; h. *Susa*.

Selasia, Sellasia, urbs Laconicae ad Oenum fluvium.

Selecia, prius Coche, urbs Babyloniae prope Tigrim ad fossam, qua Euphrates Tigrisque junguntur. Seleuci Nicatoris opus. Ruinae ejus h. vocantur *El-Madain*.

Selediva Sielediba v. Tarobane.

Selediva et Sielediba v. Taprobane.

Selentis v. Selinus.

Seleucia (ad Belum), Seleucus, Seleucobelos, urbs Syriae in Apamene, non procul Apamea; h. *Selefkieh od. Seleukie*.

Seleucia, medio aevo Castrum Seleph, urbs in ea parte Ciliciae, quae Trachea s. Tracheotis dicitur, quam Seleucus Nicator prope Calycadni ostium aedificavit.

Seleucia, antea Soloce, urbs Elimaidis inter Persidem et Susianam ad fluv. Hedyphum. Plinius eam Parthorum cognominat et Babyloniam quoque vocari tradit; h. al. *Bacha*, al. *Baudra*.

Seleucia, opp. Syriae in Pieria, Sita fuit ad mare non longe ab Orontis fl. ostiis, inter Ciliciam et Phoenicen contra Cyprum, nomenque debet Seleuco Nicatori, qui IX omnino urbes cognomines condidit. H. urbs ruinis obruta jacet, locusque nunc appellatur *Suedie*, al. *Kepse*.

Seleucus v. Seleucia ad Belum.

Seleucus Mons, Galliae Narbon. mons, juxta quem Magnentius iterum victus est; h. *Mont Saleon* non procul Embroduno.

Selga, Selge, Pisidiae urbs libera et potentissima, sita ad Tauri declivitatem in regione frugum feraci, inprimis olei, quo medici uti solebant; h. quibusdam *Philadelphia*.

Selinuntia, Selinuntis oppidi Siciliae ager amplissimae magnitudinis.

Selīnus, untis, opp. Ciliciae Tracheae ad flumen cognomine atque in rupe a mari circumflua, in quo Trajanus a vita discessit, qui Trajanopolis nomen ei indidit. H. *Selenti*, al. *Istenok*; ejus ager haud parvus Selentis dicebatur.

Selinus, urbs et portus Marmaricae in Africa; h. *Salona*.

Selīnus, untis, fluv. Siciliae, qui urbem cognominem alluebat; h. *Madiuni*, al. *Salemi*.

Selīnus, untis, **Selinis**, urbs Siciliae ad fluv. ejusdem nominis, Megarensium colonia. Palmis abundabat. Quondam potens erat et celebris, sed a Carthaginiensibus eversa est. Ejus ruinae sunt h. prope *Torre di Pollucc*; al. h. *Salemo*, al. *Selinonte* locum vocant; incolae Selinuntii et Selinusii; adj. Selinuntius et Selinusius.

Selymbria, Selybria, urbs Thraciae ad Propontidem inter Athyrae ostium et Perinthum, quam condiderunt Megarenses. Portum habuit floruitque usque ad Philippi Macedonis tempora, qui eam sibi subjecit, ex quo tempore defecit. H. *Selivrea*, al. *Selombria*.

Semāna silva, Germaniae silva, Gabretae vicina; h. plerisque *Thüringer Wald*.

Semigermaniae gentes, populi qui in et ad Penninum montem habitant.

Semirămis murus i. q. Mediae murus, magnus Mesopotamiae murus, a Tigri versus caurum extensus atque contra Medorum incursiones exstructus, qui perperam Semiramidis opus habetur.

Sempronii Forum v. Forum Sempronii.

Sempronium v. Julia Scantia.

Sena, Galliae Celt. ins. in Mari Britannico, Osismicis adversa littoribus, Gallici numinis oraculo insignis. H. putatur esse *Isle de Sain*, ostio Ligeris objecta.

Sena, Sene, Sena Gallica, Senegalia, Senogallia, opp. maritimum Italiae in Umbria, a Brenno, Gallorum Senonum duce, ad Senam, sec. alios Misum fluv. conditum. Ibi Hasdrubal Poenus, a Livio Salinatore praelio victus, periit. H. *Sinigaglia*; cives Senenses et Senogallienses; adj. Senensis.

Sena, Sena Julia, Senia, Colonia Seniensis, s. **Senensis**, urbs Etruriae, quam Curius Dentatus expugnavit; postea Augustus eo coloniam deduxit; h. *Siena*, incolae Senienses; adj. Seniensis.

Senia, Illyrici in Liburnia urbs maritima; h. *Zeng od. Segna*.

Senones, Senoni v. Agendicum.

Senŏnes, Galliae Belg. pop., fere ubi h. *Sens et Auxerre*, qui in Italiam emigravit, Umbros sedibus pepulit atque Galliae Cisalpinae regionem ad Mare Adriaticum occupavit, ipsosque Romanos, eorum potentiam deminuere conantes, apud Alliam vicit, Romamque cepit. H. *Urbino*; adj. Senonicus.

Senus, ins. Hiberniae fluv.; h. *Moy*.

Sentīca, urbs Hispaniae Tarrac. ad Durium; h. *Zamora*.

Sentīnas, Sentinum, Umbriae opp.; incolae Sentinates.

Sepia, mons Arcadiae septentrionalis, in quo Aegypti erat tumulus.

Sepias, adis, promont. Thessaliae in Magnesia. Innotuit clade Persicae classis. H. appellatur et prisco nomine et *Cap St. Giorgio*.

Sepinum, Saepinum, opp montanum Samnii, ad Tamarum fluv., quod Papirius tantum acerrime oppugnando cepit; h. *Sepino*.

Septa, urbs Africae in Maure-

tania Tingit. ad Fretum Herculeum sita; in medii aevi geographia, quam antiqua, notior; h. *Ceuta*.

Septe, Septe Gaditanum, nomen Freti Gaditani.

Septem Aquae, locus in agro Sabino non procul Reato, mirabili natura sua memorandus.

Septem Fratres v. Fratres Septem.

Septem Maria, fossae et paludes circa Padi ostia.

Sepyra, locus Ciliciae ad Amanum montem.

Septimanorum Colonia v. Baeterrae.

Sequăna, f., Galliae Celticae fluvius; qui in Lingonibus ortus Matronam Axonamque recipit, Lutetiam Parisiorum mediam interfluit, Belgas a Celtis dividit atque in Mare Britannicum effunditur; h. *Seine*.

Sequăni, Secani, Secoani, magnus Galliae pop., qui inter Ararim, Rhodanum et Rhenum fluvios et Juram Vogesosque montes sedet; ibi h. *Elsas, Franche Comté* et *Burgogne*.

Sera, urbs Sericae primaria non procul Bautiso; h. *Singan-fu* esse videtur, alii tamen *Lantsheu* vocant.

Serbonis i. q. Sirbonis.

Serdica v. Sardica.

Serĭca, Serice, magna Asiae terra, quae in septentrione et orien- te Terram Incognitam attingit, Indiae parti et Sinis affinis est atque ad occidentem Scythia terminatur. H. e. *Theil v. China, die Coschotei, Mongolei u. die nördl. Länder bis Sibirien*. Incolae Seres; adj. Sericus.

Serĭphus, Acis, idis, ins. Graeciae, una ex Cycladibus, quam alii Sporadibus adscribunt. Primum a Polydecte et Dictye frequentata est, post Jones incolas habuit. Saxosa est atque aspera, unde Romani in hanc quoque exsules miserunt. Mutas ibi ranas esse quidam memorant, adduntque Persea id impetrasse a Jove, ne dormientem interpellarent, loquaces tamen hod. ibi esse recentiores narrant. Habuit urbem cum portu paruitque regibus, post subita fuit Atheniensibus. H. *Serphanto, Serpho*; incolae Seriphii; adj. Seriphius.

Sermyle, Sermilia, urbs Macedoniae in Chalcidice paeninsul. ad Toronaeum Sinum vel Atho montem, quam Philippus diruisse videtur; h. *Revel*.

Serrĭum, Thraciae promont. vel mons, in quo serius castellum fuit, ad Aegaeum Mare contra Samothracen; h. *Capo Macri*.

Serus, Indiae extra Gangem fluvius, in Sinum Magnum egrediens; h. *Menam*, al. *Tanaserim*.

Servitium, opp. Pannoniae super. prope Verbae et Savi confluentes; h. *Banialuka*, al. *Sieveruczi*.

Sesămus, Amastris, Amastrianorum Civitas, Amastriana Urbs, opp. Henetorum in Paphlagonia cum portu. Antiqua fuit ejusque origo ad Phinea refertur, quem ibi regnasse tradunt. H. *Amasserah, Amassero, Amastro*; adj. Amastriacus.

Sessites, Galliae Cisalp. fluv., qui Vercellos alluit atque Pado miscetur; h. *Sesia, Sessia*.

Sestus, c., urbs Chersonesi Thraciae, opposita Abydo, a qua VII stadiis distabat. Xerxis ponte ibi facto, atque etiam Leandri et Herus amore nobilis, ex Musaei et Ovidii carminibus satis noto. Hodie intercidit, etsi quidam locum *Zemenie*, al. *Jalowa* appellant. In exitu Hellesponti Turci castellum aliquod vocant *Khes-Kalasi*, h. e. castellum virginis et Europaei vulgo turrim Leandri; cives Sestii; adj. Sestius et Sestiacus.

Setia, Setĭna Colonia, urbs vetus Latii in monte in Pontinas Paludes prominente, quam Romani colonia eo deducta munierunt. In ea Saturnus a Jano hospitio exceptus esse traditur. Regio dicebatur Agri Setini, quae generosi vini erat ferax. H. *Sesse od. Sezze*; cives Setini.

Setium v. Messua Collis.

Setium, Sigium, mons et promont. Galliae Narbon. in Volcis Tectosagis non procul Agatha; h. *Capo Cette*.

Sevatum v. Sebatum.

Sevērus Mons, in Sabinorum terra, Apennini latus; h. *Vissa*.

Sevinus lacus i. q. Sebinus vel Lacus Sebinus.

Sevo mons, *inter Scandinaviam et Nerigonem situs*; h. *die Kjölen.*

Sex, Sexi, Sexitanum, Sexti Firmum Julium v. Ex; nonnullis h. *Motril.*

Sextanorum Aerelate v. Arelate.

Siazur, Siazūros, urbs Assyriae in Adiabene ad Delum fl.; h. *Scherezur.*

Sibaris v. Sybaris.

Sibenus mons v. Rhetico.

Sicambri, Sigambri, Sygambri, Sugambri, magnus Germaniae pop. circa Rhenum, Segam et Lupiam incolens, Romanis infestissimus, qui Druso duce ab iis tandem victus est. Tiberius magnam ejus partem in sinistra Rheni ripa collocavit. H. ubi *d. Prov. Jülich-Cleve - Berg.*

Sicambria, urbs Pannoniae infer., quam h. *Alt - Ofen* vocari putant.

Sicania v. Sicilia.

Sicca Veneria s. **Veneris**, opp. Africae in Numidia inter Lares et Tunetem ad collem situm; h. quibusd. *Keff.*

Sichem, Sychar, Sichar, Sicima, orum, **Mabartha, Mamortha, Sicimorum Civitas, Flavia Neapolis Syriae Palaestinae** etc., urbs Palaestinae in Samaria. Eversa per Assyrios Samária secundi Judaeorum templi temporibus Sichem facta est metropolis atque ex incremento et ornamentis suis Neapolis vocata est. H. *Naplus*, *Naplusa*, *Naplos*, *Nabolos*; incolae Flavenses Neapolitani Samariae.

Sicilia, Sicelia, Interni Maris insularum maxima. Varie olim appellata est: Sicania, Trinacria, Trinacris, poet., etiam Triquetra, tandem a Siculis, qui ex Italia tribus aetatibus ante bellum Trojanum eo delati erant, vocata est Sicilia. Prisci incolae fuerunt Cyclopes et Laestrigones, successerunt Sicani, denique Siculi. Olim Magnae Graeciae accensebatur. Illam Agro Bruttio annexam post freto Maris Siculi abscissam esse tradunt, unde Rhegium dictum esse multi contendunt. De hac avulsione varie statuunt, nam alii negant, alii tamen probant notabili Apenninorum progressu similique structura usque in Siciliam. De hujus insulae virtutibus veteres et recentiores exposuerunt. H. *Sicilien.* Incolae Sicŭli Latinis, Siceliotae Graecis; Sicāni; adj. Siculus, Siciliensis, Sicanus, Sicanius, Trinacrius.

Sicilia, ins. non procul a Peloponneso, quam nonnulli inter Chalcidem et Aulidem quaerunt.

Sicilia, Italiae regio, in qua Siculi sedebant ante, quam in Siciliam transibant.

Sicĭnus, Sicēnus, Sycinus, Aegaei Maris ins. inter Cycladas. Dicta est olim Oenoë a vini fertilitate. Posterius nomen traxit a Sicino, Thoantis et Neidis filio. H. *Sikino*; incola Sicinites.

Sicŏris, Hispaniae Tarrac. fl., qui Ilergetas et Lacetanos dirimit, Ilerdam urbem praeterfluit, atque Cingae junctus in Iberum exit; h. *Segre.*

Siculum Fretum v. Fret. Siculum.

Siculum Mare i. q. Ausonium Mare.

Sicum, Illyrici in Dalmatia opp. inter Scardonam et Salonas, quod Claudius Imper. veteranis habitandum concessit; h. *Sebenica.*

Sicўon, ōnis, c., urbs Graeciae in Achaja. Olim dicta est Aegialea, Mecone et Telchinia, nomenque posterius accepit a Sicyone. Postea tempore vocata est Demetrias, a Demetrio, Antigoni filio, qui, cum urbem cepisset, incolas extra eam destructam habitare jussit, et multis beneficiis affecit. Erat antiquissima atque aedificata in munito colle, Cereri sacro, a mari XX stadiis distans. Sicyonios a Corinthiis dirimebat Nemea fluvius. Tulit multos eosdemque celebres artifices, in his Polycletum. H. *Basilica*, et regio est pars hodiernae Sacraniae s. Romaniae minoris.

Sicyonia, regio Peloponnesi Sinu et Agro Corinthiaco, Arcadia montibus atque Achaja terminata. Incola Aegialenses.

Sida, Side, urbs Pamphyliae ad Sinum Chelidonium cum portu. Aeoliorum erat colonia. Nomen ejus

vant à voce Boeotica *sida*, quae ... Punicum, *Quitte*, significat, ... mati numis, in quibus illud ... picitur. Habuit Minervae temp... u, cujus effigiem apposito malo ... ico nunc exhibent; h. *Eski*, al. ... *dalor*; incolae atque accolae Si... ... et Siditae.

...dĕris, Maxĕra, Maxeras, ...aniae fluvius; h. *Esker*.

...dicini, parvus pop. Ausonicus ... montem Massicum, cujus caput ... Teanum Sidicinum.

...dicinum v. Teanum.

...idoleucum v. Sedelaucum.

...idon, urbs pervetusta Phoeni..., Tyro antiquior, portu instru... ...clara navigatione, litteris arti...e. Hodie in ejus loco stat pa... exiguus *Saida*, et portus arenis ...ctus, etsi navigatio et merca... adhuc exercetur; incolae Sido... Sidonienses.

...ga, fluv. Mauretaniae Caesar., ... inter urbem ejusdem nominis et ...rae ostium in Mare Mediterra... exit; h. *Tafna od. Tremesen*.

...iga, Sigensis Portus, Si..., urbs Mauretaniae Caes. ad ... cognominem portu instructa. ...itores habuit Carthaginienses. ...as experta est conversiones. ...onis aetate diruta jacebat, sed ... refecta est, eamque Siphacis re... plures faciunt. De hodierno ...ne incerta afferuntur et ambi... Alii *Tafnete*, al. *Guardia*, al. ...*ol*, al. *Ned-Roma*.

...gambri v. Sicambri.

...gei Campi, regio juxta Si... prom. in Troade.

...igensis Portus v. Siga.

...igēum, Sigaeum, Asiae min. ... in Troade. Conditum fuit ab ...eanacte Mitylenaeo ex eversi lapidibus. Strabonis tempore ab ...sibus, alius Ilii incolis eversum ...it. Notius fuit Sigeum promon...tum; juxta stetit Achill...um op... cum templo et monumento ...illis. Celebratur inde inscriptio ... Promont. hod. vocatur *Capo Janissaro*. Urbem Sigeum nunc ...um esse, nomine *Giaurkioi* refe...; al. non procul ab urbe vetere ...m esse h. vicum *Jenischer* me...rant. V. etiam Achilleum.

Sigindunum v. Singidunum.

Signia, Volscorum in Latio opp., vini cultura nobile; h. *Segni*; cives Signini.

Sila, Sila Bruttiorum, Syla, magna in Agro Bruttio silva, quae Apenninorum pars habenda et DCC stadiis longa erat. Vicina fuit Mamertio oppido et Bruttia pice optima atque arborum varietate nobilitata; h. itidem *Sila* vocatur.

Silana, urbs Thessaliae occidentalis.

Silarum, fluvius et locus Galliae Cisalp., quorum prior h. *Silaro*, posterior h. vicus *Castel St. Piedro* nominatur.

Silărus, Silerus, Siler, Lucaniae fluvius. Oritur in Apenninis, Tanagrum excipit atque Picentinos a Lucanis separat. Remos aliaque in eum injecta induruisse tradunt veteres, sed falso. In Sinum Paestanum effunditur. H. *Selo*.

Silis v. Jaxartes.

Silūres, Silyres, Britanniae Rom. pop., cui interdum Ordovices et Demetae adnumerantur; ubi h. *Wales*.

Silurum, Insulae v. Cassiderides.

Silva Ciminia, in Etruria ultra Perusiam sita.

Silva Gallinaria, Gallinaria Pinus, poet., Campaniae silva inter Vulturni et Literni ostia.

Silva Hercynia v. Herc. Silva.

Silva Maliciosa, Latii silva, in qua Tullus Hostilius cum Sabinis pugnabat.

Silvanectae, Silvanectensium Civitas, Silvanectensis Urbs, Silvanectum v. Augustomagus.

Silvani Lucus, in Etruria prope Caeritem fluvium.

Simaethas, Siciliae fluv. in Heraeis montibus ortus plures fluvios excipit ac prope Murgentium in Mare Siculum egreditur. H. *la Jaretta*; adj. Simaethius.

Simŏis, entis, fluvius parvus Phrygiae min. prope Ilium, qui ex Ida monte rapidus prolabitur et Scamandro junctus contra Tenedum in mare effunditur. Ab eo vocatur Simoësius Campus atque a Scamandro Scamandrius.

Simois, Epiri fluv., qui Buthro-

na est et Turcis *Ismir*; cives Smyrnaei; adj. Smyrnaeus et Smyrnaicus.

Smyrnaeus Sinus, ad Joniam, ab urbe Smyrna dictus.

Sogdiana, Persiae provincia, inter Jaxartem et Oxum fluvios; h. *d. nördl. Bucharei u. d. Land d. Usbecken*; incolae Sogdiani, Sugdiani, Sogdii et Sogdi.

Solci v. Sulci, Sulchi.

Solis Urbs v. Heliopolis Aeg.

Solium, Sollium, urbs in Corinthiorum agro sita; sec. al. in Acarnania.

Soloe, Soli, orum, opp. Ciliciae, quod Apea quoque dicitur. Originem ejus ab Argivis et Rhodiis deducunt. Inclaruit viris doctis, Chrysippo, Stoico, Philemone, poeta comico, et Arato, astronomo, ac nota est Soloecismi verbo in rhetoricis, licet alii ad Cypri urbem ejusdem nominis referant. A Tigrane expugnatum et eversum Pompejus instauravit, a quo Pompejopolis dictum est. H. ruinis submersa evanuit; incolae Solii.

Solonius Ager, regio Latii inter Sabellum et Patricam urbes sita.

Solus, untis, Soluntum, Solentum, Solis, entis, urbs vetus in septentrionali Siciliae parte, inter Panormum et Thermas. H. *Castello di Solanto*; incolae Solentini et Soluntini.

Solva, Flavium Solvense, Flavia Solva, Colonia Flavia Solva; urbs Norici prope Virunum et Dravi ripam, a Vespasiano Imper. condita; h. videtur esse, ubi regio *Zolfeld*, *Zolfeld*, *in Kärnthen*.

Solyma et Solymi v. Hierosolyma.

Solymi, primi Lyciae incolae, quo vetere nomine Milyi in Lycia signabantur.

Solymi v. Milyas.

Sontius, Sontus, Venetiae fluv., qui fontes habet in Alpibus Juliis atque in Mare Adriaticum emanat; h. *Isonzo*.

Sonus, Indiae extra Gangem fluv., navium patiens, qui ad occidentem Patnae in Gangem evolvitur. H. *Sone od. Saone*.

Sophena, Sophanene, Sophone, Armeniae regio inter Antitaurum et Euphratem, quae Strab. usque ad australe Tauri ... tus et Mesopotamiae fines porrigebatur; h. quibusd. *Zoph*; inc... Sopheni.

Sopronium v. Julia Scarabantia.

Sor v. Tyrus.

Sora, urbs Volscorum in Latio ad dextram Liris ripam; h. *Sora*; cives Sorani.

Sorabis, Hispaniae Tarrac. flu... in Contestanis, qui Segobrigam al... luit; h. *Morvedro*.

Soracte, is, n., Soractes, ... m., Etruriae mons altissimus et ... candidus prope Tiberim, in ... Apollinis erat templum, ad ... radices fontes erant, quorum ... ctus erant miraculo. H. *Monte di ... Oreste*. Ad ejus orientalem ... tatem erat urbs Feronia vel ... lucus Feroniae deae sacratus, ... postea coenobium *St. Silvester* ... structum est. Adj. Soractinus.

Sorbiodunum, opp. Britann... Rom.; h. *Old - Sarum*.

Sorores, dicebantur sec. Stra... urbes Antiochia, Seleucia, Apamea et Laodicea.

Sparta v. Lacedaemon.

Spartaria Carthago v. Carthago Nova.

Spartarius Campus, Hispaniae Tarrac., regio circa Carthaginem novam, in qua multum sp... proveniebat.

Sperchius, Sperchēus Thessaliae fluv. Nomen ex ... et ... rum cursu traxisse dicitur. Oriebatur in monte Tymphresto, pr... terfluebat Anticyram et prope Thermopylas inter Trachinem et Lamiam in Sinum Maliacum effluebat. P... tant vocari h. *Agriomela*; al. *Ella...*

Sphacteria, Sphagia, in... Peloponnesi ad Messeniam ante Pyl... portum. Innotuit gravi praelio, quo Lacedaemonii ab Atheniensibus vi... cti sunt. H. *Prodrona*, al. *Sphagia*; incola Sphacteriōtes, Sphacterius, Sphagieus.

Spina, urbs Galliae Cisalp. ad extremum Padi ostium, unde Spineticum dictum est illud fluminis bra-

[illegible] Pelasgorum erat opus; h. [illegible].

[illegible]inae, Atrebatiorum in Britan[illegible] Rom. opp. inter Durocornovium [illegible] Callevam; h. vicus *Speen b. New[bury].*

Spira Nemetum v. Noviomagus.

Spoletium, Spolētum, Ita[lia]e med. in Umbria opp.; h. *Spo[le]to*; cives Spoletini; adj. Spoletinus.

Sporădes – sunt eae insulae, [q]uae per Aegaeum Maré inter Cre[ta]m, Peloponnesum, Graeciam, Eu[boe]am et hinc versus Asiam in Ma[r]i Icario, Myrtoo et Rhodiaco dis[per]sae jacent, ita quidem, ut pro[pius] absint a mari; nam, quae in [medio] mari sitae sunt, Cyclades ap[pe]llari solent. In earum numero [non] conveniunt auctores. H. *die In[seln] im Archipel. auf d. Europ. u. [Asiat.] Seite.*

[Sta]biae, urbs vetus Campaniae [inter] Pompejos et Surrentum, prope [qua]m Plinius maj. interiit. Hanc [Sul]la bello sociali devastavit, unde [ill]a in vicum decrevit; h. *Castel a [ma]re di Stabia*; adj. Stabianus.

Stachir, iris, Stachiris, Li[bya]e interioris fluv., qui fontes ha[bet] in Rysadio monte, ad cujus ra[di]ces Cloniam lacum facit; h. *St. [illegible]*; accolae Stachirae.

Stagira, orum, Stagyra, Sta[gi]rus, Stanteira, urbs Macedo[nia]e ad Sinum Strymoniacum inter [Am]phipolim et Acanthum prope [A]tho montem; Aristotelis philoso[ph]i natalibus clara; h. *Stavra*, al. *Li[bano]va*; incola Stāgirites.

Stanacum, opp. Norici ad Ae[nu]m; h. quibusd. *Schärding.*

Statiellae Aquae v. Aquae Statiellae.

Statiellates, Statiellenses, [St]atielli, Statyelli, pop. Li[gu]riae interioris, ad Tanarum sedens.

Stellas s. Stellatis Campus, [St]ellatis Ager, regio Campaniae [cir]ca Calliculam montem, Vulturno [et] Sevone fluviis inclusa et Agro [Ca]mpano affinis; h. quibusd. *Cam[po] Mazzone*; adj. Stellatinus.

Stephane v. Praeneste.

Stephane v. Samos.

Stephăne, urbs et portus Asiae min. in Paphlagonia ad Pontum Euxinum; h. *Stephanio*, al. *Istiphanie.*

Stephăne, mons Thessaliae in Phthiotide.

Stimo, urbs Thessaliae prope Gomphos.

Stobi, opp. Macedoniae in Mygdonia, post bella Macedonica municipium Romanum. Patria erat Joannis, qui inde Stobaeus dicitur; h. *Istib*, al. *Starachino*; incolae Stobenses et Stobaei.

Stoechădes, adum, Interni Maris insulae, inter Liguriam et Massiliam sitae, unde etiam Ligustides dicuntur; h. *d' Hieres.* Alii V alii III producunt, nempe Proten, (*Parqueroles*), Mesen s. Pomponianam (*Porto Cros*) et Hypaeam (*du Levant od. du Titan.*) His Mela annumerat eam, quae Leron, Lero, Lerone (*St. Marguerite*) vocatur. Tenuerunt eas Massilienses.

Stratonica, Stratonice, urbs Macedoniae in paeninsula, quam Strymonicus et Singiticus Sinus faciunt; h. *Franco Castro.*

Stratonicēa, Stratonice, urbs amplissima Cariae, quam Antiochus Soter aedificavit et munivit, sita inter Alabandam et Atlindam; h. *Eskihissar*; cives Stratonicei.

Stratus i. q. Dyme.

Stratus, Stratos, urbs magna et munitissima Acarnaniae, ad dextram Acheloi ripam posita, quam Aetoli tenebant. Ruinae ejus h. sunt prope vicum *Lepénu* et dicuntur *Porta*; incolae Stratii. Eorum ager ad utramque Acheloi ripam situs Stratice vocabatur.

Stridon, Stridonium, opp. Dalmatiae in finibus Pannoniae, quod Gothi everterunt. Hanc suam esse patriam St. Hieronymus dicit. H. *Strido.*

Strongўle, Strongylos, Aeoli Insula, una Liparensium insularum. Sic a rotunda forma dictà est. Ex fumo flammae perpetuo flagrantis ventos triduo ante praedicere poterant incolae; hinc multis Aeoli sedes dicitur. H. Siculis *Strongoli*, Italis *Stromboli.*

Strophădes v. Plotae ins.

Struthophagi, populus Aethiopiae.

Stryma, Stryme, urbs Tha-

siorum in Thracia, quam in insula prope oram maritimam fuisse sitam perhibent.

Strymon, Thraciae fluvius. Nomen accepit a Strymone, Thraciae rege. In Scomio monte ortus, priusquam in septem lacus funditur et prope Amphipolin in Strymonicum sinum egreditur. Navigabilem antea Hercules injectis saxis vadosum reddidisse fertur. Notae sunt Strymoniae grues. Hodiernum nomen est *Strama* vel *Strumona*; adj. Strymonius, Strymoniacus et Strymonis, idis, f.

Strymonicus Sinus - in Macedonia, a Strymone fluv. illabente nomen nactus; h. *Golfo di Contessa*.

Strymonium v. Mieza.

Stura, Storas, v. Astura.

Styllagium, Stylangium, una ex septem urbibus Triphyliae in Peloponneso.

Stymbara, Stubēra, Styberra, urbs Macedoniae; h. quibusd. *Stobi*.

Stymphalia, Stymphālis, regio Macedoniae, in qua Cyrtona opp. situm erat.

Stymphālis, idis, lacus Arcadiae septentrionalis, cujus aquae nonnunquam plurimum crescebant. Notus in fabulis Stymphalicis avibus, quas Hercules interemit.

Stymphālum, Stymphalon, mons Arcadiae, qui orientale Cyllenes montis latus est.

Stymphālus, Stymphalum, urbs Arcadiae in valle posita. In illa templum habuit Minerva, unde Stymphalia dicta est. Ejus ruinae conspiciuntur in loco, qui h. *Katholicon od. Kionea* vocatur; incolae Stymphalii.

Styra, opp. Euboeae ins. Carysto vicinum; cives Styreenses.

Styx, ÿgis et ygos, f., fons Arcadiae, ad Nonacrin oppidulum e saxo profluens, exitiosus omnibus animantibus cunctaque erodens, qui collectus in Crathin amnem influebat. Per eum jurarunt Arcades, nefasque duxerunt, ejusmodi jusjurandum violare. Hinc poetae fabulantur, fluvium esse apud Inferos, per quem Dii jurare solerent. — Etiamnum de fonte *Mauroverò* similia commemorant.

Sublaqueum, Sublacium, Sublacus, urbs Aequorum in Latio ad Anienem posita; h. *Subiaco*.

Subur, ūris, urbs Lacetanorum in Hispan a Tarrac. ad ortum Tarraconis; h. *Sitges Villanueva od. Segur*; cives Suburitani.

Subur, fluv. Mauretaniae Tingit., qui procul ab urbe cognomine in sinum Oceani occidentalis emittitur; h. *Subu od. Cubu*.

Succi, opp. in Thraciae atque Daciae confiniis ad montes, in quibus Angustiae Succorum erant.

Succubar, Succabar, Sugabarritanum Municipium, Zuchabbar, opp. Mauretaniae Caesar. interioris, quod Colonia Augusta quoque appellatum esse dicitur. Putatur esse h. *Zuckar*.

Sucro, fluv. Hispaniae Tarrac. in Contestanis. Fontes habet in Idubeda monte atque in Mare Internum egreditur; h. *Xucar od. Sucar*.

Sucro, Sucron, opp. Hispaniae Tarrac. in Contestanis ad ostium fluvii cognominis, quod Plinii jam aetate interciderat. Bello Sertoriano adhuc stetit, quod praelium Sucronense probat. Successit in ejus locum vicus *Custera*, al. *Cullera*.

Sudēta, orum, Suditi, Sudeti montes, in Germania, qui inde a Salae fontibus usque ad Albi[illegible] extenduntur; h. d. *Fichtelberg*, [illegible] *Berge zw. Sachsen*, *Böhmen* u. [illegible] *Oberlausitz*. V. etiam Mons Ascibu[illegible]gius.

Suel, Sivel, Hispaniae Be[illegible] opp. H. *Fuengirola* ibi stare puta[illegible]

Suessa Aurunca v. Aurunc[illegible]

Suessa Pometia, Latii in Vo[illegible]scis urbs ampla e magnitudinis, qu[illegible] Tarquinius expugnavit. Postea S[illegible]vilius Cos. eam cepit ac devasta[illegible] ex quo tempore evanuit. Ruin[illegible] ejus aliis videntur ubi h. *Mesa*, al[illegible] *ubi Civita della Vigna*.

Suessiōnes, Suessones, Suessŏnes, pop. Galliae Belg. inter Veromanduos, Rhemos, Silvanectes et Bellovacos, qui principis imperio regebantur, et quorum caput erat Augusta Suessionum.

Suessula, urbs Campaniae inter Capuam et Nolam; fere ubi h. *Maddaloni*; incolae Suessulani.

Suestasium, Suissatium,

Castitorum in Hispania Tarrac.; h. *Vitteria*; v. etiam Camarica.

Suevicum Mare v. Codanus Sinus.

Suevicus Lacus v. Lacus Brigantinus.

Suevus, Germaniae septentrionalis fluv., qui sine causa Viadrus aut Sprea habitus est; rectius h. *Warne od. Warnow*, qui in primis Suevorum sedibus fontes habet.

Suffetŭla, Sufetula, urbs Africae propr. in Byzacio. Putant esse h. *Sbaitla*.

Suindinum, Cenomamania, Cenomanorum civitas, opp. Aulercorum Cenomanorum in Gallia Celt. ad Sartam fluv. H. *Mans*; adj. Cenomanensis, e.

Sulci, Sulchi, Soloi, Sylci, urbs antiquissima et portus Sardiniae meridionalis, Carthaginiensium opus. H. portus *Palma di Solo* appellatur; incolae Sulcitani, Solcetani et Solcitani.

Sulga, Sulgas, Vindalicus, Galliae Narb. fluv., qui h. *die Sorgue* esse videtur atque apud Avenionem in Rhodanum infunditur.

Sulmo, ōnis, Colonia Solmontina s. Solmona, urbs Italiae propr. in Pelignis. A Solymo, Aeneae comite, condita primum Solymum dicta est. Inclaruit Ovidii natalibus. H. *Sulmona*; cives Sulmonenses; adj. Sulmonensis, e.

Sulmo, urbs vetus Italiae propr. in Volscis ad meridiem Norbae, quae jam mature deleta est.

Sunium, Suniacum prom., Graeciae prom. in Attica, cujus extrema frons est longe in mare prominens. In eo Minervae templum erat, unde etiam sacrum Sunion dicebatur. A multis ibi columnis extantibus vocatur h. *Capo Colonni*.

Sunium, vicus et portus Atticae in promont. cognomine ad montis declivitatem. Argentifodinas habebat, quapropter locus erat frequens atque opulentus.

Sunoniensis Lacus, in Bithynia, quem Ascanium lacum esse putant.

Superum Mare v. Adriaticum Mare.

Sura, urbs Babyloniae, tertia Judaeorum academia; h. *Sora*.

Sura, Galliae Belg. fluv., qui Mosellae jungitur; h. *Saucr od. la Sure*.

Surrentini colles v. Surrentum.

Surrentinum Promont., Campaniae prom. contra Capreas ins., a qua angusto freto dirimitur.

Surrentinum Promont. in Libya, pars Barces montis, qui usque ad Oceanum Atlanticum porrigitur. Idem atque Arsinarium esse putant; h. *Capo Verde*.

Surrentum, Sorrentum, opp. Campaniae ad oram Puteolani Sinus et Sarnum fluv. inter promontorium Minervae et Herculaneum. Nomen ejus a Sirenibus derivant. Colonia fuit Romanorum, ibique coeli salubritatem locique amoenitatem et veteres et recentiores laudant. Surrentini colles generosi vini feracitate nobiles erant. H. *Sorrento*.

Susa, ae et orum, Susa Memnonia, in S. L. Susan, urbs Persiae in Susiana ad Eulaeum et Choaspen fluvios. Darii erat opus et hiemalis sedes regum Persarum. Muris carebat et castellum habebat munitissimum, Memnonium dictum. Hanc Alexander expugnatam ingentibus opibus spoliavit. H. *Toster od. Schoschter in Chusistan*; incolae Susii.

Susia, urbs Ariae in Parthiae finibus.

Susiana, Susiane, Susis, idis, magna Persiae provincia, Babyloniae affinis et Persidi, a qua montibus transgressu difficillimis sejungitur. Tota erat plana et montibus altissimis inclusa, unde aestum ut maximum describunt. H. ibi est *Chusistan*; incolae Susii et Susiani.

Sutrium, Colonia Sutrina, Colonia Julia Sutrina, quam Livius Claustra Etruriae vocat, urbs Etruriae, X stadiis a Faleriis distans, Augusti colonia; h. *Sutri*; cives Sutrini.

Sybăris, is et itidis, Syberis, Siberis, fluv. in Bruttiis, eos a Lucanis dividens; h. *Sibari od. Coscile*.

Sybăris v. Thurii; civis Sybarita; adj. Sybaritanus, Sybariticus et Sybaritis, idis, f.

Sybŏta, portus Epiri, qui navali inter Corinthios et Corcyraeos pugna innotuit; h. *Sibota*.

Sybŏta, insula Epiro propinqua et maxima plurium insul. minorum.

Sycurium, opp. Thessaliae in Magnesia, Ossam montem adjacens; h. *Siguro.*

Syēne, urbs Aegypti in Thebaide ad Nilum e regione Elephantines ins. sita, unde eam atque Elephantinen imperii Romani claustra vocarunt. Ibi puteus est sub ipso aestivo tropico constitutus, in quo medio die totus solis orbis apparebat. H. in vicinia est *Assuân*; incola Syenītes.

Syleus Campus, regio Macedoniae, Thraciae finitima.

Syllium, opp. Pamphyliae inter Pergam et Aspendum mari propinquum. Ejusdem nominis aliud in Phrygia fuit.

Symaethus v. Simaethus.

Symbŏlon, onis, urbs et portus Chersonesi Tauricae, ad occasum prom. Criu Metopi, ubi praecipuus piratarum Tauricorum erat receptus; h. al. *Baluclava*, al. *Sibula.*

Symbŏlon, angustiae montium in Thracia, Philippis vicinae; quae nomen inde sunt adeptae, quod plura ibi montium juga jungebantur. Dicebantur eaedem etiam Sapaeae Angustiae.

Syme, Syma, Aegaei Maris ins. ad Cariam. Antea dicta est Metapontis et Aegle; Syme a Syme, Jalysi filia. Media erat inter Rhodum et Cnidum et portus octo habebat. Sterilis fuit et saxosa. Post primos colonos, cum Triope eo profectos, rex fuit Nireus. Post Cares occuparunt, deinde Lacedaemonii, Argivi, Cnidii et Rhodii. H. varie nominatur *Simio*, *Simmi*, *Sumberchi.*

Symplejădes v. Cyaneae.

Synăos, Synaus, urbs Phrygiae maj. prope Ancyram; h. quibusd. *Seguta.*

Synnăda, Synade, Synnas, urbs parva Phrygiae maj., in cujus vicinia marmoris egregii atque versicoloris fodinae erant. H. *Said Gazelle*; incolae Synaētae.

Sypheum, opp. Italiae in Bruttiis.

Syphnus i. q. Siphnus.

Syracūsae, urbs Siciliae magni ambitus, diu regum, post praesidum Romanorum sedes, multis castellis et operibus munita et porticibus instructa. Quinque urbibus co[nstabat], quarum una erat Orty[gia] in insula cognomine posita, ar[cem] urbis atque Arethusae fontem c[on]tinens. Conditor fuit Archias, a[nte] Christum DCCIX anno, ex Her[acli]dis, Corintho praefectus, atque [...] Dorienses ad Zephyrium Italiae h[a]bitantes sibi adsociavit, unde in[co]lae Dorica ligua usi sunt. Nom[en] vel a Syra et Cossa, Archiae fi[lia]bus, vel a quodam lacu deriv[at]. Potens fuit navibus. A Marce[llo] expugnata et spoliata, post eti[am] vastata a Sexto Pompejo, sed [ab] Augusto instaurata est. Hodie [...] stat, ubi olim Ortygia fuit, reliq[uae] partes devastatae jacent, sed cern[un]tur antiquitatis vestigia, in his [the]atri. Claros cives tulit Theocri[tum] poetam, Moschum grammati[cum], Archimedem mathematicum, q[ui] expugnatione Romanorum p[eriit], Flavium Vopiscum aliosque. H. [Sa]*ragosa;* incolae Syracusani et S[yra]cusii; adj. Syracusanus, Syrac[usius] et Syraeosius.

Syria, Syrie, Syra, Scyr[a], insula Cycladum supra Delum a[tque] ad Africum Teni. Olim Phoen[ices] eam tenuerunt. Urbem habuit [co]gnominem. Illustrata est natali[bus] Pherecydis philosophi; h. *Syra*, [...] lis *Syro.*

Syracusānus Portus, Syr[a]cosius, Port., in Corsica insu[lae] portus; h. *Porto Vechio.*

Syrgis, Scythiae Europ. [flu]vius, qui cum tribus fluv. majori[bus] in Thyssagetis oritur atque in Pal[u]dem Maeotida incurrit.

Syria, Asiae regio. Nomen e[st] Homero atque antiquissimis grae[cis] scriptoribus ignotum, etsi, quos v[o]cant Arimos, multi incolas arbitra[n]tur. Postea modo latiori, mod[o] strictiori sensu dicta est Syria, qu[ae] et promiscue de Assyria dicitur. Hodie sensu angustiore vocatur *Sy[rien]*, *Sorien*, *Soristan*, *Suristan;* incolae Syri; adj. Syrius et Syriacus.

Syriae Portae s. Pylae [...] Pylae Syriae.

Syringae, locus ultra Nilum apud Thebas, prope quem Memnonis statua sonora stetit.

Syrinx, Hyrcana, urbs Hyrcaniae non procul Tambraee.

...os, pop., qui in con-
... Ciliciae, ut vero si-
...tabat.

... Regio, Syrticum
...rtis.

...dis, magna, major,
... ad oram Africae, ver-
...vrenes, vadosus et na-
...xitiosus. Initium capit
...nont. et finit cum prom.
...n eo erant Syrtici Maris
... quas Ptol. Gajam, Pontiam et Misynum appellat. H. Italis *Golfo di Sidra.*

Syrtis minor s. parva, similis, sed minor sinus Interni Maris ad occidentem Syrtidis majoris, arenosis vadis inprimis periculosus, cui Cercinna et Meninx insulae sunt oppositae. H. *Golfo di Cabes*; Syrtides vero ambae *les Seches de Barbarie.* Maritima inter utrumque sinum ora dicebatur Regio Syrtica, atque populi Syrticae Gentes.

T.

... urbs Cariae in Phrygiae
...

... urbs Persidie in Paraetacene.

...nae, Tabernae tres,
...i prope Romam ad Viam
...h. al. *Tretabern*, al. *Ci-*
...

...rnae, Tabernae tres,
...uetum in Gallia Belg.; h.
...rn - Tabernae Rhenanae.

...rnae, Tabernae Tri-
...m, opp. Galliae Belg.; h.
...*abern* - Tabernae Alsaticae.

...ca, Tabracha, Thab-
... urbs in ora maritima Numi-
...ugitanae prov. vicina; h. *Ta-*
...

...rnus Mons, montes alti at-
...peri Italiae in Samnio, cujus
... meridionalis declivitas oliva-
...it feracissima; iidem ad au-
... Caudinas furcas cingebant. H.
...*ca Rainola u. Monte Virgine*,
...*urno.*

...ape, Tacapae Colonia,
..., urbs Africae amplae magni-
...s in Regione Syrtica ad inti-
... Syrtis min. sinum prope Tri-
... fluv. ostium sita; fere ubi h.
Gaps; adj. Tacapitanus.

...chphanhes i. q. Daphnae
...ae.

...der, eris, Terebris, Tere-
...s, fluv. Hispaniae Tarrac. in Ba-
...tanis, qui prope urbem Aloneu
... mare excurrit; h. *Segura.*

Taenarum, Taenarus, Taenaria, orum, Taenarium, Taenarius, promont. Peloponnesi in Laconica, cujus nomen a Taenaro, Icari filio, derivant. Innotuit maxime specu, per quem ab Hercule extractum fuisse Cerberum fabula refert; qui specus fuit prope lucum Neptuno sacrum. Celebratur ibi etiam templum Neptuni, ubi supplicibus summa erat securitas. Mirabilem etiam fontem in promontorio commemorant, atque infra illud erant portus duo, Achillēus et Psamathus. H. dicitur *Cap Matapan;* accola Taenarides, ae; adj. Taenarius et Taenaris, idis, f.

Taenărum, opp. Laconicae prope Taenarum prom., sinum Messeniacum adjacens; h. *Maina.* Hoc exscisso serius prope illud Caene s. Caenopolis aedificatum est.

Tagae, urbs Parthiae in Hyrcaniae finibus ad Labucam montem; h. *Dameghan.*

Tagonius, Carpetanorum in Hispania Tarrac. fluvius, qui Tajo miscetur; h. *Henares*, al. *Tajuna.*

Tagrus, mons Hispaniae Lusit. ad Tagum, Olisipponi propinquus; h. fortasse *Yunto*, al. *Monte di Sintra.*

Tagus, Hispaniae fluv.; in Celtiberis ortus Lusitaniam dividit atque infra Olisipponem XX stadiis latus in Oceanum occidentalem effunditur. Piscibus et ostreis abundat et gemmas aurumque generare dicunt. De auro multi consentiunt, idque omnino de Hispaniae fluviis praedicant. Sub gemmis lapides pretiosi in universum intelligi debent. H. *Tajo od. Tejo.*

Talabriga, Talabric... Hispaniae Lusitan. inter ...

Vacuam fluvios, prope Langobrigam. H. *Talavera de la Reyna*; al. *Aveiro*.

Talaura, Taulauris, urbs Cappadociae in Ciliciae finibus.

Tamăra, Tamaris, Hispaniae Tarrac. fluv., propinquus Celtico promont. Ejus fontes Plin. Tamaricos Fontes appellat atque ut memorabiles laudat; h. *Tambre*; accolae Tamarici.

Tamăra, Tamare, urbs Damnoniorum in Britannia Rom. ad Tamarum fl. sita; h. quibusd. *Tamerton*.

Tamărus, Britanniae Rom. fluv. in Damnoniis, qui inter Cenionis et Isacae ostia in mare egreditur; h. *Tamar*.

Tamarus, Thamarus, Italiae in Samnio fluv., qui fontes habet in Apenninis atque Calori jungitur; h. *Tamaro*.

Tamassus, Tamăsus, Tamaseus, Temĕse, urbs Cypri ins., Olympo monti ad caurum sita, metallo, quod aes Cyprium vocamus, opulenta; incola Tamasites et Tamasius; adj. Tamaseus.

Tambrax, Tambraca, urbs Hircaniae, fortasse eadem, quae Talabroca.

Tamĕsis, Thamesis, Tamesa, Jamesa, Jamissa, magnus Britanniae Rom. fluvius. Fontes habet in Dobunis multisque fluminibus auctus Augustam Trinobantum alluit atque in mare Germanicum emittitur. H. *Themse od. Thames*.

Tamuda, Taluda, Tanuda, fluv. atque opp. Mauretaniae Tingitanae.

Tamyna, urbs Euboeae in Eretriae territorio cum Apollinis templo.

Tamyras, fluv. Phoenices inter Berytum et Sidonem; h. *Damer*.

Tanăger, Tanagrus, Italiae in Lucania fluv., qui Atinum alluit atque aestate paene exsiccabatur. Non procul a fontibus terram subit, tum e specu, quo IV millia passuum latenter fluxerat, rursus emergitur atque Silaro miscetur. H. *Negro*.

Tanagra, ae et orum, urbs amplae magnitudinis Boeotiae, in arduo colle ad Asopum fluv. in Atticae finibus posita. Ante Groea dicta est. In ejus agro vinum proveniebat, quod generosissimum Boeotiae habebatur. H. *Scamino*; adj. Tanagraeus et Tanagrious.

Tanais v. Jaxartes.

Tanăis, Sarmatiae Europ. fluvius. Olim Amazonius ab Amazonibus accolis vocatus est. De ortu fluvii dissentiunt. Hodie compertum est, eum prodire ex vasta palude in Tatariae minoris et Rossiae magnae confinio, qui *Ivan* vel *Ivan-Osero* vocatur. Exit in Maeotin duobus ostiis, tribus hodie fere obstructis. Terminum Asiae atque Europae in illo plerique statuunt. H. *Don*, Tataris *Tuna* s. *Duna*; accolae Tanaitae; adj. Tanaiticus.

Tanăis, Sarmatiae Asiat. emporium celebre, ad fluvium cognominem positum; h. prope *Assow*.

Tanarus, Liguria fluv., qui Albam Pompejam praeterfluit, atque in Padum infunditur; h. *Tanaro*.

Tanătis, Tanetos, Britanniae Rom. ins., Duroverno propinqua; h. *Thanet*.

Tanfānae lucus, templum in Marsorum terra, inter Amisium et Lupiam flumina, prope Bogadium, quod Germanicus evertit; quibusd. h. *Corvey*, al. *Bentheimer Berg*.

Tannētis Vicus, Tanetum, Tannetum, vetus Bojorum vicus Galliae Cisalp. inter Parmam et Regium; h. *Taneto*, al. vicus *St. Illario*; incolae Tanetani.

Taphii v. Teleboae.

Taphiorum Insulae, Teleböides, Taphiae, insulae Jonii Maris inter Achajam et Leucadiam. Maxima earum Taphus, Taphos, serius Taphiusa; h. *Meganisi*.

Taphrae, urbs Chersonesi Tauricae in isthmo, ubi is angustissimus est. Is locus etiam Taphros appellatur a τάφρος fossa. Cum nempe Scythae diuturnum bellum gererent, servi cum dominorum uxoribus consueverunt, atque, ut redeuntes arcerent, fossam a Tauricis montibus ad Paludem duxerunt. H. urbs dicitur a Tataris *Orcapi u. Perecop*.

Taphros, Fossa, Fretum Gallicum, fretum inter Sardiniam et Corsicam; h. *die Strasse v. St. Bonifacio*.

Taphrūra, Taphra, urbs Africae propr. ad oram Numidici Sinus posita; h. *Sfax*.

Taposiris, Taposiris, Taphosiris, Tapostris, urbs Aegypti infer. inter Cynossema et Pin-

...ynam, quae ab Osiridis sepulcro ...men traxisse fertur, eoque cele...is accolarum conveniendi locus erat. ...raeter hanc duae cognomines Aegypti ...fer. urbes erant. H. quibusd. *Abusir.*

Taprobăne, prius Simundu, ...alaesimundu; Salice, Sele...iva, Sielediva, Asiae ins. in ...nu Gangetico. Claudii Imp. aeta... legatis, inde advectis, diligentius ...gnita fuit. Ei proximum est Co...cum promontor. quatridui naviga...one, et incipit ab Eoo Mari inter ...tum occasumque solis Indiae ...aetexta. Quae hod. sit discepta...r, plerique consentiunt in insula ...ylon od. *Ceylan.*

Tapsus v. Thapsus.

Tarantasia, Darantasia, urbs ...tronum in Gallia Narbon. et re...ne cognomine; h. *Moustiers*; re...o *Tarantaise.*

Taras v. Tarentum.

Tarasco, Tarascum, Taru...on, urbs Galliae Narbon. ad Rho...um e regione Belloquadrae; h. ...*rascon.*

Tarba, Tarbae, Castrum ...gerronense, urbs Galliae Aquit. ...n Bigerronibus ad Aturum fluv.; h. *Tarbes.*

Tarbellicae s. Tarbellae Aquae v. Aquae Augustae.

Tarcona, Tarcynia v. Tarquinii.

Tarentinus Sinus, Italiae in...fer. sinus inter Calabriam et Agrum Bruttium, ab urbe adjacente appellatus. Idem a Thurio opp. Thurius vocatur. H. *Golfo di Taranto.*

Tarentum, Graecis Taras, Italiae infer. in Calabria opp.; seriori aetate Tarentus. Urbis origo varie traditur. Multi Neptuni filium, Taranta, conditorem faciunt, alii Heraclidas, unde Herculeum apud Virgilium, plerique Lacedaemoniorum Parthenios, hinc Lacedaemonium apud Horatium. Praeter commodum situm portu innotuit et Colosso. Olim potentissima urbs, post luxu debilitata, quod inprimis bello Tarentino sub Pyrrhi adventu apparuit. Laudantur ob lanae bonitatem oves Tarentinae. Tandem facta est colonia Romanorum a. U. DCXXIX. H. *Taranto*, *Terent.*

Tarichēa, Palaestinae in Galilaea infer. opp. munitissimum prope urbem Tiberiadem. H. *Telhoue*, al. *Jefferkin*; adj. Taricheus.

Tarne, es, urbs Asiae in Lydia.

Tarne, urbs Lydiae.

Tarnis, fluv. Galliae Aquit., quam a Narbonensi dividit. In Garumnam emittitur; h. *Tarn.*

Tarodūnum, opp. Germaniae Danubio et Aris Flaviis propinquum. H. al. *Mark Zadern b. Freyburg*, al. *Derendorf.*

Tarphe, urbs antiquissima Graeciae in Locris Epicnemidiis sub Oeta monte in colle posita.

Tarquinii, urbs vetus Etruriae, quam primi ejus incolae condiderunt. Ex ea Tarquinius Priscus et Superbus originem traxere. Municipium fuit. H. ejus ruinae conspiciuntur ad ortum urbis *Corneto.* Accolae atque incolae Tarquinienses.

Tarracīna, Tarracinae. Tarracena, urbs Latii, quae serius Terracina, olim Trachine, Tarrachine, dicta est, ab asperitate loci in colle; incolae vero Volsci vocarunt Anxur (ŭris m. et n.), quo nomine et poetae utuntur. Ad mare sita erat et vicina Pomtinis paludibus. Colonia Romanorum fuit et templum habuit Jovis Anxuri s. Anxyri. H. *Terracina*; cives Tarracinenses; adj. Tarracinensis

Tarrăco, Sarracon, Tarraconensis Colonia, Colonia Victrix Togata, Julia Victrix Tarraconensis, urbs maritima Hispaniae in Cosetanis. Ejus origo est obscura; quidam Phoenices conditores faciunt. Sita erat ad Tulcim fluv. et sinum inter Iberi ostia et Pyrenaeos, atque metropolis Hispaniae citerioris, ab eaque etiam maxima Hispaniae pars Tarraconensis appellatur. Ejus portum Antoninus Pius amplificavit. Laudantur agri ejus vina. Tiberio imperante concessum est, ut ibi Augusto templum strueretur, quod labefactatum instauravit Hadrianus, postea Severus. H. *Tarragona*; incolae Tarraconenses; regio dicebatur Laletania atque etiam Tarraconensis.

Tarracōna, urbs Hispaniae Baet.; h. *Tarracona.*

Tarrăga, urbs Vasconum in

Hispania Tarraconensi; h. *Larraga*; incolae Tarragenses.

Tarsatica, Tharsaticum, urbs maritima Illyrici in Liburnia; h. vicus *Tersat.*

Tarseium, opp. Hispaniae Baet., Herculis columnis vicinum.

Tarsium, opp. Pannoniae infer.; h. *Tersacz.*

Tarsus, Asiae min. in Cilicia urbs vetusta, magna atque florentissima, quam Cydnus perfluit. Olim Crania et Hiera dicta est. Sub Romanis philosophiae studio aliisque artibus doctorumque virorum natalibus, inprimis Pauli Apostoli, inclaruit. Mirifice J. Caesarem coluit, in cujus honorem Juliopolis nomen sumsit. H. *Tarse.*

Tartărus, Atrianus, fluv. Venetorum apud Atriam urbem. Fontes habet prope Benacum lacum atque in Mare Adriaticum exit. Ad ejus ostium erant Tartari s. Atrianorum paludes.

Tartesii, Tartessii, pop. Hispaniae Baet., Herculis columnis propinquus.

Tartessiorum Saltus, Silvae Tartessidis, in Hispania, quas Curetes incolebant. Ibi Titanes cum Diis decertasse traduntur.

Tartessis, idis, regio Hispaniae circa Calpen.

Tartessius v. Baetis.

Tartessus, Tartēsus, opp. Hispaniae Baet. Disputatur de situ hujus antiquissimae urbis. Quidam inter duo Baetis ostia ponunt, qui fluv. Tartessius appellatus esse dicitur. Post dicta fertur Gadir, quod ad Gades rectius referas. Alii eam postea Cartejam vocatam esse opinantur et hinc promiscue utuntur utroque nomine. H. fortasse *Tariffa*; adj. Tartessius et Tartessiacus.

Taruanna v. Tarvanna.

Tarusātes, Galliae Aquit. pop. inter Vasates et Auscios, ubi h. *Marsan.*

Tarusco v. Tarascon.

Tarvanna, Tarvenna, urbs Morinorum in Gallia Belg.; h. *Terouenne.*

Tarvisium, Tarvesium, Trevisium, Trevisus, Venetorum in Gallia Transpad. ad Silim fluv. urbs antiquissima, quae medio demum aevo nobilior atque episcopi sede facta est; h. *Treviso od. Trevigi*; adj. Tarvisinus, Tarvisanus et Trevisinus.

Tasta, urbs Galliae Aquit. in Usidatiis ad Ossidam fluv. sita.

Tatta, Cappadociae in Morimene regione palus salsa; h. *Tuslag.*

Tauchira, Teuchira v. Arsinoë Cyren.

Taulantii, Illyrici pop. circa Epidamnum s. Dyrrhachium.

Taum Aestuarium, sinus Britanniae, qui idem ac Tava esse videtur; h. *Firth of Tay.*

Taunus, montium jugum Germaniae in Cattis, inter Aquas Mattiacas et Homburgum porrectum. Aliis iisque plurimis h. est *der Heyrich* et *die Höhe*, aliis *d. Duisberg b. Giesen.* In eo fuit Drusi castellum.

Taurania, Taurasium, urbs Hirpinorum in Italia infer. ad Caloris dextram ripam. Fuit colonia Romanorum; h. *Toretto*, al. *Taurasi.*

Taurasia v. Augusta Taurinorum.

Taurasini Campi, planities Sabinae prope Maleventum.

Taurentium, Tauroënta, Tauroëntium, Taurentum, Taurŏis, entis, urbs maritima Galliae Narbon. inter Carsicos et Telonem Martium. Nomen tulit a tauro, navis insigni, quae primos conditores a Phocaeensium classe huc dejectos vexit. Fluctuantur de hodierno nomine inter portum *le bras de St. George* et *le Evescat.*

Tauresium, opp. Moesiae infer., Haemo monti adjacens, Justiniani Imper. natalibus clarum, qui proxime illud Justinianam Primam condidit. H. *Giustendil.*

Tauri, Taurici, pop. saevus a Scythis oriundus, in occidentali et meridionali paeninsulae, ab eo dictae, parte sedens, qui in littus ejectos Dianae immolabat.

Tauri promont., in Lycia, quod Chelidonium etiam appellant. H. vocatur *Capo delle Celidonia.*

Tauri Aquae s. Thermae, calidi Etruriae fontes, Centumcellis propinqui.

Taurica, Taurica Regio,

aurica Chersonesus v. Chersonesus Taurica.

Taurici v. Tauri.

Tauriānum, Tauroëntum, p. Italiae infer. in Bruttiis circa etauri ostium; h. *Gioja*, al. putant *Seminara*.

Taurinum v. Augusta Taurinum.

Taurīni, Taurisci, pop. Liguriae Padum et Alpes accolens; h. *Piemont*.

Taurīnus Saltus, Taurini Saltus, regio Taurinorum in Albus, per quam Galli in Italiam netrarunt; ubi h. *Piemont*.

Tauris Insula, sita ad Illyrici maritimam in Mari Supero procul ab Issa; h. *Torkola*.

Taurisci, Taurusci, pop. in inter Savum fl., Peisonem lacum, Rhaetos et Vindelicos usque ojos habitans, cujus urbs prima Noreja fuit, a qua Noricorum men, apud Romanos usurpatum, isse videntur, postquam Romanus exercitus prope illam urbem fligatus erat.

Tauroënta v. Taurentium.

Tauroëntum v. Taurianum.

Taurois v. Taurentium.

Tauromenium, Tauromium, Civitas Tauromenitana, Colonia Augusta Tauromenitana, opp. Siciliae orientalis rupe Tauro ad mare positum, vigeneroso et marmore clarum. servili Siculo a Romanis, servis inclusis, vehementissime oppugnatum est. H. *Taormina*; cives Tauromenitani; adj. Taurominitanus.

Taurominius, Onobalas, Siciliae fluv. orientem versus, qui pro- Taurominium in mare infundi- . H. *Alcantara*.

Tauroscythae, pop. e Taurorum stirpe, qui inde ab istmo Chersonesi Tauricae ad oram maritimam usque ad Borysthenem habitabat; c. alios in australibus paeninsulae ilius montibus sedens. Terra, quam colebant, ex illorum nomine Tauroscythia appellabatur.

Taurūnum, Taururum, opp. Pannoniae infer. ad Savi et Danubii confluentem positum; h. *Belgrad-Alba Graeca* s. *Graecorum*; al. *Semlin*.

Taurus, promont. in orientali Siciliae latere, in quo et ad quod Tauromenium erat conditum.

Taurus, ingens montium jugum, quod ab India usque ad Chelidonium promont. Lyciae procurrit, atque adeo Asiam a septentrione versus meridiem in duas partes dividit. Varie hodie nominatur, v. c. *Bacrus*, *Cambel*, *Giulich*.

Taurus, Taurum v. Octodurum.

Tauruscī v. Taurisci.

Tava, Taus, sinus s. aestuarium ad orientalem Britanniae barb. oram, in quem Tavus emanat; h. *Firth of Tay*.

Tavalo, Corsicae ins. fluv. maximus; h. *Golo*.

Tavium, Tavia, urbs princeps Trocmorum in Galatia ad Halyn fluv.; h. *Goukourthoy*.

Tavus, Taus, Tava, Britanniae barb. fluv., qui in sinum cognominem effluit; h. *Tay*.

Taxila, Taxilla, Indiae intra Gangem in Taxilis urbs ingens et regia, inter Indum atque Hydaspem fluvios sita; h. *Cambaia*.

Taximyra v. Simyra.

Taygĕtum, Taygetus, Taygeta, orum, mons Peloponnesi inter Laconicam et Messeniam, qui cum prom. Taenario in Laconica finitur. Nomen habet a Taygete nympha, cum antea mons Amyclaeus vocaretur, ab Amyclis, urbe propinqua. Fuit excelsus, venationibus aptus ferisque abundans. In ejus vertice Soli equos sacrificabant. Strabonis aetate metalla in eo inventa atque effossa sunt. H. *les montagnes de Mainottes*, *Monte di Maina*, *Braccio di Maine*, *Portais*.

Teānum, Teanum Apulorum s. Apŭlum, urbs Italiae infer. in Apulia ad Frentonem fluvium. Intercidit, ejusque rudera quaerunt, ubi h. *Civitate*, al. apud vicum *Ponte Rotto*; cives Teanenses et Teani.

Teānum Sidicīnum, Tiano, Teanur, opp. Sidicinorum primarium in Campania et Romanorum colonia. Situm erat ad Massicum montem et thermis nobile; h. *Teano*; incolae Sidicini, Teanitae.

Tearus, fluv. Thraciae, qui Hebro miscetur.

Teāte Marucinorum, Teatēa, urbs Samnii in Maruccinis, in arduo colle ad Aternum fl. sita; h. *Chieti*, cives Teatini.

Teāte, n. indecl., Tectosăges, Tectosagae, fortissimi aliquando Gallorum, Pyrenaeis proximi ac Cemmeniis, quorum caput Tolosa erat, quique sedes postea ad Hercyniam silvam et Nicrum flumen posuerunt. Inde magna hominum multitudine in Pannoniam, Illyricum et Macedoniam transgressi, Asiam etiam petiverunt atque in Phrygia et Galatia consederunt. Serius circa Ancyram inveniuntur.

Tecelia, urbs Germaniae in Tubantibus, Huntae et Visurgis confluenti vicina; h. *Oldenbrook, od. Elsfleth.*

Tecmon, opp. Epiri in Molosside, quod alii Thesprotiae adscribunt; civis Tecmonius.

Tecum, Tichis, fluv. Sardŏnum in Gallia Narbon; h. *Tech.*

Tedanius, Illyrici in Liburnia fluv.; h. *Zermagna.*

Teganusa v. Theganusa.

Tege, Tegēa, urbs Africae propr. in Byzacio, propinqua Syrti minori.

Tegĕa, urbs Peloponnesi in Arcadia ultra Mantineam in Argolidis finibus. Nomen nacta est sub Tegeate, collecta ex IX pagis, atque Alĕum regem conditorem habuit. Strabonis aetate mediocri erat conditione, habuitque fanum Minervae Aleae, ab Aleo exstructum, quod omnis generis maleficis asylo erat. In eadem Pan praecipuo honore colebatur, inde Tegeas dictus. Ager ejus Tegeatis vocabatur. H. ruinae ejus *Paleo-Episcopi*, non procul *Tripolitza*; cives Tegeātae; adj. Tegeaeus, Tegeaticus et Tegeatis, f.

Tegestra, Tegestraeorum Urbs v. Tergeste.

Teïum, Tium, Tius, Tios, urbs Paphlagoniae a Milesiis condita, quae serius Bithyniae adscribitur. In ea natus est Philetaerus, auctor generis Attalicorum regum. In eadem Apollinis erat templum, unde Teïus vocatur. H. *Tilios od. Tios*; incolae Tiani.

Telamon, urbs Etruriae ad occasum lacus Aprilis; h. ibi vicus *Telamone*.

Telchines, incolae Cretae ins., qui Curetes etiam vocantur.

Telchinia, vetus ins. Cretae nomen.

Telchinia v. Sicyon.

Telebŏae, Taphii, pop. in occidentali Acarnaniae ora insulisque Taphiis habitans, a Lelegibus oriundus. Ob piraticam male audiebant. Pars ejus in Italiam migrabat.

Telebŏis, pars Acarnaniae occidentalis, antea Taphiou dicta, cum urbe Teleboa.

Telesia, Telessia, opp. Samnii ad Vulturni et Sabati confluentem, in quo Pontius rex sedem habuisse videtur; h. *Telese.*

Telis, Thelis, fluv. Galliae Narbon. Idem esse videtur, quem Graeci Ruscinonem vocant. Alii Ter nodubrum Plinii esse putant. H. *la Tet*

Tellus Cnossia i. q. Creta.

Tellus Ilia i. q. Troas.

Tellus Maeotica i. q. Scythia.

Tellus Oenotria i. q. Italia.

Telmessus, Telmissus, Telmēsus, Lyciae opp., quod alii in Caria ponunt, propter utriusque terrae confinium. Nobile fuit haruspicum disciplina. Locus, in quo olim stetit, nunc vocatur *Macri*; incolae Telmesses et Telmessi; adj. Telmessicus et Telmissius.

Telo Martius, Galliae Narbon. urbs maritima, portu instructa; h. *Toulon.*

Telonius v. Tolenus.

Telos, ins. Cycladum, longa, lata et angusta, quae unguentis compositis innotuit. Nomen invenit a Telone conditore; prius Agathusa appellata est; h. *Piscopia* od. *Dilos*; incola Telius; adj. Telinus.

Telphussa, Telpūsa, urbs Arcadiae ad dextram Ladonis ripam in colle posita; cives Telpusii.

Tembrogius v. Thymbris.

Temenites, mons prope Syracusas se attollens.

Temenitis, idis, f., fons in Temeno.

Temenos, Temenus, locus Syracusis propinquus, qui ad urbem referebatur. Ibi statua erat Apollinis, inde Temenites dicti.

emesa, Temese, Temsa, mpsa, urbs Italiae infer. in ttiis. Condiderunt eam Ausones, de, Thoante duce, Aetoli, quos nerunt Bruttii, et hos attrivere Hannibal et Romani. Celebrantur ejus vicinia officinae aerariae, e tamen jam Strabonis aetate uieverant, nec hodie revixerunt. nia a. V. DLXXVIII eo deducta est a Romanis. Ruinae ejus ubi Torre Luppa od. Torre del Lapi; Temesaeus et Temsanus.

emnus, mons Asiae min., qui ab Olympo versus occidentem nditur, Mysiamque in duas partes dividit, Idamque attingit; h. ...-Dag occidentalis, Kudy-... orientalis pars dicitur.

emnus, urbs Aeolidis inter ..., Phocaeam et Magnesiam ad ... fluv.; h. Menimen; cives ... et Temnitae.

Tempe Heloria v. Heloria ... npe.

Tempe Reatina v. Reate.

Tempe, plur. neutr., in Thessa... Loca fuerunt amoenissima inter ...mpum et Ossam, quae interfluebat Peneus. Erant quinque M. P. ...itudine et ferme sesquijugeri latitudine, attollentibus se ultra hominis visum textra laevaque leniter vexis jugis. Omnino sic appellantur loca amoena, inprimis silvis aqua interfluente, H. quibusd. ...stomo.

Tenchtēri, Tenctēri, Tenteri, Germaniae interioris pop., cum Usipetibus Rhenum transgressi, in Gallia a Romanis sunt fligati atque in Sicambrorum tutum venerunt. Ubi h. Cleve, Berg Mark.

Tenĕdos, Aegaei Maris ins. Nomen ex fabula habet a Tene, quem ter Cycnus novercae causa, cum ca inclusum in mare projecisset, ad hanc insulam ejectum incolae excepunt regemque crearunt; post mortem pro deo coluerunt. Antiquius nomen fuit Leucophrys. Sita est circa Troadem, Sigeo littori adjacens. Habuit urbem, duos portus, templum Apollinis Sminthei. Inclaruit jam Trojana tempestate. Post ...rsae ceperunt. Aeolum colonia deducta est,. Atheniensibus vectigalis fuit ac denique Romanis paruit. Vino generoso, magis etiam figlinis operibus nobilitata est. Urbs h. Tinedo, ins. Turcis Bozgia od. Boghée-Adassi, Tinedo; incolae Tenedii; adj. Tenedius.

Tenos, Tenus, ins. Cycladum in Mari Aegaeo. Dicta est olim Hydrussa et Ophiussa: Tenos a conditore Teno appellata. Ab Andro distabat passus mille, a Delo XV M. P. Oppidum in ea memoratur, in cujus ruinis h. vicus cum portu S. Nicolò. Clarissimum habuit Neptuni templum, in quo Neptunus tanquam medicus colebatur. Olim serpentibus scatebat, quos Neptunus ciconiarum ope sustulisse dicitur. Vino praestabat insula: fuit sub ditione Atheniensium, quibus erepta in servitutem redacta est ab Alexandro, postea ad Romanos pervenit. Nata ibi est Erinna poetria. H. dicitur Italis Tino, Francogallis Tene.

Tentyra, Aegypti in Thebaide opp. ad sinistram Nili ripam situm, cum Isidis templo. Ejus incolae fortitudine et calliditate, qua crocodilis insidiabantur, inclaruerunt. H. Denderah.

Teos, Teus, Teum, opp. Joniae amplissimae magnitudinis cum portu, quem Livius Geraesticum appellat. Conditorem faciunt Athamantem, unde etiam ante Athamas vocatum est. In paeninsula situm est, clarosque cives habuit, in quibus Anacreon excellit. H. prope parvam urbem Sedgigiek ruinae, quibus nomen dant Bodrun; incolae Teii; adj. Tejus.

Terebus, Terebris v. Tader.

Terēdon, Diridotis, urbs Babyloniae cum portu, ad occidentale Tigridis ostium sita. Ejus ruinae non procul ab urbe Balsora.

Tergeste, es, f., Tergeste, is, n. Tergestum, Tegestra, Tegestraeorum urbs, Carnorum, sec. alios Istriae vicus, deinde oppidum, ad intimum Adriae sinum. Id Romanis innotuit bello contra Japodes, ejusque opportunitate Augustus in illo usus est; idem sub Vespasiano, ut verisimile est, factum est colonia, ex quo tempore majora cepit incrementa. H. Trieste; adj. Tergestinus et Tergestaeus.

Tergestinus Sinus, intima Adriatici Maris pars versus septentrionem, a Tergeste urbe adjacente appellatus, quem Stephanus Aquilejum etiam vocat. H. *Golfo di Trieste.*

Teria, Terïa, mons aut oppidum Troadis.

Terina, urbs Bruttiorum, quam aedificarunt Crotoniatae, non procul a mari distans et sinu, inde Terinaeo dicto. Quae cum ab Hannibale deleta esset, nunquam vires revocavit, unde etiam sinus nomen extinctum est, in cujus locum Vibonensis et Hipponiatae successit. H. *Golfo di Eufemia* dicitur, a vico cognomine, infra quem ruinae urbis conspiciuntur.

Teriōli, Teriōlis, Teriola castra, Genaunorum in Rhaetia opp. vel castellum, Athesin fl. adjacens; h. *Tirol.*

Termes, Termēsus, Termantia, urbes duae in Hispania Tarrac., quarum una Pelendonum erat, atque olim Numantiae partibus studebat, Arevacorum altera, quae in colle posita erat. Una earum h. *Ermita de nuestra Sennora de Tiermes*, alteram magis meridiem versus sitam esse putant. Incolae utriusque Termestini, Termesii, Termantini et Termantes.

Termessus, Termissus, Termēsus, Telmissus, urbs munita Pisidiae in Tauri cacumine posita, quae major dicitur, ut discernatur a minore, itidem in Pisidia, quae ejus erat colonia. Sita fuit ad pylas, per quas transitus erat in Lyciam. Rudera ejus h. *Schenet* vocantur; cives Termessei.

Terponus, urbs montana Japodum in Illyria; h. *Teschernemble.*

Terracina v. Tarracina.

Terra sancta v. Palaestina.

Tesāna, Tesanum, Feltrinorum in Rhaetia opp. vel castellum; h. *Tesino.*

Tetarium v. Tyriaeum.

Tetranaulochus i. q. Naulochus.

Tetrapolis Attica, regio Atticae septentrionalis, quae urbes Oenoen, Marathonem, Probalinthum et Tricorythum complectebatur.

Tetrapolis Dorica, sedes Dorum in Locride, in qua Eri[neum,] Bojum, Pindus et Cytinium op[pida] erant sita.

Tetrapolis Syriae, regio [Sy]riae, urbes Antiochiam, Apam[eam,] Laodiceam et Seleuciam contine[ns.]

Tetrapyrgia, opp. Garsau[ritidis] in Cappadocia; h. *Ingesu.*

Tetrĭcus mons, Tetrica [ru]pes, **Tetrica**, mons asper[rimus] Sabinae, Apenninis junctus, [unde] tristes homines tetricos dicimus; [h.] *Monte S. Giovanni.*

Teuchira v. Arsinoë Cyre[naicae.]

Teucri i. q. Trojani.

Teucria i. q. Troja.

Teuderium, opp. Germ[aniae] Mediolanio et Bogadio propinqu[um;] h. *Detern.*

Teumēsus, Teumessus, [Bo]otiae mons exiguus, prope Th[ebas,] in quo Herculem, paene adhuc [pue]rum, leonem Teumesium interf[ecis]se, eique pellem detraxisse trad[unt,] qua postea pro pallio usus est. [Nu]meratur etiam in his, qui Ba[cchi] sacris dedicati erant. In eodem [Eu]ropam a Jove absconditam esse [di]cunt.

Teumessus, parvulum Boe[otiae] opp., agro Thebano propinquu[m.]

Teurisci, pop. septentrio[nalis] Daciae, ubi h. *Siebenbürgen.*

Teurnia, Norici mediterr[anei] opp.; h. quibusdam *Villach*, [al.] *Lurnfeld.*

Theuthrania, urbs Mysiae[,] a Teuthrante dicta; ubi regum [ve]terum sedes erat. In ejus terri[torio] Caici fontes erant.

Teutiburgum v. Teutoburg[ium.]

Teutoburgiensis sal[tus,] Germaniae locus famosus eo, q[uod] anno p. Chr. n. IX tres legio[nes] Romanorum fortissimae, Quintilio [Va]ro duce, a Germanis Arminii d[uctu] in trium dierum pugna conc[isae] sunt. H. *d. Teutenburger Wald* [zw.] *Paderborn u. Osnabrück.*

Teutoburgium, castellum [in] saltu Teutoburgiensi, quod h. *d[er]* *Teutenhof b. Detmold* esse videtur.

Teutoburgium, Teutiburgum, opp. Pannoniae infer. ad Tra[ja]num, inter Cornacum et Mursam; [h.] *Bieloberdo.*

Teutŏnes, Teutŏni, Germani[ae] populus, qui Ingaevonibus annume[rabatur]

t. a Plinio, ita dictus a Teutone sun-deo, a Tacito Tuscon apto, quem indigenam et terra n existimabant. Innotuit anno .n. CXIII bello Cimbrico, sedes ejus in insulis fuisse tradunt, Chersoneso Cimbricae adjacent. ine ejus omnes omnino Germa-populi signabantur. Adj. Teu-s.

habena, urbs Numidiae; incolae enenses.

habor, Itabyrios, Itaby-, Atabyrion, mons Galilaeae ., qui in planitie, Esdrelon s. el dicta, attollitur et duorum m. itinere Hierosolymis distat. est et mira rotunditate, ejus-astigium planitiem XXIII sta-n continet. H. *Tabor*.

abor, Chisloth Thabor, Galilaeae infer., ad australem montis declivitatem sita.

husium, castellum Phrygiae ae ad Indum fluvium.

admor v. Palmyra.

ala, urbs Numidiae, in quam tha cum thesauris confugerat. Q. Metellus vehementissime op-tam cepit. De situ scriptores pant.

amesis i. q. Tamesis.

anetus i. q. Tanetus.

apsacus v. Orontes.

apsăcus, Thapsacum, in Tiphsach, vetus et celeber-n Syriae in Comagene empori-d Euphratem, ubi olim in ori-s terras transire solebant. A co Nicatore Nicopolis appella-est. H. *el Der, Deer od. Deir*.

hapsus, Tapsus, urbs Afri-min. in Byzacio, bene munita in promontorio sita. In ejus a Caesar de Pompejanis victo-reportavit; h. *Demsas*.

hapsus, Tapsus, Siciliae opp. aeninsula prope Syracusas, quam insulam faciunt. H. *Isola delli ghisi*.

hapsus v. Tipasa.

harsaticum v. Tarsatica.

harsus i. q. Tarsus.

hasus, Thassus, Thalassia, thria, Acria, Odonis, Chry-ins. Maris Aegaei prope Thra-, contra Nesti ostium sita. Tha-nomen tulit a Thaso Phoenice, quem Cadmus frater ibi reliquerat. Post a Pariis frequentata est atque urbe aucta, quae duo portus habuit. Fertilis erat, et celebratur ejus vinum, metalla, marmor candidum. Iactatur porro in ea Herculis templum et cultus. Clari cives erant Stesimbrotus historicus et Polygnotus pictor. Libertatem adepta est a Romanis a. V. DLIII. in pace cum Philippo. H. *Tasso*, incolae Thasii, Thassii; adj. Thasius.

Thaumaci, Thaumacia, Thaumaciae, Thessaliae caurinae castrum vel oppidum in rupe positum, quo transitus per Othryn montem defendebatur; h. *Taimaki* et *Thoumako*.

Thebae, Thebe, Diospolis Magna, Aegypti super. urbs longe antiquissima et diu sedes regia. Sita erat ad utramque Nili ripam, atque ambitu tam vasto, ut jam Homeri aetate Hecatompylos a centum portis vocaretur. Eadem templorum aliorumque aedificiorum magnificentia, Memnonis colossea statua insignis fuit. Aliquot clades passa est, gravissimam a Cambyse, sic ut paulatim devastata jaceret. Ejus rudera cernuntur inter pagos *Carnak*, *Luxor*, *Gurnu* et *Medinet-Abu*; cives Thebaei; adj. Thebaeus, Thebaicus et Thebăis, idis, f.

Thebae, Thebe, Heptapylos, Cadmēa, Asopides, Dircaeae, urbs Boeotiae vetustissima et maxima. Nomen ejus ducunt a Thebe. Fabulosa murorum exstructio Zethi et Amphionis lyra nota est. Faciunt conditorem Cadmum, etsi ad arcem tantum referunt, alii instauratorem eum dicunt. Sita erat in media Boeotia, circuitu LX stadiorum, tota plana, figura rotunda, aquis abundabat, cum duo fluvii Asōpus et Ismenus per eam laberentur, ejusque septem portae celebrantur. Nobilitarunt eam, alumni Bacchus et Hercules, illustraverunt, evexeruntque Epaminondas et Pindarus, diruit Alexander M., ita tamen, ut Pindari familiae penatibusque parci juberet, instauravit Cassander. Multis omnino variisque fatis exercita fuit. H. vocatur *Thiba*, *Thiva*, *Stives*, et, ut oculati testes affirmant, praeter binas portas nihil restat. Ci-

-ves Thebani; adj. Thebanus, Thebäis, idis, f.

Thebae, Hypoplacios, opp. Mysiae, vicinum Trojae, quod Achilles expugnavit et diripuit.

Thebais v. Aegyptus.

Theganūsa, Thiganusa, Teganusa, ins. ante Acritas Pelo-nonnesi prom. posita, deserta, quae ad Messeniacum Sinum referenda est; h. *Isola di Cervi.*

Theium, urbs Macedoniae.

Themiscyra, orum, Themiscyrium, urbs Ponti prope Thermodontis ostium, Amazonum regia, a quibus condita fertur. Sita erat in planitie, quae Themiscyra Campus vocabatur. H. al. *Tavagoria*, al. *Lirio*, al. *Semiso*; adj. Themiscyrēus.

Thena, Thaena, Thenae, Theaenae, urbs Africae min. in Byzacio ad initium Syrtis min., post colonia Adriani cum Aeliae Augustae cognomine; h. *Taineh.*

Thenae, opp. Cretae, vicinum Cnosso.

Theodosia, Theudosia, Capha, Cavum, urbs Chersonesi Tauricae ad sinum Ponti Euxini, Coraci promont. propinqua; h. *Caffa, Feodosia.*

Theodosiopolis, post Apri, Apros, opp. Thraciae, colonia Romanorum, a Claudio deducta.

Theodosiopolis, Armeniae maj. castellum montanum, a Theodosio M. exstructum. Ejus incolae postea mercatura facienda opibus adeo affluebant, ut sui juris esse possent. H. ejus etiam ruinae ignorantur.

Theōn Ochēma, Deorum Currus, mons altissimus Africae interioris, quem noctu tantum flagrasse Hanno scribit. H. est, ut certo constat, *Sierra Liona.*

Thera, Aegaei Maris ins. Prius dicta est Calliste, post a conditore. Phoenices olim eum habitarunt, Membliario duce, quem Cadmus ibi reliquit. Plerique eam Sporadibus annumerant frugumque feracem esse perhibent. Olim sacra fuit Apollini. H. *Santorin od. Sant Erini.*

Therambus, urbs Macedoniae in Pallene paeninsula.

Therapne, Theramnae, Theramne, urbs Laconicae ad [sini]stram Eurotae ripam. Nomen [du]xisse ferunt a Therapne, Lel[egis] filia. Dioscuri ibi colebantur at[que] Apollo. Inclaruit Helenae natali[bus], quae ibi quoque sepulta esse d[ici]tur. Intercidisse videtur post [...] nium. H. quibusd. ubi est *Zam[...]*; incola Therapnaeus.

Therapne e. q. Corsica.

Therasia, ins. Sporadum [in] Mari Cretico, ad caurum Thera[e] Callistes sita.

Theriōdes (feris abundans), [in]terioris Libyae regionum cognom[en].

Therma v. Thermum.

Therma, urbs in Macedonia [in] Thessaliae confiniis versus Ther[mo]pylas.

Therma s. Therme v. Th[essa]lonica.

Thermae, opp. Siciliae. [Aquae] ibi erant calidae, quae Her[culi a] Nymphis ad recreationem ap[ertae] esse dicuntur. Collocatur urbs [pro]pe Himeram et Aegestam. Ad[ditur] nomini Himeraeae s. Himere[nses], quod Himerae incolae, destr[ucta] ipsorum urbe, Thermis cons[edisse] traduntur, sed alii id dubitan[t de] situ, et intelligunt Thermas Seli[nun]sias. H. *Termine*; cives Termitan[i].

Thermae Austriacae, Aquae Austriacae.

Thermae Helvetiorum, Aquae Helvet.

Thermae Selinusiae s. S[eli]nuntiae v. Ad Aquas.

Thermaicus Sinus, Th[er]maeus S., Macedonicum M[are], Macedonicus Sinus. No[men] haud dubie traxit ab adsita [urbe] Therme, quam postea Thessal[oni]cam vocatam esse multi scrib[unt]. H. *Golfo di Salonichi.*

Thermōdon, Thermodo[n], Asiae min. in Ponto fluv., [ad] dextram ripam Chalybes accol[unt]. Alia ante gessit nomina. Oritur [in] Armenio monte, per Themiscyr[am] Agrum labitur et prope flexuo[sum] promont. in Pontum Euxinum [ef]funditur. Celebratur ob sedes A[ma]zonum et Marti sacer erat; h. *Fe[...]za*; adj. Thermodontiacus et Th[er]modontius.

Thermōdon, parvus Boeot[iae] fluvius. Fontes habet prope Clis[...]

ad Hypaton montem et Asopo jungitur.

Thermopȳlae, in Thessalia, sic dictae, quod calidae aquae erant in faucibus; alii nomen derivant a lavacris calidis; quae ibi Minerva Herculi exstruxerat. Simpliciter autem Pylae vocabantur ab indigenis et accolis, Thermopylae a plerisque Graecorum. Erat ibi angustus et oblongus transitus per Oetam ex Hellade in Thessaliam, ab una parte erat mare, ab altera imminebant ...o montium cacumina, Callidromus ... Tichius. Livius transitum LX passuum latum facit. Inclaruerunt ... imis Xerxis prima clade ac ...idae interitu. Statis diebus ibi ...bat esse conventus Graeciae, ...em Pylaicum vocabant. Noti hinc Amphyctiones. In hodierno nomine ...iatur, aliis est *Bocca di Lupo*, ... *Terremoto*, al. *Caliar*.

Thermum, Thermus, Ther..., opp. Graeciae in Aetolia media. ... conventus egerunt Aetoli, ludosque quotannis fecerunt. H. *Evoria*; ...is Thermius; adj. Thermicus.

Thersitae, pop. Hispaniae occidentalis, mare accolens, quem Hannibal in Africam traduxisse dicitur.

Thespia, Thespīae, antiquum Boeotiae oppidum amplae magnitudinis, positum sub Helicone monte ... Sinum Crissaeum. Septingenti ...ium ejus cum Spartanis Thermopylas defenderunt, quibus idem atque illis fatum fuit. A Xerxe devastata denuo exstructa est. Praxitelis erat patria. Rudera ejus inveniuntur prope *Eremo Castro od. Rimocastro.* Incolae Thespienses, Theiadae, Thespii; adj. Thespias, adis, Thespiacus, Thespius.

Thesprōti, Thesprotae, populus primarius Epiri ad mare inde Chaonibus usque ad Ambracium sinum habitans. Ejus stirps erant Cassiopaei, Cassopaei s. Cessopi, itidem ... mare.

Thesprotia s. Thesprōtis, regio Epiri ad Jonii Maris littora ...que ad Sinum Ambracium; adj. Thesprotius.

Thessalia - terminos habuit Aegaeum Mare, Oetam montem infraque eum Locridem, Phocidem, Doridem atque Aetoliam. Pindus eam ab Epiro et Peneus atque Olympus a Macedonia sejunxit Nomen traxit s Thessalo. Dicta est olim Aemonia, Pelasgicum Argos, Hellas, Driopis a regibus, etiam Achaja. Dividebatur in IV partes, quae Pelasgiotis s. Magnesia, Thessaliotis, Jolcitis et Phthiotis erant. Romani attribuerunt Macedoniae. Populi, qui eam tenuerunt, Centauri, Lapīthae, Perrhaebi, Dolŏpes, Pelasgi, Myrmydŏnes fuerunt. Celebrantur ejus equi. H. *Thessalien od. Jenna*; incolae etiam Thessali; adj. Thessalicus, Thessalius, Thessalus et Thessalis, idis, f.

Thessalonīca, Thessalonicē, urbs Macedoniae in Mygdonia, serius primaria in Macedonia prima. Olim dicta esse fertur Halia vel Therme, etsi Plinius hanc a Thessalonice distinguit. Auctorem urbis et novi nominis plerique faciunt Cassandrum, duplicemque nominis caussam adfert Stephanus, vel quod Philippus ibi Thessalos vicerit, vel a nutrice filii, Nice, quae genus a Philippo ducebat. Strabonis aetate frequens fuit civibus. H. *Salonichi od. Salonik*, quae et nunc viget et multa antiquitatis vestigia et rudera servat.

Thestia, urbs Aetoliae ad ortum Agrinii; incolae Thestienses.

Thetidium, opp. Thessaliae ad ortum Pharsali cum Thetidis templo.

Theudaria, urbs Epiri in Athamania, e qua Macedones a Romanis ejecti sunt.

Theuma, Macedoniae vicus ad austrum Metropolis, versus Aetoliam situs.

Thia, Aegaei Maris insula. Silano et Balbo Coss. a. V. DCCLXXII vel p. Chr. n. XIX juxta Hieram vel Automatem natam esse refert Plinius, eamque Sporadibus adscribit. Omnino in illo maris tractu diverso tempore diversas insulas emersisse scribunt auctores. Quae sit h. nostra pro certo dici nequit.

Thicis i. q. Tecum.

Thilutha Castra, castellum Mesopotamiae australis in ins. Euphratis, Olabo, ut videtur, situm.

Thimarum, urbs Thessaliae.

Thisbe, Thisbae, opp. Boeotiae ad montis declivitatem non procul

a littore inter Creusam et Thespias positum; h. vicus *Kakosia*; adj. Thisnēus.

Thōn, urbs Africae propr., in quam se Hannibal, a Scipione fugatus, conjecit.

Thracia, Graecis Thrace, poet. Threce, ante Aria et Perce; Odrysia, Odrysia Tellus, apud scriptores medii aevi saepe Trachia, regio Europae inter Macedoniam, Haemum montem, Aegaeum Mare, Propontidem et Pontum Euxinum sita, ab occidente amnem Strymŏna olim, post, prolatis Macedoniae finibus, Nessum s. Nestum habuit. H. *Rum-Ili od. Romanien*; incola Thrax, Treissa, contr. Tressa; adj. Thracius et poët. Threicius.

Thracius Bosporus v. Bosporus Thracius.

Thria, vicus Atticae tribui Oeneidae proprius, a quo planities Thriasii Campi nomen traxit.

Thronium, urbs munita Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium amnem, ad cujus ostium Thronii portus erat.

Thule, Thyle, insula Oceani septentrionalis. In origine nominis variant auctores, sed magis etiam in insulae situ. Alii varie versus septentrionem ponunt atque ultimam insularum faciunt. Tantum constat, insulam Thulen prope Nerigonem esse quaerendam. Plerique igitur putant esse h. *Island* - Gardari insula, Islandia.

Thuria, Aepēa, Aepeia, urbs Messeniae ad Sinum Asinaeum s. Thuriatem s. Coronaeum; h. *Calamata*.

Thurii, Thurium, Thuriae, urbs Italiae infer. in Lucania inter Sybarim et Crathim fluvios. Ipsa olim dicta est Sybaris, post Copiae. Sybaris fuit opus Achaeorum, conditore Iselico, primo potens, post luxu fracta atque a Crotoniatis deleta. Novi incolae, qui post redierant, ab Atheniensibus et aliis Graecis oppressi sunt, atque urbis sedes in vicinum locum translata atque a fonte ejusdem nominis vocata est. Nomen Copiae a colonis Romanorum, eo deductis, impositum videtur. Hodiernum nomen al. est *il Cupo*, al. *Torre Brodognato*, al. *Terra Nuovo*. Incolae Sybaritae, Sybaritani, Thurini, Thuritae; adj. Sybaritanus, Sybariticus, Sybaritis, idis, subst. carmen lascivum; Thurinus.

Thurium v. Thyreum.

Thyamis, fluv. Epiri, qui Thesprotiam et Cestrinam disterminat et prope Acherontem fluv. et Thyamin prom. in Mare Jonium exit; h. *Kalama*.

Thyamus, mons, qui a septentrione versus meridiem e Pindo progressus in Acarnaniam extenditur.

Thyatīra, urbs Lydiae inter Sardes et Pergamum Lyco adjacens. Condidit vel instauravit Seleucus Nicator, quae jam prius Pelopiae vel Evippiae nomine adfuisse dicitur. Incolae ejus Thyatireni, qui purpurae textu non minus celebres erant, quam luxuriae nomine male audiebant. H. *Akhissar*.

Thyle v. Thule.

Thymbris, Thymber, Tembrogius, Bithyniae fluv., qui Sangario miscetur.

Thymbra, Thymbre, urbs Troadis et sec. Strabonem campus, quem Thymbrius fluv. permanat ibique Scamandro jungitur. Nomen e thymbrae herbae copia nactum esse putant, quam Latini canilam vocant. In eadem parte Troadis Strabo templum Apollinis Thymbraei fuisse tradit, in quo Achillem a Paride interemtum fuisse ferunt; unde fictus est locus fabulae, Achillem sagittis Apollinis occisum esse.

Thynia, regio maritima Bithyniae, quae a Thynis, advenis e Thracia, nomen adepta esse videtur.

Thynia, Thynias, ins. Ponti Euxini, Mariandinis in Bithynia propinqua, quae a Thynis nomen invenisse videtur. Eadem etiam Daphnusa, Apollonia et Apollonias vocabatur, quia Argonautis ibi apparuit Apollo, unde Apollinis insulam sacram vocarunt, eique aram statuerunt. H. *Kirpeh*, al. *Reva*, al. *Farnasia*.

Thynias, Thynnias, promont. s. acte et vicus Thraciae ad Pontum Euxinum; h. *Iniada Burun*, al. *Capo Tinno*.

Thyraea, Thyrĕa, Thyria,

urbs atque ager Argolidis non procul a mari, de quibus Spartani cum Argivis diu contenderunt; h. *Tyros.*

Thyrĕum, Thurium, Thyrium, opp. Acarnaniae, Leucadi vicinum.

Thysdrus, Tisdra, Tisdrus, Tusdrus, Oppidum Tusdritanum et Thysdritanum, Thisdrus, urbs Byzacenes interioris in Africa propr., in qua Gordianus pronuntiatus est Imperator. H. *El-Jemme.*

Thyssagĕtae, Thussagetae, pop. Sarmatiae ad Tanain. Habitant olim supra Bodinos ad boream, et in utraque ripa fluvii Rha versus Mare Caspium in planitie *Captschak.*

Thysus, Thyssus, urbs Macedoniae, Atho monti propinqua.

Tiarantus, fluv. Scythiae, qui Danubio infunditur; h. *Syl.*

Tiberiacum, urbs Bojorum in Gallia Cispad. prope Ravennam, antea Ad Caballos dicta; h. *Bagna Cavallo.*

Tiberiacum, opp. Ubiorum in Gallia Belg., inter Juliacum et Coloniam Agrippinam situm; h. *Bergen.*

Tiberias, olim Rakkah, urbs amplae magnitudinis in Galilaea inferiore ad lacum Genezareth, ubi Jordanes ex eo egreditur, qui ab ea quoque lacus Tiberiadis vocatur. Ab Herode Agrippa ornata atque in Tiberii Caesaris honorem nominata est. Haec a Vespasiano expugnata atque diruta, post Hierosolyma eversa paulatim vires recuperavit, ac seriori tempore per plura secula celebris Judaeorum academia fuit. H. ruinis obruta jacet. Prope illam thermae sunt nobiles.

Tiberina Insula, ins. Tiberis ad urbem Romam; h. *San Bartholomeo.*

Tiberiopolis, urbs Phrygiae maj. non procul Eumenia; h. *Ilgiun*, al. *Stronizza*; cives Tiberiopolitae.

Tiberis, Italiae propr. fluv. maximus. Vocatur etiam Tiber, Tybris, Thybris, Tibris, idis, Thymbris, quas formas grammatici poetis permittunt, in vulg. sermone Tiberis. Olim Albula (aqua) a colore; porro cognomen gessit Rumon a ruminando ripas; in sacris Serra; in aliqua urbis parte Terentum, quod ripas tereret. Oritur in Apenninis et multis auctus fluminibus naves patitur, per partem Etruriae fertur, a qua Umbriam, Sabinos et Latinos secernit, denique juxta Ostiam in Mare Tuscum erumpit. H. *Tiber* s. *Tevere*; adj. Tiberinus et poet. Tiberius.

Tiberinum Tifernum v. Tifernum Tiberinum.

Tibilis, Thibilis, urbs Numidiae mediterranea inter Constantinam et Hipponem; h. *Hamise.* Ab eo loco aquae calidae Tibilitanae s. Thibilitanae, versus euronotum sitae, nomen traxisse videntur.

Tibiscum; opp. Daciae; h. prope *Cavaran*; al. *Titul.*

Tibiscus, Tibissus, Pathyssus, Pathissus, Tisianus, fluv., Daciam et Pannoniam disterminans. In finibus Jazygum Metanastarum ad Carpates oritur, Rhabonem excipit atque in Danubium effunditur; h. *Theis.*

Tibĭsis, fluv. Thraciae; h. *Kara Lom.*

Tibŭla, urbs Sardiniae cum portu celebri ad fretum inter Sardiniam et Corsicam, Taphros dictum; h. *Longo Sardo.*

Tibur, ŭris, Tibŭra, Tibyris, urbs vetustissima Latii, quae a Siculis, Tiburte duce, ad utramque Anienis ripam atque in ardua rupe condita est. Cum diu Romanorum potentiae restitisset, tandem iis parere coacta est. Ejus territorium multis fontibus irrigatur, aërisque temperie singulari atque amoenitate, quam Anio catarrhactis auget, inprimis commendatur, quapropter multi Romanorum villas ibi habebant, inter quas Maecenatis atque Adriani Imper. exsplendescebant. H. *Tivoli*; incolae Tiburtes et Tiburtini; adj. Tiburtinus, Tiburs, Tiburtis, e, et Tiburnus.

Ticenum v. Ticinum.

Tichis, Hispaniae Tarrac. fluv. in Ceretanis, qui Rhodam alluit; h. *Muga*, *od. Llobregat menor.*

Tichium, opp. Aetoliae.

Tichius, sec. Strab. castellum in Thermopylis, sec. Livium autem Oetae montis cacumen.

R

Tichius, urbs munita Achajae Dymis vicina, cujus conditorem Herculem faciebant.

Tichiūsa, munitus in agro Mileti locus.

Ticīnum, Ticenum, serius **Papia, Pabia**, opp. Galliae Cisalp. ad Ticinum fluv., Levorum et Maricorum opus. Medio aevo regum Longobardorum sedes; h. *Pavia.*

Ticīnus, fluv. Galliae Cispadanae. In Rhaetiae finibus et Adula monte ortus Verbanum lacum efficit ex eoque decurrens contra Clastidium Pado miscetur. Inclaruit Hannibalis victoria. H. *Tessino.*

Tidanius v. Tedanius.

Tifāta, orum, montium jugum in Campania felici, quorum pars Capuae imminet. Ibi Hannibal castra posuit et Sylla Norbanum Procons. fugavit. Sacer erat Jovi, qui ibi templum habuit, inde Tifatinus dictus, et Dianae. H. *Monte di Capua.*

Tifernum Metaurense, opp. Samnii ad Metaurum fluv.; h. *St. Angelo di Vado*; incolae Tifernates Metaurenses.

Tifernum, Tiberinum, Tifernum Tiberinum, urbs Umbriae citra Apenninos ad Tiberim posita; municipium Romanorum; h. *Citta di Castello*; incolae Tifernates Tiberini.

Tifernum, regio Italiae ad Tifernum amnem sita.

Tifernus, fluv. Italiae infer. in Frentanis, qui in Apenninis fontes habet atque in Superum Mare effunditur; h. *Biferno.*

Tigis, Tigisis, urbs Mauretaniae Caesar.; adj. Tigisitanus.

Tigranocerta, urbs Asiae in Armeniae maj. et Assyriae confinio, sita in colle ad Nicephorium fluvium. Condidit Tigranes, Artaxiae filius, colonisque Graecis frequentavit. Quam cum Lucullus cepisset, peregrinos incolas remisit. H. ejus ruinae apud *Sered* esse videntur, al. *Bittis* vocantur.

Tigris, is et idis, m., in S. L. **Chiddekel**, Asiae fluv. Nomen traxit, quod sic Medi sagittam appellant, unde ejus celeritatem memorant auctores. Nomen antiquius fertur Diglito s. Diglad. Ejus fontes in regione Armeniae maj. quaerunt. Inde influit in lacum, quo transvecto in specu mergitur, unde prope Zoroanda erumpit. Hodie fontes in ea Assyriae parte, quae *Kiurdistan* vocatur in provincia *Scherezur*, ubi *Diarbekir*. Acceptis in Armenia duobus fluviis Assyriam ingreditur et Adiabenos disterminans facit Mesopotamiam. Circa Seleuciam in duos divisus alveos altero meridiem petit et Delas vocatur, altero septentrionem. Ubi remeaverunt aquae Pasitigris vocatur. Post Choaspen recipit; deinde in lacos Chaldaeos se fundit, atque ore M. P. Persico Mari infertur, vel duobus, ut alii volunt, ostiis, in quorum occidentali urbem Teredonem ponunt. Ita e[illegible] hodie effluit. Prope Seleuciam cum Euphrate jungitur. Memoratur inter Seleuciam et Babyloniam canalis regius (h. *Nahr al Mark*), fossus Seleuci Nicatoris, regis et Seleuciae conditoris, jussu; eum postea egessit denuo Severus, et aridum purgavit Julianus. Multos ex Euphrate alveos hod. quoque recipit Tigris. Navigabilis erat usque ad Opim [illegible] Seleuciam. H. *Tigris od. Tiger.*

Tigris, Pasitigris, Persiae in Susiana fluv., qui Eulaeum excipit ac partim Tigridi infunditur, partim Sinui Persico.

Tigurini, Helvetiae populus qui Cimbris conjunctus in Allobrogum terram irruperunt et Cos. L. Cassium resistentem fugarunt. Postea in Galliam Transalp. irruerunt unde post cladem sociis a Mario illatam in patriam se receperunt, [illegible] iisque pagus Tigurini nomen accepisse videtur.

Tigŭrum, Tigurium, Turicum, Thurĕgum, Duregum, Helvetiae opp. in Tigurino Pago ad lacum positum, quod temporis anti[illegible] qui scriptores ignorant. H. *Zurch*; adj. Tigurinus et Turicensis.

Tilaventus, Tilaventum, Tilavemptus, Tiliabinte, Venetorum fluvius. In Summis Alpibus oriundus ad occasum Anassi flum. in Mare Adriaticum emanat atque ostio suo portum efficit; h. *Tagliamento.*

Tilphusium, Tilphossaeum, urbs Boeotiae, Copaidi lacui adjacens.

nomen invenit a Tilphusa fonte, qui e monte Tilphusio profluebat circiter L stadiis ab urbe Haliarto.

Timachus, Timacus, Moesiae super. fluv. in Dardanis ortus atque in Danubium exiens; h. *Timok*; accolae Timachi.

Timāvus, Carnorum fluvius. Pluribus eum fontibus prodire multi affirmant, sed de numero controversia est; cum aliis Strabo VII tantum notat et Timavum e montibus delapsum sub terra occuli et sic CXXX stadia emensum, sicubi iterum emerserit, in mare excurrere narrat. Uno ostio in intimum sinum Maris Adriatici inter Aquilejam et Tergesten effunditur, in quo portus fuit. H. *Timavo*.

Timolus v. Tmolus.

Tina, Tinna, Britanniae Rom. fluv. in finibus Brit. barbarae; h. *Eden*.

Tingis, Tinge, Tingi, Tiga, Caesarea sc. Mauretaniae Tingit., urbs Africae in ea Mauretaniae parte, quae Tingitanae nomen inde traxit; Claudii colonia fuit, unde Juliae Traductae nomen adepta est.

Tingitanum Castellum, interioris Mauretaniae Tingit. castellum.

Tinia, Teneas, fluv. Umbriae; h. *Tinia*, al. *Topina*.

Tipasa, Tiposa, Thapsus, opp. Mauretaniae Caes. ad ortum Caesareae, quam Phoenices condidisse videntur; h. prope *Damus*.

Tiryns, ynthis, m. fluv. Argolidis.

Tiryns, Tiryntha, urbs Argolidis, Tirynthis, Argi filii, opus, quam Cyclopes muris ingentibus muierunt, quapropter Tirynthii hujus aedificandi generis inventores habentur. Herculis erat patria, unde et Tirynthius appellatus, quamvis Thebanus quoque dicatur. Ibi Perseus, avo occiso, sedem posuit; postea funditus eversa est. Adjacens regio dicebatur Tirynthia. Incola Tirynthius, fem. Tirynthēas et Tirynthis.

Tirynthia Aula v. Bauli.

Tisaeus, mons s. montis culmen in Thessalia.

Tisdra, Tisdrus v. Thysdrus.

Tisia, urbs munita Agri Bruttii ad austrum Mamertii, Rhegium versus.

Tisianus v. Tibiscus.

Tissa, Tisse, urbs Siciliae, quam Onobala alluit, ad Aetnae radices; h. *Randazzo*; incolae Tissenses.

Titaresius, Titarēsus, Thessaliae fluv. prope Olympum, qui Peneo infunditur.

Titarus, mons Thessaliae, in quo Titaresius fontes habebat.

Tithorĕa v. Parnassus.

Tithorĕa, Tithoraea, urbs Phocidis; h. *Velizza*.

Titius, Titium, Titus, Illyrici fluv., Liburniam a Dalmatia disjungens; h. *Kerka*.

Tium v. Teium.

Tlos, urbs magna Lyciae interioris, ad quam via super montes Cibyram ducit.

Tmolus, poët. Timolus, mons Lydiae, Tauri latus, qui per Lydiam extenditur; altus, sed vini crocique ferax; pars ejus septentrionalis Sardibus imminet, e qua Pactolus profluit. Ejus cacumen Tempsis vocatur. Antiquum Tmoli nomen Carmanorius fuit. H. *Bozdag*; al. *Tamolize*; incolae Tmolites.

Tmolus, urbs Lydiae in monte cognomine. Tiberio imperante, anno p. Chr. n. XIX, una nocte cum duodecim aliis terrae motu intercidit, eamque Tiberius instaurasse dicitur.

Tobinium, opp. Galliae Belg. in Helvetiis; h. *Zopfingen*.

Togata Gallia, aliis est Gallia Cisalpina, al. Gallia Cispadana s. ea, quae est inter Padum et Apenninos.

Tolbiăcum, Talbiacum, Tolpiacum, Tulpiacum, Tolpia, opp. Ubiorum in Gallia Belg.; h. *Zülch od. Tülpich*.

Tolentinum, Tollentinum, opp. Italiae propr. in Piceno Agro, et municipium; h. *Tolentino*; civis Tollentinas.

Tolētum, urbs Carpentanorum in Hispania Tarrac., Tajum adjacens; h. *Toledo*; adj. Toletanus.

Tolistobōgi, Tolistobogii, Tolistoboii, unus ex tribus Galatiae populis primariis, qui circa Pessinuntem incolebat.

Tolŏphon, urbs Locridis orientalis; incolae Tolophonii.

Tolōsa, Tolosa Colonia, Tolosa Tectosagum, Tolosatium Urbs s. Civitas, poet. Tolosa Palladia, opp. Volcarum Tectosăgum in Gallia Narb. prima ad Garumnam. Erat amplissimum ac splendidum et jure latino donatum, in quo litterarum studia florebant. Romani illud C. a. Chr. n. annis expugnabant, Capitoliique ejus thesauros Servilius Caepio abripiebat, qui fato suo proverbio: Aurum habet Tolosanum, locum dedit. H. *Toulouse*; incolae et accolae Tolosates et Tolosani, adj. Tolosanus, Tolosas, Tolosatis, e, Tolosensis.

Tolōsa, urbs Vasconum in Hispania Tarrac.; h. *Tolosa.*

Tolpiacum v. Tolbiacum.

Tomĕus, Tomaeus, montium jugum in Messenia prope Coryphasium.

Tomi, orum, Tomis, Tomeus, opp. Moesiae infer. ad Pontum Euxinum. Nomen deducunt a dissectione (τομῇ) Absyrti a Medea sorore ejus facta, alii a Tomo conditore, quod nomen Milesii coloni servarunt, teste Ovidio, cujus exilio magis innotuit. Postea factum est Scythiae provinciae metropolis. Alii ponunt ubi h. *Tultscha*, alii ostendunt ubi h. *Tomiswar*; incola Tomita et Tomitanus.

Tomisa, Tomisum, urbs Sophenes in Armenia.

Torandri, Galliae Belg. pop.; ubi h. *Sceland.*

Tornacum v. Bajanum.

Torōne, Torona, urbs Macedoniae. Nomen ducunt a Torone, Protei vel Neptuni vel Phoenicis filia. Portu erat instructa; notior sinu, qui inde Toronaicus, Toronaeus vel Toronicus vocabatur, antea Mecybernaeus, dum Mecyberna stabat, quique a Canastraeo prom. ad Derrim pertinebat. Urbem h. vocant alii *Ajomama*, al. *Perga*, al. *Castel Rampe*; sinum *Golfo di Ajomama.*

Trachēa, Tracheōtis, occidentalis, montana et aspera pars Ciliciae; incolae Tracheotae, Trachiotae.

Trachēa, Tracheotis, Seleuciae in Cilicia cognomen.

Trachin v. Heraclea Phthiotidis.

Trachinia, regio Thessaliae in Phthiotide juxta Heracleam, quae inde Trachiniae cognomen habebat; incolae Trachinii.

Trachonītis, ĭdis, Trachon, regio arenosa et montana ad austrum Damasci, inter Palaestinam et Coelesyriam, ubi quoque duo Tragōnes montes erant; incolae Trachonitae.

Tragia, Tragias, Aegaei Maris ins. prope Pharmacusam, apud quam Samiorum classis a Pericle victa est; videtur esse eadem, quae Tragaea.

Tragurium, Tragyrium, opp. Dalmatiae in insula, aggere cum continente conjuncta, quod marmoris praestantia celebratur; h. *Trau.*

Trajani Portus v. Centum Cellae.

Trajanopolis v. Selinus Ciliciae.

Trajanopolis Thraciae, urbs Thraciae interioris, quam Trajanus condidit, quaeque postea Rhodopes provinciae metropolis fuit. H. *Archovo.*

Trajectum, Trajectum vetus, medio aevo Trajectus Rheni s. ad Rhenum, Trajectum inferius, atque Ultrajectum Antonia, Batavorum in Gallia Belg. opp.; h. *Utrecht*; adj. Ultrajectinus.

Trajectus Mosae, Trajectum, Trajectensis Urbs, Trajectum Tungrorum, Tr. superius, urbs Galliae Belg.; h. *Mastricht.*

Tralles, ium, Trallis, urbs Lydiae ad Mesogis montis declivitatem in regione frugum feracissima, cujus incolae erant indigenae atque Graeci. Evanthia, Seleucia et Antiochia etiam dicta est, prius Antheiam vocatam esse ferunt. H. *Sultan-Hissar*; incolae Tralliani.

Transacincum, Contra Acincum, Pannoniae infer. opp. ad Danubium exadverso Acincum; h. *Pesth.*

Transmontani Astures v. Astures.

Transpadana Regio i. q. Gallia Transpadana.

Transsylvania, Ultrasylvania, Pannodacia, Dacia Alpensis, Daciae provincia, usque ad

montes Carpates et Axiacem fl. pertinens; h. *Siebenbürgen*

Transcudāna, urbs Hispaniae Lusit. in Vettonibus; h. *Ciudat-Rodigro.*

Trapezopolis, Trapezupolis, urbs Cariae in Phrygiae finibus; h. *Karadschefu*; incolae Trapezopolitae.

Trapēzus, untis, urbs primaria Ponti Cappadocii ad Pontum Euxinum, Sinopensium colonia atque emporium celebre. Olim Oezoenis dicta est. Memorabile ibi est mel venenatum, quod Xenophonte teste sanos insanos et insanos sanos facit. H. *Tarabosan* s. *Trebisonde*.

Trapēzus, untis, opp. Arcadiae ad Alpheum. Cujus cum incolae Megapolim transferendi essent, potius in Asiam ad Pontum Euxinum emigrarunt; unde jam Pausaniae tempore in ruinis jacebat.

Trasimenus lacus v. Lacus Trasimenus.

Traunus, Norici fluv., qui non procul Lentia urbe in Danubium exit; h. *der Traun.*

Treba, Augusta Treba, Marsorum in Italia propr. opp. ad Anienis fontes; h. vicus *Trevi.*

Trebia, Trebias, fluv. Galliae Cispad., qui ex Apennino delapsus prope Placentiam in Padum immittitur. Juxta eum Hannibal victoriam de Romanis reportavit. H. *Trebia*, *Trebbia.*

Trebiae, Treviae, opp. Umbriae; h. vicus *Trevi*, accolae et incolae Trebiates et Trebiani.

Trebŭla, urbs Campaniae montana, Suessulae vicina; h. prope *Maddaloni*; cives Trebulani Balinienses.

Trebŭla, Italiae propr. in Sabinis municipium, antiquis temporibus Mutusca s. Mutuscae dictum; h. *Trentola*; incolae Trebulani Suffanotes.

Trebulanus Ager, regio Trebulam in Campania adjacens.

Trecae, Treci, Augusta Tricorum, Augustobona, Augustomana, Tricasses, Tricassae, Civitas Tricassinum, urbs Galliae Lugdun. in Tricorii; h. *Troyes*;

Treviri, Treveris v. Augusta Trevirorum.

Tremetum v. Trimetus.

Tremonia, urbs Germaniae in Sicambris, inter Ruram et Lupiam sita; h. *Dortmund.*

Tres Tabernae v. Tabernae.

Trevisium, Trevisus v. Tarvisium.

Trevĕri, Treviri, Tribŏri, magnus Galliae Belg. pop. inter Rhenum et Mosam sedens, cujus equitatus in bellis cum Romanis excellebat.

Tribocci, Tribuci, Triboci Tribocchi, Tribochi, Trebŏci et Triboci, pop. Galliae Belg. ad Rhenum inter Mediomatrices et Treviros habitans; ubi h. *Elsass.*

Trica v. Alpina.

Tricca, Tricale, urbs Thessaliae in sinistra Penei ripa; h. *Tricala*; adj. Triccaeus.

Tricăla, Tricalum, Triocla, Triocala, castrum montanum Siciliae mediterraneae. Illustratum est bello servili Siculo, cum Tryphon, servorum rex, ibi sedem posuisset. H. apud. *Calata Bellota*, al. *Colatrasi Castello*; cives Triccalini, Tricalini.

Tricassae, Tricasses v. Trecae.

Tricasses; Trecasses, Tricasii, Tricassini, Galliae Celt. pop. inter Sequanam et Matronam fluvios incolens.

Tricastīni, Tricastēni, Galliae Narbon. pop., Allobrogibus annumerandus et Segalaunis vicinus.

Trichaices, Dorum cognomen. qui in Creta ins. consederunt.

Trichonium, Trachinium, opp. Aeolidis prope Lysimachiam.

Trichonius Lacus, Aeolidis lacus amplae magnitudinis ad ortum urbis Strati et montis radices situs.

Tricorii, Tricorium Regio, Tricorii Saltus, pop., regio et saltus in Gallia Narbon.; ubi h. *Marseille u. Aix.*

Tricorÿphus, mons Arabiae felicis, in cujus tribus cacuminibus totidem erant templa.

Tricornium, Castra Tricornia, urbs Moesiae super. prope Singidunum ad Danubium; h. *Columbacz*, al. locum *Tricorni* vocari volunt.

Tridentum, serius Tridentina Civitas, Tridentinum Ca-

stellum, opp. Tridentinorum in Rhaetia ad Athesin fluvium. Colonia Romanorum fuit; post ab Attila eversum est. H. *Trient od. Trento*, accolae atque incolae Tridentini; adj. Tridentinus.

Triēres, Triēris, parvum Phoenices castellum, inter Tripolim et Libanum ad ejus australem declivitatem; incola Trierētes.

Trifanum, locus Campaniae inter Minturnas et Sinuessam; h. *Li Vagnoli.*

Trimetus, Tremetum, Diomedēa, Teutria, altera Diomedearum insularum Apuliae orae propinqua, in qua Julia, Augusti neptis, in exilio diem obiit; ibidem sec. Plin. Diomedis monumentum fuit; h. *Isola di Tremiti.*

Trileucum v. Corpu.

Trimontium v. Philippopolis.

Trimontium, Selgovarum in Britannia Rom. opp.; h. nonnullis *Dowrige.*

Trinacia, Trinacria, Trinacris i. q. Sicilia.

Trinium, Trinius, fl. Frentanorum in Samnii finibus; h. *Trigno.*

Trinius, Illyrici in Dalmatia fluv. duplex; albus ex Scodro monte ortus; niger ex Lychnitide lacu. Uterque in Dalmatia jungitur atque apud Lissum effunditur. H. *Drino bianco u. Drino nero.*

Trinobantes, Trinoantes, pop. Britanniae Rom. juxta Tamesis Aestuarium. Caesaris adventu sponte se fidei ejus commiserunt, Nerone autem imperante contra Romanos rebellarunt. H. ubi *Kent u. London.*

Triocala, Triocla v. Tricala.

Triopia v. Cnidus.

Triparadisus v. Paradisus.

Triphylia, Tryphalia, Triphylis, Elidis pars meridionalis, juxta oram maritimam usque ad Alpheum et Pisatidem extensa, atque ita dicta, quod ejus incolae ex tribus diversis tribubus constarent. Ab ea Pylus Triphyliacae cognomen traxit.

Tripodiscus, vicus Megaridis in Geranea monte situs.

Tripolis, regio vel opp. Laconicae; h. *Tripolitza.*

Tripolis, urbs Phoenices portu instructa. Dicta est ex trium urbium coloniis, unde constabat, Aradi, Tyri et Sidonis. Singulae muris erant divisae, etsi hodie unius tantum vestigia apparent. Hodierna urbs ab antiqua situ distans a Turcis vocatur *Trapoli*, ab Arabibus *Tarabolos*, ab Italis *Tripoli di Soria*; cives Tripolitae.

Tripolis, urbs Asiae min. ,quam alii ad Cariam referunt; sita ad Maeandrum non procul Hierapoli. H. *Ostraven*, al. *Tribul*, cives Tripolitae.

Tripolis Africae v. Leptis Magna.

Tripolis, Tripolitana Provincia, pars Africae propr. ad utramque Syrtim posita. Nomen invenit ab urbibus tribus, Lepti Magna, Sabrata et Oea, quarum agros primum continebat.

Tripolis Pelagonia, Tripolitis, regio Thessaliae, Azorum, Dolilichen et Pythium urbes complexa.

Triquetra i. q. Sicilia.

Tritēa, urbs Graeciae in finibus Phocidis et Locridis; incolae Tritaei et Trittenses.

Tritium, opp. Autrigonum in Hispania Tarrac.; h. prope *Monasterio.*

Tritium Metallum, Hispaniae Tarrac. opp. in Veronibus; h. *Tricio*; al. *Tafalla.*

Tritium Tuboricum, urbs Varculorum in Hispania Tarrac.; h. *Motrico.*

Tritón, ōnis, torrens Orchomeni regionis in Boeotia, apud quem Minervam educatam esse tradunt, unde etiam Tritoniae cognomen habet. Urbem quoque hujus nominis in Boeotia fuisse perhibent.

Triton, Tritonis, idis, lacus in Africa prop. In ipso situ valde discrepant veteres. Hod. dicitur *Shibkah el Low-deah* i. e. palus signata, nempe propter seriem truncorum palmeorum, quibus iter et trajectio regitur. De flumine, quod veteres eam influere narrant, dissentiunt recentiores, ex quo soli conversio facta esse videtur.

Triton, ōnis, fluv. Africae propr. Ex Usaletone monte oritur, Palladem et Libyam lacus efficit atque in Syrtim minorem prope Tacapen

se exonerat. Ad hunc Minerva nata esse dicitur, quae inde Tritonia et Tritonis appellatur.

Tritōnum, opp. Doridis in Phocidis finibus, quod idem esse videtur ac Tritonus, quod Stephanus in Macedonia ponit.

Triumvirorum Insula v. Labinius fluv.

Trivicum, villa Campaniae, postea urbs, hodieque *Trevico* dicta.

Troas v. Alexandria Troas.

Troas, regio Asiae min., quae nomen cepit a Troja urbe primaria, atque oram Aegaeo Mari adjacentem complectitur, sec. Strab. a Lecto prom. usque ad Hellespontum porrecta et Rhodio fl. atque Ida monte terminata. Proprie pars erat Mysiae vel sec. Ptol. Phrygiae minoris.

Trocmi, pop. Gallicus in Galatia ad Halyis ripas habitans, quo una cum Tectosagis et Tolistobogiis migraverat.

Troesmis v. Trosmis.

Troezen, ēnis, Troezēne, Troezena, urbs montana Argolidis, cujus portus dicebatur Pogon. Nomina antiquiora fuerunt Aphrodisias, Saronia, Posidonias, Apollopias et Athanis. Nomen tulit a Pittheo, Pelopis filio, in Troezenis fratris memoriam, postquam huc ex Hyperea et Anthea incolas collegerat. Urbs erat haud ignobilis, a mari stadiis L. remota et Neptuno sacra. In Xerxis irruptione incolae ejus Atheniensium uxores, liberos, servos emissos benigne exceperunt. Ager ejus Troezene appellabatur et propinqua ora maritima Troezenium littus; H. rudera urbis inveniuntur prope vicum *Bamala*; cives Troezenii et Troezenii.

Troglodytīce, regio Aethiopiae sinum Arabicum adjacens, quae inde a Berenice usque ad remotissimam partem sinus versus austrum extenditur. Incolae ejus Troglodўtae nominabantur, et quamquam veteres in multis illis cognitae terrae partibus homines speluncas incolentes norant, tamen hoc nomen κατ' ἐξοχὴν indigenis ejus terrae mansit. H. fere ibi est *Costa di Acex*; adj. Troglodyticus et Troglodўs, idis, f.

Troja, urbs Asiae in Troade, Homeri, Virgiliique carminibus celebratissima, ita dicta a Troë rege, Erichthonii filio, cum antea a Teucro, Teucria atque a Dardano Dardania diceretur; non raro tamen a poetis pro ipso Ilio accipitur; incolae Trojani, Troi, poet. Troes Trojugĕna f. et Troiades; adj. Trojanus, Troicus, poet. Troius et Troiugĕna. m. et f. V. Ilium.

Troja, urbs Epiri in Chaonia.

Troja, urbs Venetiae in imo Maris Adriatici sinu, ubi Aeneam adpulisse tradunt.

Trojanum sc. praedium, Ciceronis villa in Latio.

Trojani, Troi, incolae Troadis et Trojae.

Troilium, opp. Etruriae.

Tropaea Augusti v. Augusti Tropaea.

Tropaea Drusi, in Germania, ubi h. Huxaria; non urbis esse nomen videntur, sed victoriae monumentum.

Tropaea Pompeji, in Hispania Tarrac. in Summo Pyrenaeo ad occasum Portus Veneris post devictos Hispanos a Pompejo tropaeum statutum.

Trosmis, Troesmis, Trismis, opp. Moesiae infer., non procul a Danubio positum.

Trotilum, locus Siciliae, media inter Syracusas et Leontinos via situs; h. *Trontello.*

Truentum, Truentinum Castellum, Truentinum Castrum, Italiae med. in Picentibus urbs magna et munitissima ad fluv. cognominem; h. *Torre Segura*, al. *Porte di Ascoli.*

Truentus, Truentinus Fluvius, in Piceno amnis, Truentum praeterfluens; h. *Tronto.*

Trutulensis Portus, Britanniae barbar. in Venicontibus portus, ex quo insulam circumnavigare conabantur. Prope *Firth of Tay* fuisse videtur.

Tubantes, Tubanti, Sabattii, pop. Germaniae inter Chamavos, Bructeros et Angrivarios habitans; ubi h. *die Grafsch. Mark.*

Tubero, Tuberus, Tonderus, Tomerus, Persiae in Gedrosia fluv., qui prope ostium lacum efficit; h. *Hor.*

ejusdem nominis urbes notae eran veteribus, ad Pontum Euxi-

Tubăris, Tubarus, Germaniae fluv. in Hermunduris in Moenum se immittens; h. *die Tauber.*

Tucca, urbs Mauretaniae Caesar., quam Ampsaga alluebat. Alteram cognominem Ptol. in interiore ejus provinciae parte memorat, idemque tertiam in Numidia.

Tucca, Tugga, opp. Africae propr. in Byzacio interiore, Terebentina cognominatum; idem ac Tuccabori esse videtur.

Tude v. Tyde.

Tuder, Tudertum, Tudertis, Colonia Fida Tuder, Tudertia, Tudertium, Tudere, opp. Umbriae, al. Etruriae, Tiberi vicinum atque in colle positum; h. *Todi*; incolae Tudertes; adj. Tudertinus.

Tugĭni, Tugeni, pop. in Helvetia, cujus caput Tugium erat; ab eo Tugenus s. Toygenus Pagus nomen invenit; ubi h. *d. Cant. Zug.*

Tulcis, Hispaniae Tarrac. in Laletanis fluv. Tarraconem praeterlabens, quem Plin. Subi vocat. H. *Francoli.*

Tuliphurdum, opp. Germaniae in Hermionibus; h. *Verden.*

Tulisurgium, urbs Germaniae in Dulgibinis, fere ubi h. *Detmold.*

Tullonium, Tulonium, urbs Vardulorum in Hispania Tarrac.; h. *Tudela.*

Tullum, Tullium Leucorum, metropolis Leucorum in Gallia Belg. ad Mosellam; h. *Toul*; incola Tullensis.

Tulpiacum v. Tolbiacum.

Tunes, Tynes, ētis, Tunis, idis, urbs Africae propr. in Byzacene ad lacum cum mari conjunctum, CXX stadiis Carthagine remota, quae in bellis cum Carthaginiensibus a pristino splendore defecit, post Carthaginem deletam rursus emersit. H. *Tunis* - Thunetum, Tuneta, Tunitium; adj. Tunetanus et Tunetaeus.

Tungri, Germaniae pop., qui Aduatici Caesaris esse videntur. Hi cum Rhenum transgressi essent, potentiam consecuti sunt.

Tungri v. Aduaca.

Turcae, Turci, pop. Sarmatiae Asiat. circa Paludem Maeotida.

Turdetani, Turdŭli, pop. Hispaniae Baet., cujus terra nominabatur Turdelania.

Turdetanorum Urbs, in Turdetanis Hispaniae Baet. opp., quod Romani diruerunt; in ejus loco hodiernum *Teruel* aedificatum est.

Turia, rectius Turias, Turium, fluv. Edetanorum in Hispania Tarrac, qui prope Valentiam in Sucronensem Sinum emittitur. Notum est Turiense praelium a Pompejo ad Valentiam prospere pugnatum. H. sine dubio est *Guadalaviar.*

Turicum v. Tigurum.

Turnacum, i. q. Tornacum; v. Bajanum.

Turōnes, Turonii, Turupii, Turpii, pop. Galliae Celt., ubi h. *Touraine.*

Turōni, Turonorum Civitas, Turonica Urbs, Turonum v. Caesarodunum.

Turres, Ad, urbs Liburniae inter Tarsaticam et Seniam posita; h. apud vicum *Stranke.*

Turres Aurelianae, Turres, Turres Caesaris, munitus locus ad oram maritimam Calabriae; h. *Polignano.*

Turres, urbs Calabriae ad ortum Barii; h. *Mola.*

Turris Calarnea, locus Macedoniae inter Strymona fluv. et Atho montem.

Turris Hannibalis v. Hannibalis Turris.

Turris Stratonis v. Caesarea Palaestinae.

Turuntus, fl. Sarmatiae Europ. inter Rhubonem et Chesinum se effundens; h. al. *Düna*, al. *Windau.*

Tusca, fluv. ab, Numidiam Africa propr. dividens; h. *Wadi-el-Berber.*

Tuscāna, urbs Etruriae, quae a Tuscaniensibus condita esse videtur; h. *Toscanella.*

Tusci, pop. Sarmatiae Asiat., inter Caucasum et Ceraunos sedens.

Tusci, Thusci i. q. Etrusci.

Tuscia, Thuscia v. Etruria.

Tusculanum, celebris Ciceronis villa, non procul Roma prope Tusculum sita.

Tusculum, opp. Latii vetus in ardu colle positum et C. stadiis Roma distans. Florentissimum erat si-

s amoenitate et Romae propinquitate usque ad medium aevum, quo cisum est; h. fere ubi *Frascati*; adj. usculanus, Tusculanensis et poet. usculus.

Tuscum Mare i. q. Tyrrhenum Mare.

Tusdritanum v. Thysdrus.

Tutēla, urbs Hispaniae Tarrac. Celtiberis; h. *Tudela*.

Tutia, locus Edetanorum in Hisp. Tarrac., apud quem Pompejus contra Sertorium pugnavit; h. quidam *Tous*; al. Turia legendum tant.

Tuticum v. Equus Tuticus; inde Tutienses.

Tyăna, Thyana, Thiana, ae orum, opp. Cappadociae, natura arte munitum, ad Tauri montis dices, Apollonii patria; h. *Nikdeh*, *Tycna*; incolae Tyanei; adj. Tyanensis et Tyanaeus.

Tyanitis, pars extrema Cappadociae meridionalis, in qua sita est Tyana.

Tyde, Castellum Tyde, Tude, Tudae, opp. Hispaniae Tarrac. in Groviis s. Gruiis; h. *Tuy*.

Tylae, Thraciae interioris opp.; *lilios*.

Tympania, Tympanaea, urbs idis.

Tymphrestus, mons Thessaliae propr., ex quo Sperchius fl. nascitur, et Othrys et Oeta montes exerunt.

Tyndăris, is et idis, Tyndarium, urbs Siciliae maritima versus septentrionem, ad Heliconem fluvium. Opus erat Dionysii majoris; quamdiu potens fuit ejusque pars mari hausta est. H. rudera exigua supersunt. Ab hac urbe promont. Tyndarium nomen reperit. Incolae Tyndaritae et Tyndaritani.

Typhon v. Orontes.

Tyragetae v. Tyrregetae.

Tyras, Tyra, Scythiae Europ. fluv. in Pontum Euxinum se effundens. Serius accepit nomen Danastris et Danaster. Originem habet sec. Herodotum ex ingenti palude, qua terra Scythica a Neuride separatur; fuit profundus, piscibus alendis aptus et bene navigabilis. Ostium ejus maris sinum efficit. H. *Dniester*, *Dnestr*.

Tyras, Tyra, opp. Scythiae Europ. Ante Ophiusa dictum est, deinde a flumine Tyrae nomen traxit. Adverso fluvio navigantibus CXL stadiis ab ostio in dextra ripa objectum erat. Quaerendum esse videtur, ubi h. *Pulanko* castrum cernitur.

Tyrediza, Tyrodiza, urbs maritima Thraciae in Perinthiis.

Tyriaeum v. Tetarium.

Tyrins, Tyrinthius v. Tiryns.

Tyrregetae, Tyrigetae, Tyrangitae, Tyritae, Tyragetae, pop. Scythiae Europ., qui stirps Dacorum et Getarum esse videtur, ad dextram Tyrae ripam sedens.

Tyrrheni i. q. Etrusci.

Tyrrhenia v. Etruria.

Tyrrhēnum Mare, Tyrrenum M., Tuscum, M. Mare Inferum, M. Ligusticum, mare quod a Liguria usque ad Siciliam extenditur. Interdum tamen distingunt Ligusticum Mare, quod Liguriae littus alluit a Tusco Mari, quod est inter Etruriam et Siciliam, atque Inferum Mare appellant communi nomine id., quod ab Alpibus usque ad Siciliam pertinet.

Tyrrhēnus Sinus, ad oram Etruriae maritimam sinus.

Tyrrheum, eadem urbs, qua Thyreum et Thyrium esse videtur.

Tyrus, Tyros, urbis celeberrima Phoenices. Quidam Sidoniorum esse coloniam putant, quos deinde opulentia et potentia superabat. Priscum ejus nomen Sor s. Tzor, unde Sarra et Sarranus in latinis auctoribus occurrit, post Tyrus, et, cum ea relicta incolae in novam Tyrum insulam migrassent, Palaetyros vocata est. Alexander M. ex vetere magnam saxorum vim ad exstruenda opera in obsidione insulae conquisivit. Haec angusto freto DCC passuum a continenti erat divisa. Inclaruit cultu Herculis, navigationibus, purpura, expugnationibus Alexandri M. Rudera ejus plurima adhuc cernuntur in insulae parte, in qua nunc est vilis vicus *Ssur* dictus, Antiquae Tyri vix ruinae quaedam supersunt; incolae Tyrii adj. Tyrius. Praeter nostram quatuor ejusd

num sita, in Lydia, Pisidia atque India.

Tyscus, castellum Galatiae ad Alandrum amnem non procul Pessinunte.

Tysdrus v. Thysdrus.

Tzurulum, Tzurulus, Syrallum, urbs munita Thraciae mediterranea atque in colle posita; h. *Tschurlu.*

U.

Ubii, Eubii, pop. Germaniae, qui a. Chr. n. ad dextram Rheni ripam sedebat, quo a Suevis compulsus erat. Deinde a Vipsanio Agrippa in sinistra ejus ripa collocabatur, ubi ab occidentali fluminis flexione juxta illud usque ad Navam incolebat, nomenque Agrippinensium capiebat. Metropolis ejus Ubiorum Oppidum s. Colonia Agrippina erat.

Ucense Castrum, Ucecia, Ucetia, opp. Galliae Narbon. in Arecomicis; h. *Uzcs.*

Ucŭbis, urbs Hispaniae Baet., vicina Cordubae. Inter eam et Ateguam Flumen Salsum (*Salado*) fluebat.

Udina, Utina v. Vetinum.

Ufens, entis, Aufidus, fluv. Latii, qui in montibus prope Setiam oritur et Paludes Pomptinas simul efficit; h. *Uffente*, al. *Portatore.*

Ufens, Galliae Cispad. fluvius.

Ugernum, Castrum Arelatense, urbs vetus et castellum Galliae Narbon. ad Rhodanum, ubi Avitus Imperator renunciabatur. H. *Beaucaire.*

Ulia, urbs Hispaniae Baet. prope Cordubam in monte posita; h. *Montemayor.*

Uliărus, serius Elorōna, ins. Galliae Aquit. contra Santonum littus et Carantoni ostium, cum urbe cognomine; h. *Oleron.*

Ulla, Via, fl. Hispaniae Tarrac. ad boream Minii; h. *Ulla.*

Ulpia, cognomine Nicopolis ad Nestum in Thracia.

Ulpia Sardica v. Sardica.

Ulpia Trajana v. Sarmizegethusa.

Ulpianum, Claudiopolis, Daciae mediterraneae opp.; h. *Clausenburg* s. *Coloswar* - Colosvaria.

Ulpiānum, urbs Moesiae super., quam Justinianus Imper. ornavit et auxit, unde post Justiniana secunda vocata est. H. *Giustendil* s. *Kostendil*; al. *Brisren od. Prisrendi.*

Ultrajectum v. Trajectum vetus.

Ulŭbrae, urbs vilis Latii, Pomtinis Paludibus propinqua; incolae Ulubrani et Ulubrenses.

Ulyssippo, Olisippo, Olysipsum, Ulyshona etc., urbs Lusitaniae ad Tagi ostium. Nomen ejus et originem multi ab Ulysse repetunt; certiore fide traditur, municipium Romanum fuisse et Felicitas Julia cognominatum. H. *Lissabon*; adj. Olisipponensis.

Ulyssis Portus, Siciliae in orientali ora portus.

Ulyssis Promont, Odyssēa, in Sicilia; h. *Capo Marzo.*

Umbri, Ombrici, magnus Italiae populus inter Padum, Tiberim et Mare Superum habitans, verum a Pelasgis sedibus pulsus in eas regiones migravit, quae ex eorum nomine Umbria vocatae sunt.

Umbria, Italiae med. regio, Etruriam et Superum Mare attingens ac Rubicone, Tiberi, Nare atque Aesi fluminibus terminata; per Apenninos in duas partes dividitur. H. *Urbino u. e. Theil v. Romagna u. Perugia*; incola Umber; adj. Umbricus.

Umbro, fluv. in Etruria; h. *Ombrone.*

Umbro, mons Etruriae; h. nonnullis *St. Quiricho.*

Unelli v. Venelli.

Ura Boos s. Boos Ura, Cauda Bovis, i. q. Drepanum prom.

Urania, urbs Cypri ins., quam Demetrius exscidit.

Uranopolis, vetus nomen Acroathi in Macedonia, ab Alexandro, Cassandri fratre, renovatum.

Urba, Orba, opp. Galliae Belg.

Helvetiis ad fluv. cognominem; *Orbe*.

Urbigĕnus pagus, (Verbigenus pag.) regio Helvetiorum inter Juram montem et Lemanum lacum, cujus caput erat Urba; h. *das Wadtland*.

Urbinum, Urbinum Hortense, urbs Umbriae amplae magnitudinis in rupe accessu difficili sita; h. *Urbino*; accolae et incolae Urbinates cogn. Hortenses.

Urbinum, opp. Umbriae, ad fluvium alterius cognominis, etiam Metaurense dictum, quod propius Metauro positum erat. H. *Urbania*, *Castel Durant*; incolae Urbinates Metaurenses.

Urbiventum v. Oropitum.

Urbis, Urbs, fluv. Liguriae, qui Tanaro miscetur; h. *Orbe* s. *Urbe*.

Urbs Aquensis e. q. Aquisgranum.

Urbs Salvia, opp. Piceni, quod idem ac Pollentia esse videtur; h. *Urbisaglia*.

Urbs Vetus v. Oropitum.

Urci, Urgi, opp. Hispaniae Tarrac. in Baeticae finibus ad mare situm. An idem olim Murgi dictum fuerit, dubitatur. Hodiernum nomen alii aliud proferunt, v. c. *Almeria*, *Murcia*, *Abrucena*, *Almacaran*, *Montril*.

Urcinium, Viroconium. opp. Corsicae ins. non procul prom. Rhio; h. *Ajaccio*.

Urcitanus Sinus, Maris Mediterranei in Hispan. Tarrac. sinus, cui opp. Urci nomen dedit. H. *Golfo di Carthagena*.

Urgo, ins. Tyrrheni Maris inter Etruriam et Corsicam. Post antiquum nomen in Gorgon s. Gorgŏna transiit, uti h. *Gorgona* vocatur.

Uria, prius Hyria, urbs antiquissima et primaria Japygiae, inter Urbalum fl. et Sipontum opp. Hanc Cretenses ante bellum Trojanum condidere. H. *Oria*; incolae Hyrini et Urini.

Urias Sinus, Apuliae sinus ab urbe Uria nomen adeptus; h. *Golfo di Manfredonia*.

Urolanium, Verolamium, Verulamium, Britanniae Rom. opp. et municipium in Catuellanis s. Catyeuchlanis. Erat una ex maximis Romanorum coloniis. H. ejus ruinae conspiciuntur prope *St. Albans*; adj. Verolamius.

Uscana, urbs Illyrici in Penestia regione et Macedoniae finibus; h. *Voscopoli*.

Uscudăma, opp. Thraciae in Bessis ad Haemum. In ejus locum Hadrianopolim successisse tradunt.

Usipĕtes, Usipetae, Usipii, Nusipii, Usippi, Germaniae populus. A Suevis sedibus pulsi ad Rhenum inferiorem progressi, trajectoque flumine per Menapiorum regionem in Galliam irruperunt. Verum Caesar victos Rhenum rursus transmittere coegit; postea inter Segum et Laganam fluvios consederunt.

Ustĭca, mons et vallis in Sabinorum agro.

Uthisia, Ruthisia, opp. Numidiae, quod Ampsagae forte vicinum erat.

Utĭca, Ityce, urbs antiquissima Africae propr. in Zeugitana, a Carthagine CC stadiis remota. Tyrios jactat conditores et Carthaginem vetustate superat, cujus sub imperio postea fuit. Posita erat ad Sinum Hipponiensem et maxima Libyae. Post Carthaginem eversam provinciae metropolis facta est et libera fuit, eoque Augustus coloniam deduxit. Nobilis est etiam Catonis minoris fato, inde Uticensis dicto. H. al. quaeritur, ubi *Bay-Shatter* cernitur, etsi sic mare aliquatenus, terra maris accessibus limoque aucta, recessit; alii perpaucas ejus ruinas inveniri putant prope *Porto Farina*.

Utina, Utinum v. Vedinum.

Utis, tentis, Vitis, fluv. Galliae Cisalp. in Senonum finibus; h. *Montone*.

Utum, Utus, fluv. in Moesiae infer., qui in Haemo monte ortus in Danubium infunditur; h. *Vid*.

Uxăma, Uxama Argellae, Auxima, urbs Araevacorum in Hispania Tarrac.; h. *Osma*.

Uxantis, Uxantus, Galliae Celt. ins. e regione Gobaei promont. in Osismiis; h. *Quessant*.

Uxĕla, Uzela, urbs Britanniae Rom. in Dannoniis; h. *Exeter*, al. *Lestuthiel*.

Uxellodūnum, opp. Galliae Aquit. in Cadurcis, arte naturaque munitissimum, quod J. Caesar maxima vi multoque labore oppugnatum ad deditionem subegit. H. *Puche d' Issolon*, al. *Ussekluz*.

Uxellum, urbs Selgovarum in Britannia Rom.; h. *Drumlanrig*.

Uxentum, opp. Calabriae in Salentinis; h. *Ugento*.

Uxii, **Oxii**, incolae montium eorum, qui ad utramque Oroatis fluv. ripam porriguntur, Persidemque et Susianam separant. Hos Syri Huzitas nominare videntur, latrociniis famosos.

V.

Vacates v. Vasates.

Vacca, urbs Africae propr. in Byzacio ad austrum Ruspinae.

Vaccaei, pop. Hispaniae Tarrac. Cantabris ad meridiem habitans. Agri ejus erant juris publici, ex quorum fructibus, si quis quid detinuisset, is morte plectebatur.

Vacua, **Vacos**, **Vacca**, fluv. Hispaniae Lusit., qui prope Averium in mare exit; h. *Vouga*.

Vada, castellum Galliae Belg. ad ortum Grinnium in Batavorum Insula.

Vada Sabatia, **Vada Sabotorum** v. Sabata.

Vada Volaterna v. Volterrana.

Vadimōnis lacus, Etruriae in agro Ameriae rotundus et modicae magnitudinis lacus, cum insulis natantibus; h. *Lago di Bassano*.

Vagabanta, urbs Mesopotamiae non procul a Persiae finibus sita.

Vagedrūsa, fluv. Siciliae, qui cum Achate inter Camarinam et Gelam fluit; h. *Manomuzza*.

Vagum, prom. Corsicae ins. orientem versus, inter Marianam et Mantinam.

Vahălis, **Vachalis**, Rheni alveus sinister versus occasum in Helium ostium se effundens; h. *die Waal*.

Valentia, **Civitas Valentinorum**, opp. Segovellaunorum s. Segalaunorum in Gallia Narbon. ad Rhodanum; h. *Valence*.

Valentia, urbs Edetanorum in Hispania Tarrac. Sita fuit juxta Turinam fl. III M. P. a mari remota. Origo ejus referenda ad a. U. DCXVI, qua Jun. Brutus iis, qui sub Viriatho militaverant, agros et oppidum dedit, quod Valentiae nomen accepit. A Pompejo in bello Sertoriano deleta, post instaurata et colonia eo deducta est. H. *Valentia*.

Valentia, urbs Italiae infer. in Messapiis, inter Clipeas et Brundisium ad Pastum s. Pactium fl. sita. Varie scribitur, Baletium, Balentium, Valetium et Valentium. H. ibi videtur *St. Marco*.

Valentia, urbs Phrygiae ma. non procul Laodicea.

Valentia, opp. Sardiniae; cives Valentini.

Valentia v. Vibo.

Valentianae, **Valentianae**, urbs Nerviorum in Gallia Belg. ad Scaldim fluv. sita; h. *Valenciennes*.

Valeria, locus munitus Lobetanorum in Hispania Tarrac.; h. *Valera la vieja*; incolae Valerienses.

Valeria, pars Pannoniae infer. sita inter Danubium et Dravum, quae ita dicta est sec. IV a Galerio Imper. in honorem conjugis. Cognomine Pannoniae s. Pannoniorum distinguitur ab altera Valeria, Italiae regione inter Umbriam, Picenum et Campaniam.

Valetium v. Valentia Ital.

Vandăli, **Vandalii**, **Vindili**, **Wandali**, populi Germaniae, foedere juncti, inter quos praeter alios Burgundiones, Varini, Carini et Guttones erant. Prius prope oram Baltici Maris habitasse videntur, sed postea in mediterranea Germaniae parte, ubi h. Lusatia et Moravia est, inveniuntur. Unde ex eorum nomine Asciburgius etiam Vandalici montes vocatur.

Vangio. Vangiones v. Borbetomagus.

Văngiŏnes, pop. Germaniae, Rhenum accolens; h. ubi *Worms* u. *Speyer*.

Vannia, Galliae Transpad. in Bechunis opp. ad Ollium fl. et supra Sebinum lacum; h. *Venzone*; incolae Vannienses.

Vapincum, Vappincensium Civitas, opp. Galliae Narbon. in Tricoriis, sec. al. in Caturigibus, ad Alpium maritimarum occidentalem declivitatem; h. *Gab*; adj. Vapincensis.

Varagri i. q. Veragri.

Vardănus, fluv. Sarmatiae Asiat.; h. fortasse *Kuban*.

Vardŭli, stirps Cantabrorum gentis in Hispania Tarrac. ad occasum Vasconum sedens; h. ubi *Guipuscoa* et *Alava*.

Varia, urbs Hispaniae Tarrac. in Veronibus, Iberum adjacens, ex eo inde loco navigabilem. Eadem, quae Varela s. Verela putatur. H. *Varea*.

Varisci, Varistae i. q. Narisci, Naristae.

Varus, Varum, fluv. Galliam Narbon. a Liguria dividens. Oritur in monte Cema s. Acema in Alpibus maritimis prope arcem *St. Stephani*, et rapide saepe intumescit atque inundat. H. *Var*.

Vasatae, Vasates v. Cossio.

Vasātes, Vacates, Basabocates, pop. Galliae Aquit.; ubi h. *Bazadois*.

Vasco v. Vasio.

Vascōnes, pop. Hispaniae Tarrac. borealis, qui serius etiam in Gallia Aquit. considebant, unde terra illorum dicebatur Vasconia; ubi h. *Navarra*.

Vascōnum saltus, Vasconiae saltus, in Vasconibus; h. *Sierra de Orcamo*, *Angana*, *Sejos*.

Vasio, Vasis, Vasco, opp. Vocontiorum in Gallia Narbon., Troji Pompeji patria. H. est *Vaison*, ita tamen, ut veteris urbis vestigia in dextra ripa fluvioli *Ouvese* sint, ubi nunc templum, cum recentior urbs *Vaison* in sinistra posita sit.

Vastetani i. q. Bastetani.

Vastonium v. Histonium.

Vecilius mons, in Latio non procul Algido oppido situs.

Vectis, Vectēsis, Vecta, Ictis, ins. Britanniae Rom. ad meridiem objecta, quam Vespasianus sub Claudio Romanis subjecit; h. *Wight*.

Vectones i. q. Vettones.

Vedăsus, Vidassus, fl. Vasconum in Hispania Tarrac., qui Menlascus etiam dicitur. Ortus in Pyrenaeis in Oceanum Aquitan. effunditur; h. *Bidassoa* - Bidossa.

Vedinum, Utinum, Utina, Udina, urbs Galliae Transpad. in Carnis; h. *Udine od. Weiden*.

Vegium, Vegia, urbs Illyrici in Liburnia incerti situs; h. *Vezza*.

Vejens Ager, urbis Vejorum territorium.

Veji, opp. Etruriae antiquum, quod cum agro suo duodecim liberis Etruriae civitatibus adnumerabatur. Olim opulentissima fuit et potentissima, splendidisque aedificiis ornata. Hanc Camillus post decem annorum obsidionem cuniculis actis cepit. Roma a Gallis eversa, quo minus Romani, propter situs opportunitatem imperii sedem eo transferrent, Camillus obstitit. Paulatim plane defecit, sic, ut Flori aetate ne ruinae quidem ejus extarent. Incolae Vejentes et Vejentani, Fabiorum internecione notissimi; adj. Vejentanus et Vejens.

Velauni, Vellavi, parvus Galliae Aquit. populus, sec. Caesarem stirps Arvernorum, qui maximam partem in Cebennica regione et ubi h. *Velay* incolebant.

Veldidēna, Breucorum in Rhaetia opp. prope Aeni Pontem; h. *Wilten*.

Velĭa, Elĕa, Ella, Helia, Hyela, Veliae Velea, urbs Lucaniae, proxima Haleti fluv., ad quem et portus Velinus. Antea Cyrus fuit appellata. Phocaeenses, ex Corsica et Massilia ejectos, conditores faciunt. Patria fuit Parmenidis et Zenonis Pythagoraeorum, unde uterque Eleātes dicitur et hinc schola Eleatica. H. *Pisciotta*; incolae Velienses.

Velīnus, fluv. Sabinorum, qui in summo Apenninorum jugo fontes habet prope Ternos catarrhacten facit, tum Velinum lacum ingreditur. H. *Velino*.

Velitrae, urbs magna et frequentissima Volscorum. Post expugnationem a Romanis ejus opes minutae sunt. Ex ea genus Augusti originem traxit. H. *Velletri*; cives Veliterni; adj. Veliternus et Veliterninus.

Vellaudunum, Vellaunodunum, opp. Galliae Celt. in Senonibus; h. *Beaume*.

Vemania, Vimania, Veniana, Venaeum, urbs Estionum in Vindelicia; h. *Immenstadt*; al. *Wangen*.

Venāfrum, Venafra, opp. Samnii in Hirpinis, sec. al. Campaniae, serius colonia Romanorum; inclaruit olei praestantia, quod in agro Venefrano proveniebat. H. prope *Venafro*; incolae Venafrani.

Venedi, Venedae, pop. Sarmaticus ad orientalem Vistulae ripam et usque ad Guttali fl. ostium et Montes Venedicos s. minores montes inter Prussiam et Poloniam habitans, prius ab Aestiis sedibus pulsus; h. *die Wenden*.

Venedicus Sinus, Baltici Maris sinus inter Vistulae et Guttali-ostium extensus, qui nomen a Venedis accolis reperit.

Venelli, Unelli, Veneli, pop. Galliae Celt. juxta Olinae fluv. ostium, quorum caput erat Coriallum (*Cherbourg*). Ubi h. *Cotentin*.

Veneris oppidum et promont. v. Aphrodisios Cilic. prom.

Veneris portus, urbis Castri Minervae in Calabria portus; h. *Porto Badisco*.

Veneris portus v. Portus Veneris in Liguria.

Veneris portus, Pyrenaei portus v. Portus Veneris etc.

Venĕtes, Veneti, Galliae Celt. pop., rei nauticae in primis peritus, mature mercaturam faciens et potentissimus, sed a J. Caesare fractus et subactus. Ubi h. *Vannes*.

Venĕti, pop. Galliae Transpad., qui antiquioribus dicitur Heneti. De eorum origine diversae feruntur narrationes; alii Gallorum progeniem, alii Henetorum quosdam ex Paphlagonia, Antenore duce, e bello Trojano huc evasisse putant. Plures auctores posteriorem sententiam verosimilem faciunt. Scilicet Heneti seditione e Paphlagonia pulsi, et[...] des et ducem, Pylaemene rege [...] Trojam amisso, quaerentes, in in[...]mum Maris Adriatici sinum ven[...] unde locus Troja ibi dicitur, a[...] pagus Trojanus. Regionem vet[...] Venetiam dixerunt. H. fere *das V[...]netianische Königr.*; adj. Venetus.

Venetia, regio Venetorum [...] Gallia Cisalp., quae Adriatico M[...] Timavo flumine, Alpibus et At[...] terminabatur. V. Veneti.

Venetia, terra Venetorum [...] Gallia Celt. ad Oceanum Aquitan[...]ta; ubi h. *Dep. Morbihan in Bretag[...]*

Venetia, Civitas Venetorum, Civitas Venetica, Dariorigum, Darioritum, Dariorigum Venetorum, Veneti, urbs Vene[...]rum in Gallia Celt. in promo[...] posita; h. *Vannes* - Venetiae; adj. [...]netensis.

Veneticae Insulae, plu[...] contra regionem Venetorum in Ga[...]lia Celtica sitae insulae, quar[...] maxima h. *Belle Isle* dicitur.

Venetiae, urbs insignis in inti[...]mo Maris Adriatici recessu posit[...] Anno p. Chr. n. CCCCXXI Aquile[...]jenses et Patavini Hunnorum terro[...] atque ob urbium suarum excidiu[...] Adriat. Maris insulas fuga occup[...]runt atque initio in Rivum Altu[...] se recipientes prima Venetiarum [...]bis fundamenta jecerunt. Sita er[...] urbs in LX insulis, (XII aliis tan[...]dem adjectis) parvo inter se spati[...] disjunctis. H. *Venedig*.

Venetus lacus v. Lacus Br[...]gantinus.

Venicnium, Hiberniae pro[...] versus septentrionem, quod nome[...] cepit ab accolis Venicniis s. Venni[...]cniis; h. *Horre-Head*, al. *Rame-Head*.

Vennŏnes, Vinnŏnes, Vennonetes, pop. quem Strabo Vindelicis, Plin. et Ptol. Rhaetis annumerant, ad sinistram Lici partem sedens; fere ubi h. *Graubünden*.

Venta Belgarum, urbs Britanniae Rom. inter Clausentum et Callevam Atrebatiorum; h. *Winchester*.

Venta Icenorum, opp. Britanniae Rom.; h. *Caster*, al. *Lynn*.

Venta Silūrum, Britanniae Rom. opp. inter Iscam et Abonem; h. *Caër-Gwent*.

Ventia, urbs Allobrogum in Gallia Narbon.; h. *Vinay*.

Ventisponte, Ventipo, urbs Hispaniae Baet.; h. prope *Puente de Don Gonzalo*.

Venusia, urbs vetus Hirpinorum Lucaniae finibus, quam modo Apuliae, modo Peucetiae adscribunt. Facta est colonia et sedes armorum, quo Romani contra Italiae infer. populos bellarent. Horatii natalibus inclaruit, qui illam Altricem Apuliae vocat. H. *Venosa*; cives Venusini.

Veragri, pop. Alpes Grajas et Penninas incolens; ubi h. d. *Wallisland*.

Verbanus lacus v. L. Verbanus.

Verbigenus Pagus i. q. Urbigenus.

Verbinum, Vervinum, Vibinum, opp. Galliae Belg. in Veromanduis; h. *Vervins*.

Vercellae, media aetate Vercellis, Libicorum in Gallia Transpad. metropolis bene munita et magni ambitus, posita in finibus Insubrum. H. *Vercelli*; adj. Vercellensis.

Vergae, urbs Bruttiorum; h. *Rogiano*; al. *Rogiano*.

Vergellus, parvus Apuliae fluv., pugnae Cannensis locum alluit; *Vergello*.

Verometum, Verometum, opp. Coritanorum in Britannia Rom. inter Ratas et Maridunum; h. *Willoughby*; al. *Burowhill*.

Vernodubrum fl. v. Ruscino.

Verodunum, Verodunensium Civitas, Viridunum, Virodunum, opp. Mediomatricorum in Gallia Belg. Mosam adjacens; h. *Verdun*.

Verolamium v. Urolanium.

Veromandui, Viromandui, Veromandyes, pop. Galliae Belg. inter Nervios atque Atrebates; ubi h. *Vermandois* - Veromanduanus Ager.

Veromandui v. Augusta Veromanduorum.

Verōna, Colonia Augusta Verona Nova Gallieniana, urbs Galliae Transpad. in Venetia, quam Athesis alluit. Condita est a Brenno, Gallorum duce, a quo Brennona primum dicta est. In ea vel prope eam Catullus poeta lucem adspexit, nec non Vitruvius, Plinius Maj., Corn. Nepos. Mature facta est colonia, post sub Gallieno et Augusta nominata. H. *Verona*; incolae Veronenses; adj. Veronensis.

Verōna, Berea, urbs Helvetiae in paeninsula, quam Arola, fluv. navigabilis facit; h. *Bern*; incola Bernas; accolae Bernenses.

Verrūgo, opp. Latii in Volscis, prope quod praelium inter Romanos et Volscos commissum est; h. *Gorgo*.

Verūca Castellum, in arduo colle juxta Athesin in Rhaetia positum castrum; h. *Vorst in Tirol*.

Verŭlae, Verulanum, opp. Latii in Hernicis; h. *Veroli*; incolae Verulani.

Verulamium v. Urolanium.

Vesbius v. Vesuvius.

Vescelia, opp. Oretanorum in Hispania Tarrac; h. *Vilches*.

Vescia, urbs Latii, Liri fluv. vicina; incolae Vescini. Regio circa Lirim fluv. usque ad Sinuessam ab iis Vescinus Ager dicebatur. Ex quo in Romanorum potestatem venit, ejus memoria intercidit.

Vesentium, Vesentia, Visentium, Visentia, urbs Etruriae non procul Volsiniensi Lacu; h. *Bisentio*; accolae atque incolae Vesentini fuisse videntur.

Veseris, fluv. vel vicus Campaniae, Vesuvio propinquus, qui nobilitatus est pugna Romanorum, duce Manl. Torquato, et Latinorum.

Vesevus i. q. Vesuvius.

Vesontio, Visontium, Visontio, Visontium Municipium, Metroplis Civitas Vesontiensium, Chrysopolis, Besontium, Sequanorum opp. in Gallia Belg. ad Dubim fluvium. Inclaruit artis oratoriae schola, amphitheatro et triumphali arcu Aureliani Imper. H. *Besançon od. Bisanz*; adj. Vesontinus.

Vestini, Samnii pop. montes incolens, qui fines habet Picenum, Aternum fluv., Adriaticum Mare atque Apenninos.

Vesŭlus, Cottiarum Alpium in Gallia Cisalp. et Ligurum Vagiennorum mons in cacumen elatus celsissimum. Oritur ibi Padus ex tribus fontibus. H. *Monte Veso od. le mont Visoul*.

Vesunna, Vesonna, Augusta Vesunna, postea Petrocorii, Civitas Petrocoriorum, Petri-

corium, Petricordium, Petrocora, Petrogovicum, opp. Petrocoriorum in Gallia Aquit. ad Illam fl.; h. *Perigueux*; cives Vesunnici; adj. Petrocoriensis.

Vesuvius, mons Campaniae. Vario scribitur: Vesbius, Vesevus, usitatior forma Vesuvius. Ejus fertilitas et veteris incendii vestigia notantur. Vespasiani tempore (a. Chr. LXXIX) arsit, ubi Plinius maj. periit et Herculanum aliaeque urbes eversae sunt. Decrevit vero mons CC passibus et conica ejus forma evanuit. Post hanc eruptionem atrocem crebra ejus incendia memorant, ita ut ab hoc inde tempore usque ad annum MDCCXCIV omnino XXIX numerentur. H. vulgo *Monte di Somma*, et notiori nomine *Vesuvio*; adj. Vesuvinus.

Vetera Castra, Vetera, Galliae Belg. in Gugernis urbs munita; h. *Forstenberg b. Xanten.*

Vettii, pop. bellicosus in Macedonia.

Vettōnes, Vectones, pop. Hispaniae Lusit. circa Tajum, late habitans inter Durium et Anam, Lusitanis finitimus. Ex eorum nomine dicta est Vettonia. H. ubi *Extremadura in Span.*; adj. Vettonicus et Vettonius.

Vetulonia, Vetulonium, Velinis, urbs et respublica e XII. Etruriae, inter Umbronem et Arnum fluv. sita. H. *Torre Vecchia.* In ejus vicinia erant Aquae Vetuloniae, calidissimae, pisces continentes.

Via Appia, etiam Regina viarum, Via Censorina dicta, maxima erat et firmissima viarum in Latio, ab Appio Claudio Censore a. U. CCCCXLI strata. Tota erat lapidibus duris quadratis munita, ac tanta latitudine, ut binis curribus spatium esset, eaque firmitate, ut adhuc sec. VI bona esset conditione longique ejus tractus etiamnum supersint. Initio Roma ducebat Capuam, serius autem Brundusium usque et fretum Siculum.

Viadrus, Viader, Viadus, Germaniae fluvius. Oritur in Gothinis, per Suevos decurrit atque in Rhugiorum terra tribus ostiis in Suevicum Mare effunditur. H. *die Oder.*

Vibantanarium, Vibantivarium, opp. Sarmatiae Europ. in Bastarnis; h. quibusd. *Bar.*

Vibo, Vibon, Vibo Valentia, Vibona Balentia, Valentia, antea Hipponium, Hippo, urbs Italiae in Bruttiis ad Sinum Vibonensem. Condiderunt eam Locrenses; Bruttiis ademtam Romani Vibonam Valentiam appellarunt; colonia a. U. c. DLX deducta est. Ciceronis tempore municipium fuit. H. putatur ibi esse *Bibona*. Incolae vocantur Hipponiatae, Vibonenses et Valentini; adj. Hipponiates, Vibonensis.

Vibonensis Sinus, Hipponiates Sinus, ad occidentalem Bruttiorum Agri oram sinus, inter Temsam et Vibonem situs.

Vicetia, Vicentia, Vincentia, Galliae Transpad. in Venetis municipium, ad Medoacum minorem positum; h. *Vicenza*; cives Vicetini et Vicentini.

Victoriae Mons, Hispaniae Citer. mons non procul ab Ibero flumine situs.

Victumviae, locus Galliae Cisp. prope Placentiam, ab Hannibale diruptus.

Vicus Ausonensis v. Ausa.

Vidiana, Vigelania, Viclavia, fl. Venetorum in Gallia Celt.; h. *Villaine.*

Viducasses, Biducasses, Bidcesii, Bajocasses, pop. Galliae Celt. ad utramque Olchi ripam sedens.

Vienna, urbs antiqua et metropolis Allobrogum in Gallia Narbon. ad Rhodanum. Fuit opulenta et celebris. H. *Vienne*; adj. Viennensis.

Vigenna, fluv. Galliae Aquit. in Ligerim se immittens; h. *Vienne.*

Vigornia v. Brangonium.

Vimania v. Vemania.

Viminacium, Biminacium, Moesiae super. opp. ad Danubium; h. *Widdin.* Vidinum.

Vincentia v. Vicetia.

Vinda v. Vindo.

Vindalium, Vindalum, opp. Galliae Narbon. in Cavaribus ad Sulgae et Rhodani confluentem; h. *Vedene.*

Vindăna, Vidiana, portus Galliae Celt. in Venetis inter Erium fl. et Gobaeum prom. ad Blaviae ostium; h. *l'Orient od. Port Louis.*

Vindelici, populi Vindeliciae, quibus adnumerandi erant Brigantii, Estiones, Licates, Isarci, Boji.

Vindelicia, Europae regio, a Germania magna Danubio, ab Helvetia Rheno et Lacu Brigantino, a Norico et Rhaetia Aeno fluv. terminata; h. e.

Thal v. *Baiern* u. v. *Schwaben*; adj. Vindalicus.

Vindĕlis, Durnotrigum in Britannia Ins. paeninsula; h. *Portland*.

Vindili, **Vandili** v. Vandali.

Vindinum v. Cenomanum.

Vindius, **Vinnius**, mons Hispaniae Tarrac.; h. *Montanos de Europa*.

Vindo, **Vinda**, **Virdo**, fluv. Litorum in Vindelicia, qui prope Augustam Vindelicorum Lico jungitur; h. *Wertach*.

Vindobona, **Juliobōna**, **Vendobona**, **Vendum**, **Vindomana**, **Vindomina**, **Caesarea**, **Nova Civitas**, Eadem **Flaviana Castra**, **Flavia Ala**, **Flaviae**, **Flavianum**, **Fabiana** a nonnullis barbari temporis historicis appellatur, urbs Pannoniae super. splendida et florentissima; h. *Wien* - Vienna, Vienna Austriae et in Austriacis, Vienna Austriae; adj. Vindobonensis.

Vindomagus, urbs Volcarum Arecomicorum in Gallia Narbon.; h. *le Vijan*.

Vindomōra, **Finis Valli**, **Finis Muri**, locus Brigantum in Britannia Rom. ad Tinam fluv.; h. *Wallsend*, al. *Neucastle*, al. vicus *Ebchester*.

Vindonissa, opp. Helvetiorum in Ambronico Pago; h. vicus *Windisch*.

Vintemelium v. Albium Intemelium.

Viriballum, prom. Corsicae versus Africum; h. *Capo Turglio*.

Viridunum v. Verodunum.

Viritium, **Virutium**, opp. Germaniae septentrionalis in Sidenis ad dextram Viadri ripam; h. *Writzen*.

Viromandui i. q. Veromandui.

Virunum, urbs Germaniae septentr. in Sidenis; h. *Waren, am Müritzsee*.

Virūnum, **Varunum**, opp. Norici ad Travum in Carnorum finibus; h. *Volkmark*; al. *Klagenfurt*.

Visontio, **Visontium** v. Vesontio.

Vistŭla, **Visula**, **Vistillus**, **Bisaula**, **Viscla**, **Vistla**, fluv. Germaniae a Sarmatia eam dividens. Fontes habet in Carpatibus atque tribus ostiis in Sinum Venedicum effunditur; h. *die Weichsel*.

Visurgis, **Bisurgis**, Germaniae magnae fluvius. In Cattis et Gabreta silva ortus Aleram recipit et per Chaucos in Mare Germanicum emittitur; h. *die Weser*.

Vitellia, **Bitella**, urbs et colonia in Latio ad Anienem, e qua Vitellius Imper. originem traxit. H. *Civitella*; adj. Vitellinus.

Viterbium, **Vitelbum** v. Fanum Vultumnae.

Vitodurum, **Vitudorum**, opp. Helvetiae in Tigurino Pago; h. *Winterthur*.

Vivarium, **Alba Augusta**, urbs Galliae Narbon., Helviorum metropolis; h. *Viviers*, al. *Albe, Aps*.

Viviscum, **Vibiscum**, **Bibiscum**, **Viviacum**, urbs Galliae Narbon. in Allobrogibus ad Lemanum lacum; h. *Vevay od. Vivis*.

Vocanus Ager, regio Africae propr.

Vocates i. q. Vasates.

Vocetius, mons inter Helvetiam et Galliam Lugdun., Jurae montis pars septentrionalis; h. *der Bözberg*.

Vocontii, **Vocuntii**, magnus Galliae Narbon. pop., qui montes incolebat, ubi hod. est Delphinatus et pars Provinciae. Sub Romanis libertatem retinebat.

Vogĕsus, **Vosĕgus**, **Vosagus**, Galliae Transalp. montium jugum, quod sec. Caes. in Lingonum finibus attollitur, Leucos et Mediomatricos sejungit, et hod. sensu strictiori *la Vosge* dicitur; latius tamen extenditur ut Jurae latus, et hodiequ evoc atur *das Vogesische Gebirge*.

Volana, urbs Samnitum a Corvilio capta; h. *Paliano*.

Volaterrae, **Felathri**, una ex antiquis XII Etruriae civitatibus liberis, in arduo colle sita tamque munita, ut Sullae tempore duorum annorum oppugnationem sustineret. Ciceronis adhuc aetate municipium erat, sed paulatim defecit et seculo X excisa est. Ab Othone Imper. hodierna urbs instaurata dicitur, quae tamen vix tertia parte pristinam aequat. H. *Volterra*; cives Volaterrani.

Volaterrana Vada, Etruriae vicus, ad Cecinae ostium, portu instructus atque urbi Volaterris proprius; h. vicus *Torre di Vado*.

Volcae, rectius quam **Volgae**, populi Galliae Narbon.; sunt vel Arecomici s. Aricomii, vel Tectosages, Allobrogibus confines; in ea regione, quae h. *Languedoc* vocatur.

Volcarum Stagna, **Fauces Laterrae**, Galliae Narbon. paludes, quae

cum mari conjunctae sunt; h. quibusd. *Estang de Maguelone.*

Volciani, pop. Hispaniae Tarrac.; ubi h. *Arragonien.*

Volgesia, Vologesias, Vologesocerta, Vologessia, Voloeesia, Bolagasus, urbs Babyloniae ad Euphratis occidentalem ripam. Condidit Vologesus, Parthorum rex Neronis et Vespasiani tempore; h. *Mesched Hosein* dici perhibent.

Volĭba, opp. Dumnoniorum in Britannia Rom.; h. *Fallmouth.*

Vólsci, pop. magnus Latii novi, Ausonicae originis. Sedem habebant ad utramque Liris ripam, unde Romanis diu acerrime resistebant.

Volsciani i. q. Volciani.

Volsiniensis Lacus v. Lacus Volsiniensis.

Volsinium, Volsinii, Vulsinii, vetus Etruriae civitas libera, magna et opulenta, etiam sub Romanorum imperio. Sita fuit supra Lacum Volsiniensem in montana silvestrique regione; h. *Bolsena*; cives Volsinii et Volsinienses.

Voltumnae Fanum, locus Etruriae prope Viterbium, in quo Etrusci saepe conventus agebant.

Volturnum, Vulturnum, Campaniae castellum ad fluvii cognominis ostium situm; colonia a. U. DLIII eo deducta est. H. *Castello a mar di Volturno* vel *Castel di Volturno.*

Volturnus, Vulturnus, Campaniae fluv. vadosus, rapax, celer, sonorus, pro locorum alveique diversitate, qui ad meridiem Savonis fl. in Mare Etruscum egreditur; h. *Volturno.*

Volubĭlis, Volobilis, urbs Mauretaniae Tingit. ad Subarem fluv.; h. *Wadili.*

Volustana, fauces in Cambuniis Macedoniae montibus.

Vorĕda, urbs Brigantum in Britannia Rom.; h. *Old Penrith.*

Verganium, Vorgium, metropolis Osismiorum in Gallia Celt.; h. *Corlay*, al. *Karhez.*

Vosagus v. Vogesus.

Vulcani Insula, Vulcania i. q. Hiera.

Vulcaniae Insulae v. Aeoliae Insulae.

Vulchalon, Nuchalon, Galliae vicus ad Garumnam; h. *Bouchalot.*

Vulgientes, Galliae Narbon. pop. Alpes incolens, stirps Tricoriorum, quorum caput Apta Julia fuit.

Vultur, ŭris, mons in confiniis Apuliae et Lucaniae, Apenninorum latus.

Vulturnus v. Volturnus.

X.

Xanthia, locus Thraciae; incolae et accolae Xanthi et Xanthii.

Xanthus fl. v. Scamander.

Xanthus, parvus Epiri fluvius.

Xanthus, Lyciae flumen navigabile, duobus fontibus a Cadmo monte delapsum et Pinaram praeterfluens. Juxta ripas ejus Campus erat Xanthius; h. quibusd. *Sirbi.*

Xanthus, opp. Lyciae maximum, quod sec. Stephanum Arna olim dictum est. Stadiis LXX ab ostio fluv. cognominis remotum erat. Celebratur incolarum fortitudo. Qui cum ab Harpago, Cyri regis praefecto, obsiderentur, uxores suas ac servos una cum supellectili in arce posuerunt, eamque succenderunt, deinde omnes in hostes irruentes interfecti sunt. Non minus virtute excelluerunt in bello civili, cum Brutus urbem expugnaret atque incendio deleret. Postea refecta est atque hod. vocatur *Essenide*; cives Xanthii.

Xena, locus in Creta ins., ubi sec. Plutarchum Lycurgus sepultus est.

Xiline, Xyline, urbs Cappadociae; h. *Sentina.*

Xuthia, regio vel urbs circa Leontinos in Sicilia, fortasse vetus ejus urbis nomen.

Xyline Come, Asiae min. vicus, inter Pamphyliam et Taurum montem situs.

Xynia, Xyniae, urbs Thessaliae; cives Xynici.

Z.

Zabas, Zabatus minor v. Capros fl.

Zabatus major v. Lycus fl. Assyr.

Zabdicēne, Bahdicēne, regio Mesopotamiae circa Zabdam s. Bezabdam urbem, quae sub Joviano Persis concessa est; incolae Zabdaei.

Zabiona, urbs Libyae, apud quam magnum a Baccho monstrum prostratum est.

Zacynthus, g. c., ins. Maris Ionii. Olim appellata est Hyrie. Zacynthi nomen ab urbe, atque haec a Zacyntho, Dardani filio, traxit. In situ variant auctores. Alii magis, quam Cephalleniam, ad occasum Peloponnesi inclinant, alii contra Elidem supra Cephalleniam, a qua LX stadia distat et circuitu patet CLX stadiis. Parva fuit et silvestris, sed ferax. Zacynthios ad bellum Trojanum duxerat Ulysses, cui paruerunt; deinde in Pelopon. bello Athenienses adjuvit; tum Macedonibus paruit, denique Achaeis, a quibus Romani acceperunt. Urbem habuit amplissimam, conditam a Zacyntho, Dardani filio, arcem, Psophida dictam, atque Apollinis templum. H. *Zante*; incolae Zacynthii.

Zacynthus, Zacantha v. Saguntum.

Zadracarta, urbs Hyrcaniae.

Zagrus, Zagrius, Tauri latus, quod inde a Cilicia procurrit, atque in Mediae finibus cum alio latere jungitur. H. *Tag Aiaghi*.

Zalissa, opp. Asiae in Iberia in finibus Albaniae, Cyro fl. adjacens.

Zama, urbs Africae propr. in Byzacio, sec. quosdam in Numidia, quinque dierum itinere Carthagine remota, prope quam Hannibal a Scipione fugatus est. Videtur eadem esse, quae Azama Ptolomaeo vocatur.

Zama, Zama Regia, urbs munita et frequens in Byzacio interiore, qua Juba rex plerumque sedem habebat, et quam Plin. Zamense oppidum appellat. H. nomen habet *Zowarin*.

Zancle v. Messana.

Zarax, Zarex, urbs Laconicae maritima, portu instructa. A Spartanis excisa rursus instaurata est. Ad meridiem ejus Zarax mons est, cujus pars per Laconicam orientalem extenditur.

Zariaspe v. Bactra.

Zariaspes, Zariaspis v. Bactrus.

Zarmigethusa, Zarmisogethusa v. Sarmizegethusa.

Zarphat v. Sarepta.

Zarythus, Zarrythus v. Hippo Diarrhythus.

Zela, Ziela, Zeleja, vicus Ponti mediterraneus, quem Pompejus urbem fecit, situs in colle arte facto. Prope illum Mithridates Romanos, Triario duce, superavit, et Caesar Pharnacem; h. vicus *Zile od. Ziel*.

Zelasium, Phalasia, prom. Euboeae ins.; h. *Falasia*.

Zeleja, Zelia, urbs Troadis ad Idae radices et Aesepum fl., quae pars erat agri Cyzicenorum; fortasse eadem quae Germa.

Zelis, Zilis, Zilia, Arzilla, opp. Mauretaniae non procul a Tingi ad flumen cognomine. Augusti colonia a Plinio vocatur, eamque a Lixo XXXII M. P. removet. Plerisque h. est *Arcille* in regno *Fez*.

Zenodori s. Cenodori Domus v. Lysaniae domus.

Zenodotia, Zenodotium, castellum Mesopotamiae prope Nicephorium.

Zenonis Chersonesus, urbs in orientali Chersonesi Tauricae parte, inter Heracleum et Parthenium sita.

Zephyra e. q. Halicarnassus.

Zephyre, ins. Maris Mediterranei, quae prope Samonium prom. Cretae sita erat.

Zephyrium, prom. Africae in Cyrenaica. Putatur h. esse *Bonandrea*.

Zephyrium, promont. et opp. Ciliciae ad occasum Solorum et Cydnum fl. Cognomine promont. ad Calycadni ostium situm erat.

Zephyrium s. Zephyri promont. Italiae infer. in agro Locrensi prom., unde etiam Locri Epizephyrii appellantur. Zephyr. nomen accepit, quod portus ejus ventis hesperiis est expositus. H. *Capo Bursano*.

Zerbis v. Lycus.

Zerna, Zernae, Colonia Zernensium, Zeugma, Colonia Zeugmensium, urbs Daciae incerti situs.

Jure Italico gaudebat et colonia Trajani facta est, h. quibusd.; *Czernetz u. d. Donau.*

Zerynthus, Apollinis Zerynthi Templum, urbs et specus Thraciae in finibus agri Aeneorum.

Zetta, opp. Byzacii in Africa propr., Vaccae urbi vicinum.

Zeugitana Regio, Zeugis, pars Africae propr. quae Tusca fl., Mari Mediterraneo et Byzacio terminatur. Haec pars sensu strictissimo Africa veterum erat.

Zeugma, Syriae in Commagene ad Euphratem inter Samotasam et Europum oppidum s. potius tractus plurium oppidorum, nomen habens a ponte, quem catenis junctum Alexander cum exercitu transiit. H. *Tscheschme*, al. *Zekme*; incola Zeugmatites et Zeugmateus.

Ziata, Mesopotamiae castellum, agri vicinum; h. *Kartpurt.*

Ziela v. Zela.

Zilia, Zilis v. Zelis.

Zincha, urbs Africae propr., in bello Caesaris contra Scipionem sa est.

Ziridava, Zirdava, urbs Da h. quibusd. *Targorod.*

Zoaranda v. Zoroanda.

Zone, urbs Thraciae in Cico ad montem s. promont. cognomin Mare Aegaeum sita.

Zoroanda, Zoaranda, locus in Tauro monte, prope quem T e terra rursus emergitur; h. *Haz*

Zoster, parvus Atticae isthmus

Zuphonae, pop. Numidiae, Ca gini propinquus.

Zurobara, Zorobara, opp. ciae; h. *Zombor*, al. *Temeswar.*

LEXICON MANUALE,

GEOGRAPHIAM ANTIQUAM ET MEDIAM CUM LATINE TUM GERMANICE ILLUSTRANS,

IN USUM SCHOLARUM

EDITUM

A

JOANNE VILELMO MÜLLER,
LYC. MARIAEMONT. CONR.

LIPSIAE,
IMPENSIS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

VIRIS PERILLUSTRIBUS
GENEROSISSIMIS MAGNIFICIS
MME REVERENDIS EXCELLEN-
ISSIMIS JURECONSULTISSIMIS
ATQUE DOCTISSIMIS

GIS SAXONIAE SENATUS ECCLESIASTICI
T CONSISTORII SUPREMI CONSILIARIIS
ET ASSESSORIBUS

D. D. D.

Geographiae scientiam cum inde a pueris adamarem, non satis habui, quae in provinciali schola Misenensi tradebantur, attentus audire, sed privato ejus quoque studio proficere cupii. Cum tamen natura non solum ad discendum propensi simus, verum etiam ad docendum, et praeter institutionem, quae fit coram, scribendo etiam prodesse velimus quam plurimis, ex libris, quorum mihi facultas erat, ea depromere studui, quibus cum discentes tum docentes uti possent. Haec igitur, qualiacunque sunt, **VOBIS, VIRI OMNI DOCTRINARUM LAUDE FLORENTISSIMI**, ut offeram, patimini, oblataque mihi hac opportunitate optime sic utar, ut gratissimum **VOBIS** animum declarem. Multis enim magnisque **VESTRAE** benevolentiae documentis nos omnes scholarum magistri gaudemus, quibus esse tam felicibus contigit, ut sub **VESTRIS** essemus auspiciis, et clientela ac tutela **VESTRA** frueremur. Haec re-

spiciens tranquilliore animo eventura praestolor, magno-
pere elaborans, ut, officiis satisfaciendo, dignus habear,
qui VESTRO favore et patrocinio innitar; per reliquum
vitae tempus futurus

PERILLUSTRIUM
ET
SPLENDIDISSIMORUM
NOMINUM VESTRORUM

